LEXICON
HEPTAGLOTTON,

Hebraicum,
Chaldaicum,
Syriacum,
Samaritanum,
Æthiopicum,
Arabicum,
Conjunctim;
Et Perſicum, Separatim.

In quo, omnes voces Hebrææ, Chaldææ, Syræ, Samaritanæ, Æthiopicæ, Arabicæ, & Perſicæ, tam in MSS^{is}. quàm Impreſſis libris, cumprimis autem in Bibliis Polyglottis, adjectis hinc inde Armenis, Turcicis, Indis, Japonicis, &c. ordine Alphabetico, ſub ſingulis Radicibus digeſtæ, continentur.

Earumque ſignificationes, omnium præſertim in SS. Hebræis Bibliis ſemel tantum occurrentium, multo aliter quàm apud Modernos, ſive Hebræos, ſive Chriſtianos, ex tribus Chaldæis Targumin, utroque Babylonico, & Hieroſolymitano Talmude, vetuſtiſſimorum Rabbinorum Commentatoribus, Theologis, & Philoſophis, Variis S. Scripturæ Lectionibus Hebr. Chald. &c. tribus exemplaribus V. & N.T. Syris, tribus magna ex parte utriuſq; Æthiopicis, tribus Arabicis, duobus Perſicis, tribus Pentateuchis Samaritanis: Lexicis item in omnibus hiſce Linguis vix numerandis; Alcorano, Avicenna, Geographo Nubienſi, &c. ut & Græca LXX Interpretum verſione, amplè & dilucidè eruuntur, proponuntur, & explicantur.

Variorum inſuper Interpretum difficiles ac diſcrepantes ſententiæ, conferuntur & examinantur; quamplurima Errata in aliis Lexicis, necnon in ipſis Bibliis Polyglottis, etiam pravæ haud raròTranſlationes emendantur, & ad verum ſuum ſenſum reſtituuntur.

Cui acceſſit BREVIS, & HARMONICA
(quantum fieri potuit)
GRAMMATICÆ,
Omnium præcedentium Linguarum Delineatio.

Authore **EDMUNDO CASTELLO**; *S. T. D.*
Regiæ M. à Sacris; Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienſes Profeſſore, poſt muneris illius ibidem à Nobiliſſimo, Honoratiſſimoq; Viro **THOMA ADAMS** *Equite & Baronetto,*
Urbis Londinenſis *Aldermanno, Patréque ipſius meritiſſimo ſtabilitam Fundationem, primo:*
Necnon Eccleſiæ **CHRISTI** Cantuarienſis *Præbendario.*

LONDINI,
Imprimebat THOMAS ROYCROFT, LL. Orientalium Typographus
Regius. CIↃ. DC. LXIX.

4273
CB12
1655a
V.1

AUGUSTISSIMÆ MAJESTATI
CAROLI II.
Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis
Deſideratiſſimi, Fidei Defenſoris, &c.

S*Citum eſt illud antiquiſſimi inter Hebræos ſcriptoris* כל מה שנזכר בתורה בנביאים ובכתובים רומזים אל החכמה *Omnia quæcunque in Lege, Prophetis, & Hagiographis extant memorata, ſapiunt & reſpiciunt ad Sapientiam h.e. Meſſiam. Folia SS. Scripturarum ſunt faſciæ Chriſti, quibus placidiſſimè involvitur Unigenitus ille, & æternus Dei Patris filius. Has plurium (ni fallor) quam poſt homines natos unquam antea, Linguarum præcipuarum maximéque primitivarum ornatu variegatas, inque uno veluti faſce ſimul colligatas, ante undecim annos in Bibliis Polyglottis, orbi dedimus literato. En jam tandem, in* Heptaglotto *hoc* Lexico, *quod ad pedes T.M. quàm humillimè provolvo, ſub Maximi Nominis T. auſpiciis, non unam tantùm (qualis illa quæ Magis aliquando viſa eſt) ſed ſeptem ſtellarum plauſtrum (CAROLINI inſtar illius quod in cœlis) tum ab Oriente, tum à Meridie exortum, ad Lumen omnibus ſalutem atque Servatorem ſuum, illo in loco ubi ſolùm & ſemper conſpiciendus jacet quærentibus, patefaciendum exhibemus. Utrumque hoc opus reverà unum eſt, idémque. Quid enim aliud SS. Scripturæ ſine Interprete, quàm concluſus hortus, & fons obſignatus? Neque cum varietate hac Linguarum, præ aliis harum, quæ primæ ſunt ab Hebræa derivationis, & (ut loquuntur) extractionis, Interpres alius in hoc genere comparandus eſt ullus: Non S^{ti}. Patres, quantumvis primitivi, hac dote deſtituti; non Scholaſtici, non Commentatores, antiqui vel moderni; non ipſa Eccleſia, nedum Philoſophia, ut ſomniant quidam Neoterici.*

De Ave quadam, cujus nomen apud Syros hiſtoricos ܐܦܝܡܟܘܣ *apud Græcos & Latinos* Epimachus, *ferunt, harum in parentes ſenio confectos tantum eſſe amorem, ut eos benignè foveant, nutriantque, necnon cœcutientibus ipſorum oculis, ac tantum non cœcis, quibuſdam applicationibus, viſum denuò reſtituant clarum; Idem officium præſtant filiæ iſtæ ſex primogenitæ, Chaldæa, Syra, Samaritana, Æthiopica, Arabica, Perſica, in gratiam matris Hebrææ; cujus caligini in quamplurimis vocibus auxilio ſunt, atque illuſtrationi, ſæpè ſupra quod dici poteſt, ſingulari. Sub unaquaque ferè radice, hujuſce rei veritas conſtabit luculenter.*

Nullus opinor Lexicographus (quod ingenuè fatendum) mediis ad certiſſimam Maternæ hujus Linguæ intelligentiam fruitus eſt magis abundanter, quàm nos, in longo hujus Operis decurſu, qui Facem hîc tantum præferimus aliis, quâ ipſi Lumen multò ſplendidius, tum Arcanis Dei eloquiis, tum etiam univerſo Orbi aliquando tradituri ſint Chriſtiano.

Eſt maximo totius Africæ Imperatori Templum quoddam መካነ: ሥላሴ: *dictum, in quod nemini ſine munere ſuo licet introire. Ego jam ſecundâ vice M.T. aulam ingreſſus ſum cum munuſculo meo, levidenſi nimis, quia T.C. nihil à ſubdito offerri queat Magnum. Interim venia (uti ſpero) mihi dabitur uſurpandi illud ſacratiſſimi ac planè Regii Vatis,* Domino meo Regi victimas me neutiquam immolaturum gratuitas; *ſed (ſi fas dicere) carè quidem emptas. Non enim qui plurima dedit, ſed cui pauciſſima ſunt relicta, qui* ὅλον τὸν βίον, *quicquid facultatum habet, in Dei, Principiſve ſui conjicit donaria, is demum à ſupremo Mundi judice laudatur maximè. Hoc puto innoteſcit omnibus, ſcilicet quibus ego notus ſum, nihil eſſe quod mihi parentes reliquerunt, (Patrimonium aliquando ſatis commodum atque amplum) nihil quod in anteacto vitæ meæ tempore laboribus meis atque ſolicitis acquiſiveram curis (acceſſio minimè contemnenda) quod non integrum in offertorium hoc jam olim impenderim.*

Annus jam agitur decimus ſeptimus, ex quo relicto rure paterno, immanibus hiſce atque tremendis auſis (talia fuerunt certè) non ſine M.T. conſenſu, quum primùm ſpecimen hujus Operis *ſub ejus initium ob oculos fuit poſitum ; necnon literis inſuper quamplurimis, à viris magni nominis, quà in Eccleſia, quà in Rep. domi, foriſque ad me miſſis, (quarum magna pars, uti etiam Bibliothecæ meæ, cùm multa ſupellectile & tricenis Lexici Heptaglotti exemplaribus, in flammis periit Londinenſibus) me ſubmiſi invitus admodum, animóque (quod teſtabitur* ὁ Καρδιογνώστης *) multùm horreſcente, quodq; ſatis ſupérque noverunt illi omnes ſummi viri, qui me promiſſis tum auxilii, tum etiam remunerationis ad iſthæc non pellexerunt tantum, ſed vi quadam urgenter impulerunt. Mihi verò, in Molendino hoc per tot annorum luſtra indeſinenter occupato, dies ille tanquã feſtus & otioſus viſus eſt, in quo tam Bibliis Polyglottis, quàm Lexicis hiſce provehendis, ſexdecim, aut octodecim horas dietim non inſudavi. Mitto privata quæ corpori in curriculo hujus Operis contigerunt mala, membrorum confractiones, luxationes, contuſiones ; quodque præ omnibus hiſce graviſſimè dolet, Oculorum lumen, perpetuis atque indefeſſis vigiliis tantùm non ademptum : item alia magis publica, Bellum nationale, Peſtem ſæviſſimam, & miſerandum Urbis hujus incendium; quibus omnibus diutiùs multò ut protractum fuit hoc antea languens negotium, ita ſupra modum ingraveſcebant ſimul onera mea & impenſæ. Dictum illud ſapientiſſimæ in ſuo tempore gentis, mihi hîc favet,* חיזק שאינו ניכר אין שמיה חיזק Damnum illud nullum eſt, quod non agnoſcitur, vel ſentitur. *Sunt tamen præter hæc omnia, aliæ inſuper (nec paucæ nec parvæ) quibus gravatus fui infœlicitates, quas ſatius atque conſultius puto, ſilentio contegere, quam non ſine periculo in publicum proferre.*

Tandem verò, cùm ad Culmen jam perductus fuit miſeriarum mearum cumulus, duplicatis quaſi lateribus, Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς *T. M. tempeſtivè mihi ſuccurrit, idque multis modis. Primò, Literis ad omnes Archiepiſcopos, Duces, Marchiones, Comites, Vice-comites, Epiſcopos, Barones, alióſque totius Regni Subditos, hujus Operis recommendatitiis. Quas inſecutæ ſunt aliæ, à RR. DD. Archi-Epiſcopis, Reverendiſque admodum DD. Epiſcopis ſingulis ſubſignatæ. Item ante quinquennium aliæ, à Reverendiſſ. Honoratiſſimóque Præſule, Patrono meo valde benefico,* **GILBERTO** Archiepiſcopo Cantuarienſi, *totius* Angliæ *Primate, ad ſingulos ſuæ Provinciæ Epiſcopos conſcriptæ. Quas omnes prelo commiſi, quaſdam non ſemel, at ſucceſſu parum felici. Enimvero univerſæ hæ literæ, plus minus ſeptingentas libras tantùm mihi porrexerunt, ad promovendum Opus, in quo millenas multò plures infauſtus exhauſi; præter plurima atq; ingentia valde, quæ contraxi debita. Quid quod, prænominatæ collectæ ſummæ pars maxima, quadringentæ ſc. libræ, procuratione atque operâ ſolertiſſimâ prudentiſſimáque, Reverendi admodum in Deo Patris* **SETHI** *D. Epiſcopi* Sarisburienſis, *intra quatuordecim dies fuerunt conquiſitæ ?*

Ante triennium, M. T. Sacellanus Ordinarius factus ſum, atque hoc pacto conceſſa ſunt mihi Privilegia quædam, quo huic Operi ſecuriùs incumberem. Ante annum, donavit me M. T. Canonicatu in Eccleſia Cathedrali **CHRISTI** Cantuarienſi ; *necnon nuperrimè Diſpenſatione pro abſentia mea ab eo loco, partim ob munus aliud (in quo laboris multum, emolumenti mihi adhuc vix quidquam) quod mihi demandatum eſt in Academia* Cantabrigienſi, *illinc longè diſſitâ ; partim ob Corpus tot, támque diris vexatum caſibus, ad itinera omninò nunc ineptum.*

Pro omnibus hiſce T. M. tot tantiſque beneficiis, atque præ omnibus, quòd ad hæc tam ardua, (modò me pereunte, ea Eccleſiæ **CHRISTI** *profuerint, & Reipublicæ Literariæ) juſſus fui, quod unicum, & quidem ſolum jam mihi reſtat, Deum O. M. veneror, ut M. T. concedat pacatum, ac indies magis magiſque florens Imperium domi, Victorias famigeratiſſimas foràs, Valetudinem ſupra terras, pluſquam pancraticam, atque ſerò tandem in Cœlis, Coronam ſempiternam : Ita vovet,*

Sereniſſimæ T. M. à Sacris,

EDMUNDUS CASTELLUS.

PRÆFATIO.

PRAVITATE atque malitia, ſimul ſemelque, vel una vice, infecta fuit univerſa humanæ naturæ maſſa, at paulatim vix tandem, aut ne vix, in triſti hoc mortalitatis ſtatu, unquam expurgatur: Ut Lux prima Creationis, reliquaque omnia Hexamerῶν opera, à טוב ad טוב מאד gradatim ſunt progreſſa. Nec aliter ſeculis hiſce ultimis, Orientalis, *h.e.* optimæ Scientiæ indies increſcens ſplendor. Jubilæus jam agitur quartus, ex quo primum Occidentalem, atque Borealem hanc mundi partem illuſtrare cœpit, (pro more Magni Luminaris in ſuo orbe curſus naturalis) pariter Sol iſte lucidiſſimus. Anno 1500. *Hebraicæ* tantum linguæ, ope laudatiſſimi *Capnionis*, ejuſque ſequacium, exiguus emicuit radius; nec non *Chaldaicæ*, paulo poſt, ſtudiis indefeſſis doctiſſimi S. *Munſteri.* 2, Poſt Annum 1550. fauſtiſſimis *D. Widmanſtedii* in Orientem profectionibus atque curis, dialectus *Syriacæ* enituit exoptata cognitio: Sub idem tempus prodierunt Biblia *Complutenſia*, & Regia in tribus iſtis Linguis. 3, Poſt annum 1600 literæ *Arabicæ*, ſtudiis cumprimis *M. Bedwelli* noſtri, atque *Cl.T.Erpenii* læte ac fœliciter nobis affulſerunt. 4, Ab anno autem 1650. longe fulgentior exortus eſt aſteriſmus Lingg. *Æthiopicæ*, *Perſicæ*, *Malaicæ*, apud nos in *Anglia*, & apud *Belgas*; *Armenicæ*, *Anamaticæ*, *Copticæ*; *Turcicæque* nunc apud *Italos*, qui Lexicon nuper ediderunt *Italico-Turcicum*, nec non apud nos *Grammatica Latino Turcica*, ſtudio digniſs. viri *D.Seaman* confecta eſt, & propediem excuſura.

In ſeptem primis linguis impreſſa ſunt ante decennium *Biblia Polyglotta.* Labore autem noſtro haud levi in iis edendis, vixdum exantlato (ob quem, Honorarium illud quod in Præfatione *Waltoniana* dicor accepiſſe, in illud ipſum opus non refundebam tantum omne, ſed mille plus minus libras, ad promovendum illud, partim ab aliis ſolicitando procurabam, partim ipſe donabam ultro) cum ecce ad aliud novum difficilius longe, nec unquam antea à quopiam per omnia tentatum opus, impenſe vocor. Hoc autem ex quibus, quot, quantiſque authoribus ſatis diligenter perlectis contextum eſt, omnibus ut clarius conſtet, nomina eorum hic in limine ſubtexam.

Biblia noſtra *Polyglotta* ſexies evoluta, cum duobus aliis Exemplaribus *Syriacis*, totidem *Arabicis*, item *Pentateuchis Samaritanis*, collata.

Pentateuchus Mauritanus Arabice, & *N. Teſtamentum*, à *Cl. Erpenio* editum. Fragmentum *Pentateuchi Arabico-Samaritani*, & Commentarii *Arabici* in eundem MSS.

MS. *Arabicum* librorum *Hiſtoricorum*, *Joſ. Jud. Sam.* mihi à Doctiſs. viro *D. Buncle* benigne communicatum.

Paraphraſtes *Chaldæus* in *lib. Paraleipomenῶν*, quem ex autographo in Academia *Cantabrigienſi* accurate deſcripſit, & *Latinitate* donavit D. *Sa.Clericus* amicus meus ſingularis, & in *Bibliis Polygl.* συνεργὸς diligentiſſimus, Cujus etiam opera ac ſtudiis laudatiſſimis in parato eſt apud *Oxonienſes* ſeptimum *Bibliorum Polyglottῶν* Volumen, cum Verſionibus antiquiſſimis, nec adhuc unquam editis, non *Chaldaica* tantum hac, ſed *Syriacis* inſuper, *Æthiopicis*, *Copticis*, *Arabicis*, *Perſicis* contextum. *Pſalteria* quatuor *Arabica*, *Nebienſe*, *Romanum*, *Impreſs.* *Gallicanum* & *Mauritanum* MSS. *Pſalterium Æthiopicum* MS *D. Pocockii*: Item *Syriacum Neſtorienſe* & *Jacobiticum*. Verſio *Arabica* Prophetarum *MS.* olim D^{r} *Seldeni*, nunc in Bibliotheca *Oxonienſi*. Tres Liturgiæ *Samaritanæ*, & partim *Arabico-Samaritanæ*. Rituale *Jacobiticum*. Miſſale, atque Breviarium *Syriacum*. Officium Simplex *Maronitarum*, *Syr.* Miſſale *Æthiopicum Romæ* impreſſum.

Decem Liturgiæ *Æthiopicæ* MSS^{æ}. *ſc.* S^{i} *Johannis* Evangeliſtæ; *Nicenorum* patrum. S^{i} *Epiphanii.* S^{i} *Jacobi.* S^{i} *Chryſoſtomi. Anonymi. Sanctorum Apoſtolorum.* S^{i} *Cyrilli.* S^{i} *Gregorii.* S^{i} *Dioſcori*, quod ultimum ſub finem Lexici *Æthiop.* à Honorat. D. *J.Ludolfo* contexti una cum Grammatica *Æthiop.* & Confeſſione fidei *Æth.* à *CLAUDIO* Imperat. *Æthiopiæ* ſcripta, *An. Dom.* 1661. hic fuit Impreſſum. Encomium *Æthiop.* ^{1} *B. V. Mariæ.* ^{2} Patriarcharum. ^{3} Cœleſtium & Terreſtrium, ſive Menologium Poeticum. Horum omnium MSS. *Æthiop.* copiam mihi fecit Cl. D. *D. Pocockius* Lingg. *Hebr.* & *Arab.* in Academia *Oxon.* Profeſſor Regius eminentiſſimus. In hoc ultimo, Menologio, *ſc. Æthiop.* exactiſſime evolvendo, valde ſedulam navarit operam Cl. vir D. *Mich.Wanſleben.*

Liber magnus Homiliarum *Æthiop.* in folio Liber precum *Æthiop.* Pſalterium. *Æthiopicum MS.* quorum omnium uſum benevole mihi conceſſit vir ſummæ ac reconditæ eruditionis D. *Theodorus Petræus Danus.* מחזור *Germanicus* in folio, & *Portugallenſis* 8° in quatuor Voluminibus. Collectiones ex *Gregorio Syro*, Catena Patrum *Syr.* *&c.* mihi à Cl. Nobiliſs. atq; omnigenæ ſecretioris literaturæ callentiſſimo D. *D.Loftuſio* amice conceſſæ. Ut mittam quæ ex S^{to} *Ephrem*, & aliis ipſe collegi. *Hebræorum* quorum ſæpius occurrunt nomina. *Ra. Sa.Jarhi. Ab: Eſra. D.Kimhi. Rabboth. Abravanel.* מכלל יופי *Menahem. Tanchuma. Becai. M.Nachman. M.Alſhic. Iſ. Abuhaf, &c.* in Pentateuchum omnes, & in univerſum V. *Teſtamentum* quidam. *Juda Leo* in libros Hiſtoricos. *Ob Sforno. R.Simeon*, aliis perperam *R.Samuel* in *Job. Ob. Gaon* in *Pſalmos. Mo. Elmoſin. Joſ. Taiſac* in *Megilloth.* Talmud *Babylon.* & *Hieroſolym: Moſ.Majmon.* לבוש ההכלת Aliique non pauci.

Evangelia *Perſica Cl. Abr̄.Wheloci*, & Celeberr. D. D. *Pierſon* opera edita. Tractatus *Perſici* D. *Jo.Gravii.* Roſarium *Perſicum.* Hiſtoria *Chriſti.* & *Petri Perſice*, *Hiſtoria Judith*, aliaque plura MSS^{a}. *Perſica.*

PRÆFATIO.

Quantum ad Lexica, hæc præcipue præ oculis continuo habuimus; *Hebraica D.Kimbi*(& quod Lexici inſtar, *Nathanis* Concordantias.) *Avenaru*, *Forſteri*, *Pagnini*, D. *Pomarii*, *Buxtorfii*, *Schindleri*, quod fere integrum in hoc opus transfudimus; *Chaldaica* trium ultimorum, item *B.Aruc.Ph.Aquinatis. Eliæ Thiſb. Cohen de Lara. G.Fabritii*, *S.Munſteri*, *Plantavitii*. Emendationes, nec non Additiones quædam *M.Buxtorfii* ad ſuum Lexicon *Chald.* partim à Cl.D. *Derſhovio*, viro admodum tam ingenuo, quam docto; ſed maxima ex parte, à proprio D. *Buxtorfii* filio, atq; in Cathedra ſucceſſore longe meritiſſimo, & quidem ingentis ſpei viro, cujus vel nomen gentis ſuæ decus eſt, & honor.

Syriaca, *Maſii*, *Ferrarii*, *Troſtii*, *Buxtorfii*, *Th.* à *Novaria*, *&c.* *Samaritanum*, D. *Morini*. Dictionarum Trilingue, *Sam. ſc. Chal.* & *Arab.* Cl.D. Doctoris *Marſhalli*, viri reconditæ eruditionis peritiſſimi, mihiq; amiciſſimi, opera deſcripti, & ad me tranſmiſſi. *Æthiopicum*, *Wemmers*, & Nobiliſſimi, nec à me unquam ſine honoris præfatione nominandi, D. *Jobi Ludolfi*. *Arabica*, *Raphelingii*, *Giggei*, *Germani*, atque viri excellentiſſimi, omniſq; literaturæ tam Orientalis, quam Occidentalis peritiſſimi D. *Ja. Golii* Lingg. Oriental. tum & Matheſeos Profeſſoris ordinarii.

Lexica MSSª quibus uſi ſumus in hoc opere.

Dictionarium *Syriacum Bar Bahluli*, ingens volumen in folio, in hoc opus tranſvectum, apud quem ſæpiſſime citantur ſequentes authores; quaſi *Syriace* extantes; *Bar Seruſhai*, *Zacharia*, *Raban*, *Almeruzai*, ut puto Lexicographi. *P. Ægineta*, *Dioſcorides*, *Galenus*, *Aetius*, *Bar Serapion*, Medici. *Ariſtotelis* Volumina ſeptem. *Beſunandus* Hiſtoricus nominatiſſimus. S. *Ephrem*. S. *Gregorius*. *Gr. Nyſſenus*. S. *Epiphanius* contra *Eunomium*. *Arius*, & *Apollinaris*. *Bar Malco*, forte *Aben Melec Hebræus*. *Meſues Arabs*.

Etiam hi quorum nomina nobis adhuc ſunt minus nota; *ſcil.* ܦܪ̈ܘܒܒܒܐ, ܩܢܘܢܘܣ, ܟܢܘܫܝܡ, ܣܘܢܗܕܘܣ, ܦܘܒܒܪ̈ܘܢ, ܢܪ̈ܘܦܘܢ, ܕܝܓܘܣ, ܒܒܠܐ, ܐܩܠܐ, ܗܓܪ̈, ܡܘܣܘܣܘܣ, ܕܐܦ̈ܪܘܣ ܟܬܒܐ qui ultimus liber à *Bar Cepha*, ni fallor, ſcriptus fuit. Alios mitto infinitos; ut hinc intelligamus, *Syris* nullum omnino deeſſe ſcientiæ genus.

Taceo etiam ſcriptorum *Arabicorum* catalogum apud *Camuſium* longe numeroſiorem.

Lexicon *Æthiopicum* Cl. D. *Gallæi* Miniſtri *Zyricenſis* mihi benigne tranſmiſſi. In *Æthiopicis* autem adjumento mihi fuit maximo vir Nobilis D. *Jobus Ludolfus* Principi *VINARIENSI* à Conciliis, hujus linguæ Magnus Apollo; de quo plura in Lexico, *pag.* 853. à quo MS. Lexicon *Æthiopicum* una cum Grammatica, Confeſſione fidei *CLAUDII* Imperat. *Æthiopiæ*, *&c.* per manus Cl.D. *M.Wanſlebii* accepi, quæ omnia (Curioſitatis monumenta non vulgaria) *A.D.* 1661. prelo hic commiſi. Lexica *Arabica*, *Gieuhari*, & *Camuſii*; item D. *Lanceloti Brunii Avicenniſtæ* incomparabilis, atque viri ob præcellentiam in hiſce literis ſumme admirandi; D. *Bedwelli* ſeptem Volumina in folio, & duo in 4°. quæ ſummo cum favore virorum celeberrimorum, Nobilis *Jo. Seldeni*, Cl.D.D. *Merick* Collegii *Londin.* Medici celeberrimi, D. D. *Worthington*, Academiæ *Cantabrigienſis* tunc temporis procancellarii digniſſimi, & Cl. D. *M. Smith* procuratoris, mihi commodata fuerunt mutuo.

Lexicon *Perſicum*, cui nomen نعمت الله, cum tribus MSS^{is} collatum; quorum unum vir Cl. D. *Tho. Gravius* pro ſumma ejus humanitate amice mihi communicavit, magna ex parte à D. *Seamanno* viro integerrimo, inque hac ac Lingua Turcica exercitatiſſimo, transfuſum fuit. At hic etiam à me ex multis authoribus addita ſunt non pauca. Hanc autem partem exornavit maxime, atque luculenter ampliavit Theſaurus *Perſicus* deſideratiſſimus Prof. Eminentiſſimi. D.D. *Golii*, τοῦ μακαρίτου.

Ex præcedentibus ſcriptoribus, atq; aliis quam plurimis nonnulla vocabulorum plauſtra, in omnibus ſex linguis, *Chald. Syr. Sam. Æth. Arab.* & *Perſica*, ſimul hic comportata, inq; ſuas ſeries ordine habemus digeſta, quæ in aliis Lexicis, qua Impreſſis, qua MSS^{is} fruſtra quæſiverit quiſpiam. Et ni fallor, non multa ſunt ſcripturæ loca, apud Criticos veteres, aut modernos, quibus ab Orientalibus linguis lux aliqua oboriatur, quæ hic conſtanter non reperiet lector.

Dictiones etiam *Hebræas* centenas puto aliquot, ſecundum proprietatem hujus, aut vicinæ alicujus linguæ, non ſine Ratione optima, Contextus analogia maxime appoſita, conſentientibus fere ſemper primis atq; antiquiſſimis SS. Scripturæ interpretibus, multo aliter transfuſas, quam ſaltem Modernorum quivis (de Tranſlatoribus loquor publicis) adhuc expoſuerit.

Hoc enim minime celandum judico, à paucis adhuc animadverſum, quo melius intelligant atque clarius, poſteritati quantum obſit aliorum pertinax imitatio; *R. Davidem* in *Hebraicis*, & *B. Aruc* in *Chaldaicis* (magni nominis ſcriptores) non ut nudos homines, ſed plane θεοπνεύστους per omnia ſequuntur non Judæi tantum, ſed Chriſtiani fere univerſi: Cum tamen ambo ingenue ſatis atq; aperte in multis, nec raro, ſuam fatentur ignorantiam; proinde ab utriſque (poſt conſiderationem mature deliberatam, & argumenta tam artificialia, quam inartificialia diutius librata) haud meticuloſi ſæpe diſcedimus.

Primus ante, & ferme ſolus inter recentiores omnes *M.Buxtorfius*, vir naris emunctioris, ſpiritu ſagaciſſimo præ aliis imbutus, malum in utroque reprobavit, & utplurimum retinuit quod bonum fuit, ac merito eligendum.

In *Syriacis* à præclariſſimo *Ferrario* quoties ceſpitatum eſt, nonnunquam à doctiſſimo *Morino* in *Samariticis*, à Copioſiſſimo, & ob magnam induſtriam merito celebrando *D.Giggæo* in *Arabicis* ſæpiſſime: idem triſte mortalitatis privilegium, & nos proculdubio, nec infrequenter manet. Interim eorum ſphalmata candide, atque crebrius ſine ne nomine (hoc ideo ab aliis viciſſim in noſtri gratiam pariter expectantes atque expoſcentes) emendavimus, nec non eorum expoſitiones multum ſuſpectas licet (donec quid certius conſtiterit) dubii, nec non aliquando parum dubii, in Legentium exercitium annexuimus; ejuſmodi conjecturarum cumulum, in aliud tempus, apud nos indies congerentes.

Arcanas atq; SS^{as} Literas, Talmud, & Alcoranus, tres Canones (ut ita dicam) Oecumenici; quibus hodie regitur, ac dirigitur univerſum pene genus humanum, allegavimus quam creberrime, & quantum potuimus accurate; Unde cuivis conſtare poteſt, quæ Chriſtianorum, Judæorum, Mohammedanorum ſententia atque fides, non è vagis neſcio quibus lacunis, ſed genuinis maximeq; authenticis ipſorum fontibus ab omnibus agnitis, deprompta; Quæ nempe de Deo, Meſſia, *D. Ieſu*, Spiritu S^{o}. Hominis lapſu, renovatione, reſurrectione, *&c.* credunt. Atq; hinc etiam exoriuntur haud raro argumenta neutiquam contemnenda (adverſariorum enim teſtimonium magni ſemper æſtimant Rationis magiſtri) ad fidem noſtram corroborandum. *Vide* הוא, יהוה, משיח, שלוש *&c.*

Mortalibus quippe mos iſte inolevit (heu nimis inveteratus) antagoniſtis ſuis falſa audacter affingendi; hoc nos Judæis facimus, atque Mohammedanis; atq; idem nobis illi; Conceſſis ab utraque parte refragari nefas: Nec Doctrinalia tantum, ſed Ritualia, Juridica, Medicinalia, atq; nonnunquam Proverbia notavimus, (loca ſaltem in quibus occurrunt) tam in illis tribus, quam in aliis libris impreſſis, atq; ipſa verba, in MSS^{is} præſertim *Syriacis, Samarit. Æthiop.* & *Perſicis*, in quibus parum adhuc laborarunt prela. *e. g. Samaritanorum* dogmata de [1] Dei vita abſoluta. [2] Perfectione, [3] Incomprehenſibilitate, [4] Providentia, [5] Conſtantia, [6] Miſericordia univerſali, [7] de S^{a} Scriptura, [8] Traditionibus, [9] Bonis operibus, [10] Sabbatho, [11] Hebræis, [12] Sacerdotum lapſorum reſtitutione, & ob quod in omni ſeculo male audierunt, ſed injuria, [13] de Imaginibus, *Vide*, 1 ࠒࠏࠌࠅࠄ in קום & ࠂࠅࠏࠋ in עטרו : ࠔࠂࠅ 3 ࠌࠌࠓ 4 ࠓࠕࠄ 5 ࠔࠁࠒ 6 ࠓࠄࠅ & ࠒࠋࠌ 7 ࠕࠑࠕࠁࠄ in כתב 8 ࠒࠋࠁࠄ 9 ࠏࠋࠒ 10 ࠔࠁࠕ & ࠌࠁࠏ 11 ࠏࠁࠓ 12 ࠌࠕࠓ 13 ࠔࠂ Mitto plura alia, quæ ſparſim reperientur.

Idem in cæteris Linguis præſtitum, ut non Lexici tantum munus obit, ſed Indicis materiarum, peculiariter Biblicarum, in quo loca Scripturæ tam difficilia, quam male atque abſurde transfuſa (quorum numerus eſt non exiguus in *Bibliis Polyglottis*, reliquiſq; omnibus) vel enodantur, vel emendantur; imo tantum non Concordantiarum inſtar eſt, quantum ad voces minus uſitatas.

Verſionum etiam optimarum errores omnes enumerare, non patitur præfationis ratio; eorum ſpecimina quædam, in certas claſſes digeſta, additis tantum duobus, tribus, aut pluribus exemplis, exhibuimus in *Oratione* noſtra, in Scholis Theologicis apud *Cantabrigienſes* habita, ad primam muneris *Arabici* ſuſceptionem; *A. D.* 1667. edita.

Quibus addi poſſunt vocabula *Hebræa* ἅπαξ λεγόμενα fere omnia; quæ ex priſcorum ſcriptis, & proprio Linguarum genio, ſuccenturiante utriſq; ipſa contextus ſerie, non parum conſequuntur luminis certioris, quam antea ex modernis quibuſlibet illis attributum fuit. Quibus otium eſt, alias inter innumeras voces, conſulant has ſequentes; אביב. אבח. האבך. אנוו. אוחים. אהלים & اهل in Append. אלמגים. תאשור. בכא. ברומים. ברקת. נר. גדר. גלש. מנסת. אלגביש. דגן. דבב. נרגל. נדרש. הוא. הדר. ורב. חלילי. חציר. חרגל. חשש. חפרפרות. יה In Append. יום. יעה. ישח. כפים. הכפיש. כסוחה. כרכר. כרוב. כרסם. כרפס. כתש. להלה. ליקהה. הלעיט. מוג. מכרות. נמרץ. משיח. גול. נוע. נבובה. ננבה. נכאת. מנעל. נעצוץ. נתע. סוחף. סחרת. סחרחר. סלעם. נסחף. סתר. עויר. עלס. עפאים. עצם. ערער. נעתם. פלח. פרס. פתבג. צדי. צבוע. צמה. קרקר in קרר. קסת. קטורות. קרבן. קנץ. מקשה. קרי. קשות. *v. Æth* ወሰቀ፡ ראם. ראמות. in רום. רגב. הרעל. רוה. ריק. רצה. רקה. רקע. רשף. שבר. שכל. שדה. שמן. אשפר. שפי. שקע. משרה. שיף. החו. תחש. תוללים. תלפיות. מתעתע. חפתיא. תורק. Mitto dictiones omnes *Syriacas, Samaritanas, Æthiopicas, Arabicas, Perſicas*, quæ mirifice illuſtrant textum ſacrum, & generatim cunctæ ſibimetipſis mutuo ingens impartiuntur lumen.

Et quidem pace doctiorum, hoc mihi videtur extra dubium; Neminem eſſe qui harum Linguarum, vel unam aſſequi queat perfecte & accurate, qui non intelligat omnes. Ut alios taceam authores; in Talmude *Babylonico* (cui vulgo nomen à confuſa Linguarum ibidem loci multitudine, quarum vix ulla eſt, in Oriente ſaltem, quæ ſuum huic Operi non contribuerit ſymbolum) ejuſmodi voces haut raro occurrunt, quas fruſtra tentaverit quiſpiam explicare, qui in harum aliqua manet inexpertus. In quibus Voluminibus (niſi à bardis) minime ſpernendis, obſervatu hoc reor non indignum: Loca in Novo Teſtamento ex Veteri allata, nonnunquam cum textu *Hebraico*, ſæpius autem conveniunt cum LXX. In hac diſcrepantia, veterum Rabbinorum nonnulli, nec non Talmudici (ab altiori Spiritu proculdubio ad id inducti) ita legunt, citanque illa, prout occurrunt in Novo Inſtrumento, & apud LXX. *vide* מטה in נטה, נשך, *&c.*

Socios quidem habui in hoc Opere, ſed perexiguo tempore mecum in illo commorantes, neſcio an dicam, immenſitate laboris plane exterritos. Quos diutius retinui, hi fuerunt; *D. M. Murray Grypſwaldenſis*, vir non minus doctus, quam admodum ingenuus, cui per ſeptennii fere ſpatium *Arabicas* meas concredideram collectiones; *D. Gul. Beveridgius*, vir in ſecretioribus hiſce literis egregie verſatus, per dimidium illius temporis, curabat *Syriacas*: prout in *Æthiopicis* per idem tempus operam impendebat ſuam *D. M. Wanſlebius*, qui ad perpoliendum ejus in iiſdem ingenium, in varias Orientis oras longa atque perículoſa ſuſcepit itinera. Per plures annos, jam ætate provectus, & una cum patrimonio ſatis competenti, exhauſtis etiam animi viribus, oculis caligantibus, corporis variis in hoc Opere confractis, & diſlocatis membris, relictus ſum ſolus, ſine amanuenſi, aut vel Correctore ullo, venia ideo apud candidos lectores (uti ſpero) ob παροράματα ſiquæ occurrerint, aliquanto dignior.

Quantum ad inveſtigandum thema aliquod, ſive vocabulum in hoc Opere, quædam ſunt hic notanda. Primo, Literæ heemanticæ ſunt quam ſæpiſſime detrahendæ. א ut, אבעבשות ſ. בעה, ارمخ ſ. رمخ, etiam in medio, ut צואר ſ. צור ב ut בכן, בנלל ſ. כון נלל quin & ſæpe aliter, Particulæ præſertim, ſub primis initialibus literis, quæ cum illis junguntur, ut ל ut כה ſ. ככה כ ut הלם ſ. יהלום י ut חדה ולת ſ. חרוה, ולות ץ ut לא & אח ſ. הלא & האח ה ut ד ſ. דלמא נ ab Arab. حرب ſ. حرنبدة : حقمق ſ. حقمقق. ut מ בוא ſ. מבוא ut לבד ſ. בדד Sic alii, nos fere ſecuti ſumus ordinem Alphabeticum. של ut שלמה ſ. מה ח ut חבל ſ. בלל. חבנית ſ. בנה. תהלה ſ. הלל. תלונה ſ. לון. תמס ſ. מסס. תנואה ſ. נוא

Quædam ſunt Literæ etiam addendæ. א ut חד ſ. אחד. נשים ſ. אנש & התיו ſ. אתה & סכלת ſ. אכל [illegible] ב ut סב ſ. סבב & ſimiliter in omnibus Defectivis ſecunda, ut חג ſ. חגג. חד ſ. חדד &c. ſic ולות ſ. ולל, זמה ſ. זמם ה ut מן ſ. מנה ו ut וד ſ. וור & ſic in omnibus Quieſcentibus ſecunda, ערדה ſ. עור. שחת ſ. שוח. ששון ſ. שוש. ממקנא ה ut קי ſ. קוה עלה ſ. סעל י ut כל ſ. יכל. יבל ſ. עוה. יעו ſ. חמה. יחם ſ. רחם. יער ſ. צא ערה & צואה ſ. יצא it. in medio, מץ ſ. מיץ. רחים ſ. ריח עוק ſ. מעקה עוף ſ. מועף מוק ſ. ſæpe per Dages compenſatur, בצע. מצ ſ. יצע. יצר מ ut מספה ſ. ספם ſic in omnibus à Defectivis ſecunda, נ ut הכרה. נכר ſ. הצלת. נצל. שיא ſ. שיג. נשא ſ. נשג in medio ob Dages, ut שתים ſ. שנה

Et quædam denique mutandæ, א ut נאר ſ. נור. ראש ſ. רוש. זאת ſ. זה. נכאים ſ. נכה. שניאות ſ. שנה. שוא ſ. שוה. צרא ſ. צרה [illegible] חלה ſ. & hoc communiter in Syriacis, & Arabicis. ה ut מחלה ſ. חלא ו ut תושיה ſ. ישה. נועו ſ. יעו. תונה ſ. ינה. תורה ſ. ירה Arab. مونس ſ. انس & ſic in omnibus ab Elif, ubi Damma ſuccedit loco Elif. י ut שיל ſ. שאל. ריב. חיל. הידה ſ. רוב. חול. ח ut פאתא ſ. פאה עסס ſ. עיסה. ציה ſ. צי. עיה ſ. עי. נקה ſ. נקי. נהה ſ. ני. רוה ſ. רי. כוה ſ. כי. חוץ ſ. חיצון. עור ſ. עיר. עוף ſ. עיף. חור

Finita in ־ין יון־ום vide in Quieſcent. tertia, פריום. סריון. ענין. קנין. שכוי. שקוי ſ. פרה. סרה. ענה. קנה. שכה. שקה Voces in quibus אוי quærendæ inter literas magis radicales, ut טאנים ſ. טנס حلبون ſ. חלן Sæpe etiam ſub primis literis initialibus [illegible] ſ. איל. جوزهر ſ. جور ſic [illegible] ſ. ניל [illegible] ſ. אוד [illegible] ſ. רום & [illegible] aliaque Geminant. ſecundam, ut, ערער ſ. עור. עפעף ſ. עוף alias autem inter Verba perfecta, ut צלצל ſ. צלל Compoſitæ voces, ſæpe occurrunt ſub poſteriori earum parte, ut פתבג. עבטיט ſ. בג & טיט interdum etiam ſub Perfectis, ut צלמות ſ. צלם Parentheſi includuntur fere, quæ *Giggeius*, vel plura, vel diverſa habet à *Golio*.

Conjugationes *Æthiopicæ* non uno modo citantur; in Lexico, ſecundum ordinem *Arabicarum*; in Grammatica autem, juxta methodum *Ludolfianam*, qua aptior nulla eſt, nec adeo accurata.

Coronidis loco, agnoſcenda hic, atq; publicanda merito Illuſtriſſimorum virorum (in tanto, tamq; longo plurimorum annorum decurſu, non multorum quidem) beneficentia, qui Opus hoc neglectum, & caſibus non paucis diris ac duriſſimis langueſcens nimis, donariis ſuis amplis, atque munificentia perbenigne excitarunt, ac promoverunt.

Horum ſequuntur Nomina.

Auguſtiſſimus D. *CAROLUS* II. *Angliæ*, *Scotiæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* Rex, &c.

Honoratiſſimus D. *Johannes* Comes de *Bridgwater*, Vicecomes *Brackley*, Baro *Elſemere*, Regiæ Mati. à ſecretioribus Conſiliis.

Honoratiſsimus D. *Georgius Villars* Vicecomes *Grandiſon*.

D. *Edmundus Forteſcue* Eques & Baronettus.

D. *Nortonus Knatchbull* Eques & Baronettus

D. *Thomas Rich* Eques & Baronettus.

D. *Thomas Wendy* Eques, & Ordinis Balneati miles.

D. *Franciſ. Theobald* Armiger, harum etiam Lingg. callentiſs.

Reverendiſs. D. *Gilb. Cant.* totius *Angliæ* Primas, & Metropol. ac Regiæ Mati. à ſecretioribus Conſiliis.

Plurimum Reverend. *Joh. Dunelm.*

Plurimum Reverend. *Matth. Elienſ.*

Plurimum Reverend. *Rob. Lincoln.*

Plurimum Reverend. *Georg. Winton.*

Plurimum Reverend. *Hen. Ciceſt.*

Plurimum Reverend. *Edw. Norvic.*

Plurimum Reverend. *Will. Bath.* & *Well.*

Plurimum Reverend. *Seth. Sarum.*

Eſt adhuc Honoratiſsimus unus, vel alter alius, quos intra velum latere jubet Prudentia, & rerum Ratio. Optimus, Maximuſque omnium bonorum Remunerator, Honoratiſsimis hiſce, atque vere Generoſis viris, eorumque poſteris in ſempiternum retribuat quæcunque in Theſaurum hunc Verborum, ipſi Revera effuderunt, animitus oro, & obteſtor.

Abbreviaturæ, quæ in hoc Opere occurrunt explicantur,

Acc. Accuſativas caſus.
Act. Activum, ſ. Verbale nomen.
Adverb. Adverbium.
Ag. Agens, ſ. Participium activum.
Af. Affixum.
al. aliis.
An. Æth. Animadverſiones Æthiopicæ,
An. Sam Animadverſiones Samaritanæ, utræq, in ſexto Bibliorum Tomo.
ap. apud.
Aq Ph. Aquinas Lexicographus. Chald.
BB. Bar. Bahlul.
Bc. D. Buncle, qui perhumaniter mutuo mihi commodabat. MS Judicum, Sam. &c.
Bd. Cl. Bedwellus.
Bx. D. Buxtorfius.
c cum
cca conſtruitur cum Accuſativo.
ccg. conſtruitur cum Genitivo.
ccga conſtruitur cum gemino Accuſativo.
cap. cum Accuſ. perſonæ
car. cum Accuſ rei.
CL. Cohen de Lara.
Col. Collectivum.
Comp. Comparativum.
Cn. Conſtructum.
conv. convenit.
DD. D. Derſhovius.
DP. David de Pomis.
Def. Defectivum.
Denom. Denominativum.
Der. Derivativum.
Dim. Diminutivum.
Dipt. Diptoton.
Emp. Emphatica.
&ſ & ſimilia.
ex. al. exemplar aliud.
F. Ferrarii Lex. Syriacum.
f. fœmininum. fi fine.
fo. fortè. fr. forma.
Fut. A, I. O. Futurum in Fatha, Keſra, Damma
G. D Golius.
GF. Guido Fabricius.
Gg. Giggeius.
Gent. Gentile nomen.
Gl. Gloſſa.
H. Hebræus. h.e. hoc eſt
IL. D. Jobus Ludolfus.
Imperſ. Imperſonaliter. in. initium.
Intranſ. Intranſitivum
m. *maſculinum.*
Maſ. Maſius
MP. Maſii peculium.
Maſd. Maſdid, i. Arab. Infinitivus modus.
med. Phat. Keſr. Dam h. e. *mediâ radicali in Præterito, habente vocalem Phatha, Keſra, Damma*
Met. Metaphoricè.
No. *Nomen.*
No. *Un Nomen Unitatis.*
Opp. Opponitur.
Part. Participium.
PB. Participium Benoni.
PP. Participium Præteritum.
Paſſ. Paſſivum.
pec. peculiariter.
Perſ. Perſicè.
Pl Plurale.
Pl pauc. Plurale paucitatis
Pl. mult. Plurale multitudinis
Plp. Plurale Pluralis.
Pl. ſan Plurale ſanum
Poſs Poſſeſſivum.
præc. præcedens.
prop. propriè.
prox. ſeq. proximè ſequens.
pt. poteſt.
Prov. Proverbium.
q. quia. q.d. quaſi dicas
qſ. quaſi. Rn. Reſpondet
s. ſub. ſ. ſive. ſc. ſcilicet
ſeq. ſequens.
ſign. ſignificatione.
Sing. Singulare.
Superl. Superlativus.
T. Talmud.
TH. Talmud Hieroſolymitanum.
Tranſ Tranſitivum.
Tranſl. Tranſlatio.
v. vide. v. *verſus.*
V. Lec. Variæ Lectiones, in ſexto Bibliorum Tomo.
VL. Vulgata Latina.

Harmonia brevis & perpetua ſex Linguarum Orientalium, *HEBRAICÆ, CHALDAICÆ SYRIACÆ, SAMARITANÆ, ÆTHIOPICÆ, ARABICÆ,* Cui annectuntur Linguæ *PERSICÆ* Rudimenta, quæ aliqua ex parte etiam præcedentibus illis eſt conformis.

Alphabet. Hebraicum & Chaldaicum. — *Samaritanum.*

Num.	Nom.	Fig.	Samaritanum	in MS.
1	Aleph	א	ࠀ	ࠀ
2	Beth	ב	ࠁ	ࠁ
3	Gimel	ג	ࠂ	ࠂ
4	Daleth	ד	ࠃ	
5	He	ה	ࠄ	ࠄ
6	Vau	ו	ࠅ	
7	Zain	ז	ࠆ	ࠆ
8	Cheth	ח	ࠇ	
9	Teth	ט	ࠈ	
10	Jod	י	ࠉ	ࠉ
20	Caph	כ	ࠊ	
30	Lamed	ל	ࠋ	ࠋ
40	Mem	מ	ࠌ	
50	Nun	נ	ࠍ	ࠍ
60	Samec	ס	ࠎ	
70	Ain	ע	ࠏ	
80	Pe	פ	ࠐ	ࠐ
90	Tſade	צ	ࠑ	
100	Koph	ק	ࠒ	
200	Reſch	ר	ࠓ	
300	Schin	ש	ࠔ	
	Sin	ש	ࠔ	
400	Tau	ת	ࠕ	

Literæ finales.
500 ך, 600 ם, 700 ן, 800 ף, 900 ץ.

Numerus ࠉ 10. ࠀࠉ 11. ࠄࠉ 15. ࠊ 20. ࠋ 30, &c. ut Heb.

Item ת״ק 500, ת״ר 600, ת״ש 700, ת״ת 800, תת״ק 900, א̈ 1000, ב̈ 2000, ג̈ 3000, it. בא̈ גא̈ id. נת״ק 3500.

De ratione numerandi vide plura apud *Balmeſ. Gram. Heb.* & *Joſ. Accuratenſ. Gram. Syr.*

Literæ Rabinicæ.

Ital.	Germ.	Poteſtas.
א	א	*Aſpiratio levis.*
ב	ב	Bh
ג	ג	Gh
ד	ד	Dh
ה	ה	*Spiritus aſper.*
ו	ו	V *conſonans.*
ז	ז	Z *vel* ſ *inter duos vocal.*
ח	ח	*Spiritus aſperior.* (les.
ט	ט	*Gr.* θ Th
י	י	I *conſona; al.* Y.
כ	כ	*Gr.* χ *al.* K.
ל	ל	L
מ	מ	M
נ	נ	N
ס	ס	*Gr.* ϛ *Hiſp.* X *Ger.* Sch.
ע	ע	*Spiritus aſperrim. LXX. nunc per γ, nunc per γſ, exprimunt, ut* Ἀſγαὶ, Gen. 13. 3.
פ	פ	Ph *vel* F.
צ	צ	Tſ *vel* Sſ.
ק	ק	K *vel* Q.
ר	ר	R.
ש	ש	S *acutum, ut in Lat. Sex.*
ת	ת	*Gr.* τ *LXX. per* τ & θ *efferunt.*

Literæ Rabinicæ finales.

Ital. כך מם נן פף צץ

Germ. כך מם נן פף צץ

Specimina hujus characteris v. apud *Cl. Buxtorf. Gram. Heb. Maj. p. 659.*

Alphabetum Syriacum.

Nomen.	Figura. Fine.	Figura. Med.	Figura. Init.	Literæ Syriacæ Duplices.	Literæ Syriacæ Neſtorianæ.	Literæ Syriacæ Eſtrangelæ.
Olaph	ܐ ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ ܐ	ܐ
Beth	ܒ ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ
Gomal	ܓ ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ
Dolath	ܕ ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ
He	ܗ ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ
Waw	ܘ ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ
Zain	ܙ ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ
Hheth	ܚ ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ
Teth	ܛ ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ
Judh	ܝ ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ
Coph	ܟ ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ
Lomad	ܠ ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ
Mim	ܡ ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ ܡ	ܡ
Nun	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ ܢ	ܢ
Semchath	ܣ ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ
Ee	ܥ ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ
Pe	ܦ ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ
Sſode	ܨ ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ
Cquoph	ܩ ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ
Riſch	ܪ ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ
Schin	ܫ ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ
Tau	ܬ ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ ܬ ܬ	ܬ

Poteſtas eadem quæ præcedentibus. Numerus ܝ & ܝ̄ 10, ܝܐ & ܝܐ̄ 11, ܝܗ & ܝܗ̄ 15, ܟ & ܟ̄ 20, ܠ & ܠ̄ 30, ܡ & ܡ̄ 40, ܢ & ܢ̄ 50, ܝ̇ 100, ܟ̇ 200, ܠ̇ 300, ܡ̇ 400, ܢ̇ 500, &c. Interdum more Hebr. ܩ̇ 100, ܪ̇ 200, ܫ̇ 300, ܬ̇ 400, &c. ܐ̣ 1000, ܒ̣ 2000, ܓ̣ 3000, &c. ܝ̱ & ܐ̂ 10000, ܒ̱ & ܒ̂ 20000, ܓ̱ & ܓ̂ 30000, &c. Eſtrangeli hoc faciunt; cum linea ſupernè & infernè, *ut Æth.* Quænam poteſtas, ſ. vera literarum pronunciatio, v. *Balones Gr. Hebr.* 19, 25, 539.

Alphabetum Æthiopicum.

Nomen.	Figura, & poteſtas. a breve.	u	i	a long.	e	y	o	*ut Heb.*	Numerus.
Hoi	ha ሀ	hu ሁ	hi ሂ	ha ሃ	he ሄ	hy ህ	ho ሆ	ה 1	፩
Law	la ለ	lu ሉ	lu ሊ	la ላ	le ሌ	ly ል	lo ሎ	ל 2	፪
Haut	ha ሐ	hu ሑ	hi ሒ	ha ሓ	he ሔ	hy ሕ	ho ሖ	ח 3	፫
Mai	ma መ	mu ሙ	mi ሚ	ma ማ	me ሜ	my ም	mo ሞ	ם 4	፬
Saut	ſa ሠ	ſu ሡ	ſi ሢ	ſa ሣ	ſe ሤ	ſy ሥ	ſo ሦ	ס 5	፭
Ryys	ra ረ	ru ሩ	ri ሪ	ra ራ	re ሬ	ry ር	ro ሮ	ר 6	፮
Saat	ſa ሰ	ſu ሱ	ſi ሲ	ſa ሳ	ſe ሴ	ſy ስ	ſo ሶ	ש 7	፯
Kaf	ka ቀ	ku ቁ	ki ቂ	ka ቃ	ke ቄ	ky ቅ	ko ቆ	ק 8	፰
Bet	ba በ	bu ቡ	bi ቢ	ba ባ	be ቤ	by ብ	bo ቦ	ב 9	፱
Tawi	ta ተ	tu ቱ	ti ቲ	ta ታ	te ቴ	ty ት	to ቶ	ת 10	፲
Hharm	ha ኀ	hu ኁ	hi ኂ	ha ኃ	he ኄ	hy ኅ	ho ኆ	ח 20	፳
Nahas	na ነ	nu ኑ	ni ኒ	na ና	ne ኔ	ny ን	no ኖ	נ 30	፴
Alph	a አ	u ኡ	i ኢ	a ኣ	e ኤ	y እ	o ኦ	א 40	፵
Caf	ka ከ	ku ኩ	ki ኪ	ka ካ	ke ኬ	ky ክ	ko ኮ	כ 50	፶
Waw	wa ወ	wu ዉ	wi ዊ	wa ዋ	we ዌ	wy ው	wo ዎ	ו 60	፷
Ain	a ዐ	u ዑ	i ዒ	a ዓ	e ዔ	y ዕ	o ዖ	ע 70	፸
Zai	za ዘ	zu ዙ	zi ዚ	za ዛ	ze ዜ	zy ዝ	zo ዞ	ז 80	፹
Yaman	ju የ	ju ዩ	ji ዪ	ja ያ	je ዬ	jy ይ	jo ዮ	י 90	፺
Dent	da ደ	du ዱ	di ዲ	da ዳ	de ዴ	dy ድ	do ዶ	ד 100	፻
Geml	ga ገ	gu ጉ	gi ጊ	ga ጋ	ge ጌ	gy ግ	go ጎ	ג 200	፪፻
Tait	tha ጠ	thu ጡ	thi ጢ	tha ጣ	the ጤ	thy ጥ	tho ጦ	ט 300	፫፻
Pait	pa ጰ	pu ጱ	pi ጲ	pa ጳ	pe ጴ	py ጵ	po ጶ	פ 400	፬፻
Zadai	za ጸ	zu ጹ	zi ጺ	za ጻ	ze ጼ	zy ጽ	zo ጾ	צ 500	፭፻
Zappa	zza ፀ	zzu ፁ	zzi ፂ	zza ፃ	zze ፄ	zzy ፅ	zzo ፆ	צ 600	፮፻
Af	fa ፈ	fu ፉ	fi ፊ	fa ፋ	fe ፌ	fy ፍ	fo ፎ	פ 700	፯፻
Pſa	pa ፐ	pu ፑ	pi ፒ	pa ፓ	pe ፔ	py ፕ	po ፖ	פ 800	፰፻

Aliæ ſyllabæ, non Diphthongi, quia ex ſententia doctiſſ. nullas habent. Hæ ſemper in analogas variantur ለሐኰ: f. *Pl. Præt.* ለሐኳ:

kua ኰ	kuy ኵ	kui ኲ	kua ኳ	kue ኴ	900 ፱፻
kua ቈ	kuy ቍ	kui ቊ	kua ቋ	kue ቌ	1000 ፲፻
gua ጐ	guy ጕ	gui ጒ	gua ጓ	gue ጔ	2000 ፳፻
hhua ኈ	hhuy ኍ	hhui ኊ	hhua ኋ	hhue ኌ	3000 ፴፻

Litera Ambarica.

ሸ	ሹ	ሺ	ሻ	ሼ	ሽ	ሾ
ቸ	ቹ	ቺ	ቻ	ቼ	ች	ቾ
ኘ	ኙ	ኚ	ኛ	ኜ	ኝ	ኞ
ኸ	ኹ	ኺ	ኻ	ኼ	ኽ	ኾ
ዠ	ዡ	ዢ	ዣ	ዤ	ዥ	ዦ
ጀ	ጁ	ጂ	ጃ	ጄ	ጅ	ጆ
ጨ	ጩ	ጪ	ጫ	ጬ	ጭ	ጮ

v. Cl. D. D. Jobi Ludolphi Gr. Æthiop. 3.

Omnes hæ literæ (utpote Auſtrales) more Septentrionalium, leguntur à ſiniſtra dextram verſus: Reliquæ ſex Orientales contrà, Orientis inſtar Solis, ab ortu moventur in occáſum, à dextra in ſiniſtram. Armeni, Iberi, *&c.* qui cum Æthiopibus hic conſpirant, ſuas et. hâc in re habent rationes. Arabes & Perſæ cum his eodem ordine numerant, ٢١, ٢٢, *&c. v. Grav. Gr. p. 8.*

Alphabetum Arabicum.

Nomen	Figura Final.	Figura Med.	Figura Init.	Poteſtas.	Numeri.
Elif	ﺎ ا	ﺎ ا	ا	א	1 ı
Be	ب ﺐ	ﺒ	ﺑ	ב	2 μ
Te	ت ﺖ	ﺘ	ﺗ	ת	3 μν
Thſe	ث ﺚ	ﺜ	ﺛ	*blaſum* ת	4 ع
Zjim	ج ﺞ	ﺠ	ﺟ	Zj	5 o
Hha	ح ﺢ	ﺤ	ﺣ	Hh	6 ч
Cha	خ ﺦ	ﺨ	ﺧ	*ferè Gr.* γ	7 v
Dal	د ﺪ	ﺪ	د	*Hebr.* ד	8 ʌ
Dhſal	ذ ﺬ	ﺬ	ذ	ד *blaſum*	9 q
Re	ر ﺮ	ﺮ	ر	*Hebr.* ר	10 ı.
Ze	ز ﺰ	ﺰ	ز	*Hebr.* ז	20 μ.
Sin	س ﺲ	ﺴ	ﺳ	ס	30 μν.
Schin	ش ﺶ	ﺸ	ﺷ	ש	40 ع.
Sad	ص ﺺ	ﺼ ﺼ	ﺻ ﺻ	צ	50 o.
Dad	ض ﺾ	ﻀ ﻀ	ﺿ ﺿ	צ *blaſum.*	60 ч.
Ta	ط ﻂ	ﻂ	ط	ט	70 v.
Da	ظ ﻆ	ﻆ	ظ	*blaſè ut* ט	80 ʌ.
Aain	ع ﻊ	ﻌ	ﻋ	*Hebr.* ע	90 q.
Gain	غ ﻎ	ﻐ	ﻏ	*G, quod in gutture effertur.*	100 ı..
Fe	ف ﻒ	ﻔ	ﻓ	*Hebr.* פ	200 μ..
Kaf	ق ﻖ	ﻘ	ﻗ	ק	300 μν..
Kef	ك ﻚ	ﻜ ﻜ	ﻛ ﻛ	כ	400 ع..
Lam	ل ﻞ	ﻠ	ﻟ	ל	500 o..
Mim	م ﻢ	ﻤ	ﻣ	מ	600 ч..
Nun	ن ﻦ	ﻨ	ﻧ	נ	700 v..
Waw	و ﻮ	ﻮ	و	*ut Angl.* W	800 ʌ..
He	ه ﻪ ﺔ	ﻬ	ﻫ	ה	900 q..
Je	ي ﻲ ى	ﻴ	ﻳ	י	1000 ı...
Lam elif	ﻻ ﻼ	ﻼ	ﻻ		

Ordo literarum apud Occidentales Arabes, *ſ.* Mauros, *v. Erp.Gr.Ar.*5.

Alphabetum Perſicum.

Nomen.	Figura Fin.	Figura Med.	Figura Init.	Poteſtas.
Elif	ﺎ ا	ﺎ ا	ا	*Ar.*
Be	ب ﺐ	ﺒ	ﺑ	
Pe	پ ﭗ	ﭙ	ﭘ	*ut* P *Lat.*
Te	ت ﺖ	ﺘ	ﺗ	*ut Ar.*
Se	ث ﺚ	ﺜ	ﺛ	*ut Ar.*
Sjim	ج ﺞ	ﺠ	ﺟ	*ut Ar.*
Che	چ ﭻ	ﭽ	ﭼ	*Angl.* Ch.
Hha	ح ﺢ	ﺤ	ﺣ	*ut Ar.*
Cha	خ ﺦ	ﺨ	ﺧ	*ut Ar.*
Dal	د ﺪ	ﺪ	د	*ut Ar.*
Zal	ذ ﺬ	ﺬ	ذ	*ut Ar.*
Re	ر ﺮ	ﺮ	ر	*ut Ar.*
Ze	ز ﺰ	ﺰ	ز	*ut Ar.*
Zhe	ژ ﮋ	ﮋ	ژ	Zz *Ital.*
Sin	س ﺲ	ﺴ	ﺳ	*ut Ar.*
Schin	ش ﺶ	ﺸ	ﺷ	*ut Ar.*
Sad	ص ﺺ	ﺼ ﺼ	ﺻ ﺻ	*ut Ar.*
Zad	ض ﺾ	ﻀ ﻀ	ﺿ ﺿ	*ut Ar.*
Ta	ط ﻂ	ﻂ ﻂ	ط	*ut Ar.*
Sa	ظ ﻆ	ﻆ ﻆ	ظ	*ut Ar.*
Aain	ع ﻊ	ﻌ ﻌ	ﻋ	*ut Ar.*
Gain	غ ﻎ	ﻐ ﻐ	ﻏ	*ut Ar.*
Fe	ف ﻒ	ﻔ ﻔ	ﻓ	*ut Ar.*
Kaf	ق ﻖ	ﻘ ﻘ	ﻗ	*ut Ar.*
Kef	ك ﻚ	ﻜ	ﻛ	*ut Ar.*
Ghaf	گ ﮓ	ﮕ	ﮔ	*ut* Gh.
Lam	ل ﻞ	ﻠ ﻠ	ﻟ	*ut Ar.*
Mim	م ﻢ	ﻤ ﻤ	ﻣ	*ut Ar.*
Nun	ن ﻦ	ﻨ ﻨ	ﻧ	*ut Ar.*
Waw	و ﻮ	ﻮ ﻮ	و	*ut Ar.*
He	ه ﻪ ﺔ	ﻬ ﻬ ﻬ	ﻫ	*ut Ar.*
Ye	ي ﻲ	ﻴ ﻴ	ﻳ	*ut Ar.*

IN nominibus literarum ferè conveniunt Orientales hi omnes, de quorum ſignificatu, & quæ in iis continentur myſteriis, Judæi multa. *v.* Ben Jochai, Alchanna. שערי אורה Ars Cabal. I. 713, 824. De ſignificatu Æthiopicarum *v.* Ach. Venerium, & M. Victorium. Hæc nomina שין׳ ריש׳ טית׳ נימל׳ &c. originem planè ſapiunt Chaldaicum, potiùs quàm Hebr.

Figura proinde literarum, quæ Hebraica ubique nunc audit, eſt extra dubium Chaldaica. *v.* Cl. Gerh. Harm. Ling. Or. 16. Capelli Diatr. Alſtedz. Antig. d. Eſcañ 147.

Sex habent Hebræi, & in MSS. multò plures, literas dilatabiles, אהלםתח (rariùs hoc ult.) quia voces ſub lineæ finem dividere non ſolent: quod Æth. & Syris in uſu eſt, præſertim in MSS. *v. Alpheſ. H.* ס׳ תורה 148 2. Syrorum literæ ex utraque parte ligabiles, [illegible] Et ex una tantùm [illegible] Quædam aliquando longiùs producuntur ـــ etiam Arab. الـــا

Perſæ quatuor habent literas, *Pe*, *Che*, *Zhe*, *Ghaf*, ab Arabicis planè diverſas, quarum tres illis cum Turcis ſunt communes, *Pe*, *Che*, *Ghaf*, etiam quàm ſæpiſſimè prout ſui ſimiles, *Be*, *Zjim*, *Ze*, *Kef*, indifferenter occurrunt, ſcribunturque. Quin ad exprimendas voces exoticas *ſ.* peregrinas, vel ſaltem ab iis deductas, (ut ጸ & ፐ apud Æthiopes, *v. Lexic. Æthi.*) frequenter inſerviunt. Sic voces cũ پا & پي incipientes non paucæ, aliquid

quid ad pedem ſ. manum (quæ anterior eſt pes) pertinens denotat. چنلیق Catholicus, چیرا Gal. Choſe, چیله Gal. Souflet, چرپیشی Zirbus, چکر Jecur, چرا Quare? زیلده Cento, زنکار Σκωρία, ژنك i. q. Ar. شكا Sic et. ژاو Ταῶς, ژکان [illegible], ژاره Gaſa. Hoc idem cæteris etiam eſt commune; at peculiare magis illud, cum tribus Turcicis literis, atq; hujus gentis voces haud paucæ in hanc linguam ſe ingeſſerunt.

Ventri literarum apud Hebræos & Chal duo inſcribuntur puncta, Dageſch & Mappik, Syriacæ illud, (v ܩܘܫܝ) hoc Chal. originis, à נפק Uſûs igitur recentioris. Dageſch eſt vel Lene, quod literas בּ גּ דּ כּ פּ תּ indurat, בּ b, גּ g, דּ d, כּ k, פּ p, תּ t, quorum Rafata poteſtas, bh, gh, dh, &c. vel Forte, quod literas geminat, לִבּוֹ libbo, cor ejus. Omnibus accidit, exceptis Gutturalibus. In initio dictionis, & in medio, poſt Sheva quieſcens, eſt Lene: in medio, poſt vocalem brevem, aut longam, eſt Forte: it. in fine, niſi ante finalem Begadkephath ſchevatam aliud Scheva quieſcens præcedat, ut נֵרְדְּ Nerd, ܒܙܛ Bazt. Tam apud Syros, quàm Hebr. compenſatur defectus literæ per Kuſhoi, ܬܬܥܠܒܘܢ à ܥܠܒ fraudabitis, cum Ruchoch, ܬܬܟܠܘܢ à ܟܠܐ Prohibebitis. Ut H. Dageſch forte in Nominibus רַבִּים &c. Sic Sy. Kuſhoi, ܪܒܐ ܓܒܐ Rabo, Gabo, ܟܠܬܐ Kaltho, ab Heb. כַּלָּה literæ defectũ connotat. Punctorũ apud Syr. uſus in Verbis, v. in Tab. Conjugationũ. Notæ ſunt et. Pl numeri. Duplex punctum ſupra Reſch, interdum notat literam, & primã præteriti, ſ. Fut. vel Benoni, ut ܩܪܝܬ Kryt, Vocavi; non Krait, Vocâſti.

Ebræorum Dageſch forte, Chald. Syr. Æth. Arabibus & Perſis per Nun reſolvitur. מנדעא pro מדעא & קנצי pro קִצֵּי. Ex Heb. אתם, את Syr. ܐܢܬ, ܐܢܬܘܢ; ܐܢܬܝ; Æth. አንተ፡ አንትሙ፡ ex אבוב, טבור, חטה انبوب طنبور حنطة ab hoc ult. Perſ. كندم & سنبله ሰንበት፡ à Chal, שַׁבָּא i. q. שבת. Mappik eſt punctum educens literam ה in fine, & ו in medio, è quiete in motum, ut רַגְלָהּ צִיּוֹן גָּבֹהַּ pes, f. Hoc olim per Raphe, Zach. 5. 11. לָהּ Exod. 9. 18. הִוָּסְדָהּ Sic & Chal. & in m. g. רַגְלָהּ In verbis perit, ſequente vocali, ut גְּבָהוּ Syri punctum illud ſupra ponunt cum Ptkobo ܘܗܐ ܘ Ar. ة punctatum, ſonum ܬ Te habet.

Samaritani lineolã ſupernè, loco Dageſch interdum uſurpant. Syris eſt punctũ ſupra ܩܘܫܝ quod (Dageſch lenis inſtar, & ex illius legibus) indurat; infra ܪܘܟܟ quod mollit: literam autem geminant nullam.

Æthiopibus in uſu eſt geminatio literarum, at nullã notâ indicatur. 1. Nomina formæ ግብር፡ gybbur. 2. Eliſio literæ, ነደ፡ Nedda, pro ነደደ፡ 3. Secunda pl. Præter. maſc. penult. geminat, ገበርክሙ፡ gabarkymmu. v. Gr. Æth. I L. 10.

Arabibus, Perſiſque, Teſdid supernè poſitum literas omnes, non exceptâ Elif, ut رَأَّس مَلَّام سَآَّر duplicat; cui eſt hæc figura (ّ) Mauris autem hæc ʌ, vel v, vel ʌ, (quæ rariùs) dicitur hoc Teſdid Neceſſarium. 2. Teſdid Euphonicum, idque triplex: Initiale, quod initialibus literis لويمير imponitur poſt Nun expreſsè Gieſmatum مِنْ رَبِّهِ Mirrabbihi, vel latitans in vocali Nunnata, بَيْتٌ مُقَدَّسٌ beitom mukaddaſon. Apponitur et. cuivis non Gutturali immediatè poſitæ poſt ſui ſimilem Gieſma affectam. مِنْ نَذْرٍ Cor. Surat. II. 269. بَلْ لَهُ 116. v. v. 60, 83. aliàs abſq; مِنْ نِسَائِهِم 224, 226. مِنْ نَاصِرِينَ III. 21, 54, 90. Deltale, quod adſcribitur ت poſt د (& interdum, rariùs autem poſt ذ) قَصَدتُّ Lamdale, apponitur literis Solaribus poſt Art. ال ut الرَّبُّ Arrabbo, اللّٰهُ Allaho, ubi ل poſt ل Articuli ſæpè perit. الَّيْلُ pro اللَّيْلُ Idq; ſemper in Pron. Relat الَّذِي الَّتِي & cum Articulo præfigitur ل Dativi caſus, لِلّٰهِ pro لِاللّٰهِ.

Literis Arab. atque Perſicis, necnon Turcicis, apponuntur quoque aliæ figuræ, ſc. (ْ) quæ Gieſma vocatur, & indicat literam illam cui ſuperſcribitur cum præcedente vocali copulandam eſſe, & more Hebr. Sheva compoſitam efficere ſyllabam, ut دَرْدٌ Literis اوي quieſcentibus minùs bene appingitur, niſi radicales ſint, & naturâ ſuâ mobiles, ut يَأْمَنْ يَوْلَدُ Perſis interdum duplex, at priori literæ ſufficit ſuperſcribi, ut جَنْكْ Zjenk.

Hamza (ء) eſt ſervus literæ Elif mobilis, ut أ إ appoſitum لا Elif vocali deſtitutum, indicat id eſſe radicale, adeóque naturâ mobile, يَأْمَنُ it. in medio, & fine poſt literam gieſmatam, ſ. literas اوي uſurpatur pro Elif, idemque in pronuntiatione valet, ut يَسْئَلُ pro يَسْأَلُ أَوَّلٌ &c. شَيْءٌ مَاءٌ Literis و & ى ſuperſcriptum, eas vicarias eſſe ر Elif naturâ mobilis indicat, إِينْ يُؤْمِنْ pro إِذْ يَأْمَنْ Medda (~) apponitur Elif quieſcenti ante ء, idque producit, سَمَاءٌ Samâon; it. dictionũ compendiis, ut Heb. ' Sic طـ pro Ar. טרף at Heb. הק' pro הקדש Weſla (ٱ) Elif (cui ſoli inſervit) vocali privat, & ſubſequentem Gieſmatam cũ vocali præcedentis dictionis unit, قَلْبُ ٱلْمَلِكِ kalbolmeliki, بِٱبْنِكَ bibnika. Elif Unionis dicitur, eſtq; triplex; Verbale, Quod Imperat. I. Conj. præfigitur, اُنْصُرْ اِضْرِبْ & quod Præteritis Activis Imper. & Infin. Conjugationum ſecundæ & tertiæ claſſis pro characteriſtica eſt, اِنْصَرَفَ اِسْتَنْصَرَ 2. Nominale, in his decem, اِمْرَأَةٌ, اِمْرُؤٌ, اِبْنٌ, اِبْنَةٌ, اِثْنَانِ, اِثْنَتَانِ, اِسْمٌ, اِسْتٌ, اَيْمُنٌ, اِبْنُمٌ 3. Articulare, ال Excip. ال & اَيْمُن & Verbale cum Damma, omnia Elif Unionis extra unionem, Keſram poſſident, licèt adſcriptam non habeant; مَدِينَةٌ اِسْتَكْتَبَ Medinaton iſtetabat. اوي quieſcentes non obſtant Unioni, نَصَرُوا ٱلْمَلِكَ Naſaroul melika. Ob eam Affixa ي & فِي aſſumant Fatham, كِتَابِيَ ٱلْعَظِيمُ Kitabia ladîmo. Et Gieſma præced. mutatur in Keſra, ضَرَبَتِ ٱلْأُمُّ Darabati lommo. In مِنْ in Fatham mutatur, مِنَ ٱبْنِكَ at عَنْ in Keſram عَنِ ٱبْنِكَ Terminationes verbales تُمْ & وا it. Affixa هُمْ & كُمْ adſumunt Dammam, عَرَوُا ٱلْعَدُوَّ pro عَرَوْا His legibus non ſubjicitur Elif Unionis initio ſententiæ, nec poſt Art. ال poſitum. Elif Unionis, & Weſla, non habent Perſæ.

Poteſtas eſt literæ Syriacæ aliquando duplex; ܘ ſequente alio in initio, & fine, Syri ut Jud efferunt, ܐܘܪ Ojar, ܡܠܐܘ Mlojo. Sic & ܘ in Benoni Quieſcentium Waw, ܣܐܡ Sojem, ܩܐܡ Kojem. Chaldæis שְׁאַל & שְׁאִיל, שְׁאִף & שְׁאִיף &c. pro eodem ſunt, fortè eodem etiam modo efferunt.

Quieſcit etiam aliquando literarum poteſtas. ܩܛܠ ܩܛܠܬ ܩܛܠܘ quæ verior punctario Chal. & Sam. כאב טאב באב [illegible] Sic ܝ in initio dictionis, ܝܬܒ Itheb. ܝܠܦ ileph. Chal. יְהַב ihabh, יְהַב ithabh. Sam. [illegible] itham. Lingua Syriaca optima eſt ac certiſſima Regula punctandi tam Chaldaica, quàm Sam. Hinc ܐܢܐ ܐܢܬ id. ܐܬܩܛܠܘ & ܐܬܩܛܠܘ ܐ ſequente ܥ pronunciatur ut Olaph, ut ܥܒܕܘ Obno, ܥܒܕ chadb, ܥܒܕܘܢ Ubdono. Quæ literæ quieſcũnt, & quando, v. Ger. Harm. L. Or. 12.

Ar. He cum duobus punctis, ة ut T, effertur, & f. gen. itemq; Plurale deſignat.

Ar. Nun ante Be ſonat ut Mim, عَنْبَرٌ Ambaro, مِنْ بَيْتِ Mimbeiti, ante لويمير ſonum accipit ſequentis, مِنْ رَبٍّ Mirrabbin, مِنْ لَيْلٍ Milleilin. Ante reliquas, ſonat ut NG. ſ. Turc. ڭ ut أَنْزَلَ Angzala, مِنْ طِينٍ Mingtinin. Ante ق & ك manifeſtior eſt, ac fortior hic ſonus. مُنْقَلَبٌ Mungkâlabon, مِنْ قَلْبِهِ Mingkalbihi, مِنْ كَفَرَ Mingkefara.

Æthiopes ዐ ut አ ſæpe ſine ulla diſcrepantia uſurpant. ከንአ፡ & ከንዐ፡ ለደድአ፡ ለደድዐ፡ ጠገአ፡ & ጠገዐ፡ per ዐ ; ſua etiam formant tempora, ዕገብር፡ faciam pro እገብር፡ Sextam Claſſem. Cl. IL. ab initio vocis per y exprimunt. ut, ፍጡር፡ fytbur. In medio quieſcit, መትከል፡ *Mâtcal*, & prima tonum habet. Poſt particulas, movetur በፍቅር፡ *baſykr*. በዝ፡ *bazy*. Fœminina adjectivorum formæ ግብርት፡ lege, *gybrt*. ቡርክት፡ *burykt*. እንስት፡ *anyſt*. ሓብሽት፡ *hybuſt* : Sic etiam Futurum Activum, cujus media radicalis eſt ſonans, & tertia ſextæ claſſis, እገብር፡ *ygabr*. Si prima ſextæ in Indicativo ይምህል፡ *ymyhyl* in Subjunctivo *ymhyl*. Poſt longam movetur, ሳድስ፡ *Sâdys*. Poſt Affixa የ & ኒ movetur ልብየ፡ *lybyja*. Duæ hujus claſſis literæ in fine vocis (inſtar Hebr. Scheva, cujus legibus permultum conformatur) quieſcunt, ምድር፡ *mydr*. ትፍሥሕት፡ *tyſsybt* (*al. tſsébet*) መገብርት፡ *magábyrt. IL.* Denique movetur ſemper poſt vocales magnas, quales ſunt omnes præter primam & ſextam, & ante ultimam dictionis ; quia omnis penultima longa ; ut aliqui volunt.

Diviſiones Literarum. Sunt vel Gutturales, אהחע *Hebr. Ch.* ܐ ܗ ܚ ܥ ࠀࠄࠇࠏ: ሀ ሐ ኀ አ፡ ዐ ሐ ኀ ሀ አ፡ اهحخعغ *Arab. & Perſ.*

Linguales, דטלנרת *Hebr. Ch.* ܕ ܛ ܠ ܢ ܪ ܬ *Syr.* ࠃࠈࠋࠍࠓࠕ: *Sam.* ተ ረ ነ ለ ጠ ደ፡ *Æth.* تدطلن & ثذظ *Arab. & Perſ.* Literam ר huic organo retulimus, *Primo, quia* Cui non eſt Lingua, non pronunciat eam ; at cui Dentes, pronunciat. *Secundo, quia* Alternat ſæpius cum cæteris Lingualibus : *ſic* דאה · ראה & ገሠደ፡ & جهر & רדק & رقد & דורנים *i.q.* רידנים & عير & ארמלא · אלמנה *id.* رش طش رن طن & رما طما & ܚܡܠ & ܛܠ ... flagellum. κρίβανος, κλίβανος. *id.* בר · בן & ... ዐጠኒ፡ & מטמון מטמור *id.* ربط ثبت & ربد *id.*

Palatinæ, גיכק *Hebr. Chal.* ܓ ܝ ܟ ܩ *Syr.* ࠂࠉࠊࠒ *Sam.* ገየከቀ፡ *Æth.* جيغقك *Ar. Perſ. It. bis, atque Turcis* ڭ

Dentales, זסצש *Hebr. Chal.* ܙ ܣ ܨ ܫ *Syr.* ࠆࠎࠑࠔ *Sam.* زسشصض *Arab. & Perſ. & bis* ژ چ

ÆTH. በሂለ : Dicere. Joh. 1. 38. Mar. 7. 11, 34. *Af.* Luc. 6. 42. Joh. 21. 19. *Imp.* በል : Dic. Mat. 4. 3. *Pl.* በልዎ : Pſ. 65. 2. *Fut.* ይብል : *et* ይቤ : Dixit. Mar. 12. 6. Luc. 12. 18. Heb. 3. 13. 2 Cor. 8. 16. ይብል : Prædicat. 1 Cor. 14. 37. ይቤሎ : Allocutus eſt eum. Luc. 7. 36. ትቤ : *et* ትብል : Dicis. Luc. 8. 45. Mar. 12. 32. *et* 14. 68. እቤ : *et* እብል : Dico. Pſ. 29. 7. Joh. 5. 34. *Af.* Mar. 2. 11. *et* 3. 28. *et* 9. 18. ንብል : Dicemus. Luc. 9. 54. ትብሉ : Dicitis. c. 11. 18. ይብሉ : *et* ይቤሉ : Dicunt. Mar. 3. 11, 22. *Af.* c. 1. 37. *et* 2. 8. ዘይብልዎ : quem vocabant. Act. 4. 36. ለሀ : በሂለ : ለሀ : በሂሎት : *&c. v. in* אהה. በሀል : *et* በሐል : Contradictio, ob[illegible]uium. Pſa. 30. 26. ተበሀለ : Dictus eſt. Mat. 3. 3. *et* ዘተብሀለ : c. 2. 23.

AR. بَهَلَ *Fut.* A. *Act.* 3, 1. بَهْل *&* III. مُبَاهَلَة, Reliquit *te* libertati. *ccap. &* Quod facere velles *tibi* permiſit. *cc* لِ *p. et dcr. de libero. Gigg.* 2, Maledixit *ei Deus,* execratus fuit. *cca.* 3, *Med. Keſr.* Libera fuit *camela,* & ſoluta vinculo & impedimento omni, *quod vel paſtu, vel ambulatione, vel pulli lactatione prohiberet.* III. Execratus fuit *alium. cca.* IV. *i. q.* 1, I. *cca. et dicitur de ſervo. Gigg.* 2, *Tranſit.* 3, 1. *cca.* 3, Blanditus fuit. *ccap.* VI. Se invicem execrati fuerunt, ſe diris devoverunt. VIII. Supplex fuit gemuitq; *in oratione. cc* فِي Supplicavit. *cc* لِ *vel c* إِلَى *p.* Pſ. 61. 9. *et* 85. 3. *Ro.* Sap. 7.6. *et* 16.28. *et* Malè precatus fuit. X. Soluto ligno, quod uberibus impoſitum erat, mulſit *camelam. cca.* 2, Dereliquit ſine regimine *populum*

populum. cca. In libertatem excepit, ſui juris fecit, *homines, deſertum*; *ut ubi rex perſequi non poteſt. ccap.*

بهل *Act.* 1, 2, I. 2, Paucus بهلا *i. q.* parum. Peculium exile. سهلا, *ſeu pro eo. Eſt Imperſon. Imperat.* Deſerat. *Gigg. it. i. q.* مهلا *Mehlàn*, Lentè ac ſenſim *agito*, moræ quid concede. *Id. Bd.*

باهل *i. q.* مباهل & مبهلة, *Pl.* بهل & بهل, Signi impreſſi, annuli per naſum trajecti, *aut* ligni uberibus affixi, expers & libera *camela.* 2, Sui juris & arbitrii *fœmina. et c fin.* ة, Libera à conjuge. 3, Qui vagatur otioſus ſine opere. *et* Baculo ſ. pedo carens paſtor.

بهلة & بهلة Maledictio. Anathema, diræ. بهيلة *i. q.* بهدرة, *aut pro eo, quod v.*

ابهل Nux Sabinæ: *ſ.* ipſa arbor. Juniperus, *al.* ſpecies Juniperi. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 128. *l.* 1. *Ar. Dioſc.* I. 104. *it. Abhel minus*, Abrotonum *parvum. Avic.* I. *p.* 257. *l.* 4. *Ar. Dioſc.* III. 27.

تبهل Studium, labor. ابهال Aquæ immiſſio in conſitum agrum.

مبهل Orificium pudendi muliebris. *Niſâb Sibyân.*

ابتهال Supplicatio. Pſal. 76. 1. *et* 80. 8. Act. 1. 14. مبتهل Orans. Act. 8. 15.

¶ ضلال بن بهلل وبهلل Vanus, mendax & inners homo.

بهلول, *Pl.* بهاليل, Riſor, multum ridens. Irriſor. *Prov. Ar. Cent.* I, 8. 2, Princeps omni bono præditus. 3, Venuſtus.

تبهلس Cum quis è regione aliqua de improviſo venit nudus nihil ſecum aſportans.

Q. II. تبهلص *i. q.* تبلهص, Exuit veſtes. 2, *Metaph.* Impatienter *vel* indignè tulit aliquid.

بهلع, بهلع & بهلع, Rubicunda mulier. 2, Garrula & impatiens. 3, *prim.* Infortunium, malum. 4, *ſecund.* Clamator & moroſus homo.

بهلعا In os *dixit quid.* تبهلع Mentiri *ſ.* mendacium.

بهالع Res vanæ & futiles. بهلعة Superbia. Vanitas. 2, Cùm quis alium traducit impetitve linguâ. 3, Malum, infortunium.

בהם בְּהֵמָה , בְּהֵמַת c. Beſtia, jumentum, pecus, *utriuſque ſexûs.* Gen. 1. 24. *et* 7. 2. *Conſt.* בְּהֶמַת Iſa. 18. 6. *Aff.* בְּהֶמְתּוֹ Gen. 36. 6. Prov. 12. 10. *c. Aff. ſemper denotat* Pecus quod in hominis poteſtate eſt. *Pl.* בְּהֵמוֹת Deut. 32. 24. *Conſt.* בַּהֲמוֹת Pſal. 8. 8. *At* בְּהֵמוֹת *ſingulariter etiam ſumitur pro* Elephante *propter ingentem magnitudinem quâ inſtar plurium eſt.* Job 40. 10. *Lat. etiam* Belluæ *i. q.* Elephanti. Pſa. 73. 22. *Pl. hoc Sing. vertunt* LXX. *V. La. Sy. Æth. Ar. plures. v. Fuller Miſc.* 5. 10.

CHAL. בְּהֵמָה, בְּהֶמַת Beſtia, pecus, jumentum, *pec.* Cicur & domeſticum, *ut* חיה *eſt* ferum & in agris ſeu ſilvis vivens. *Chol. f.* 80. 1. בְּהֵמִי Beſtialis, brutalis. *Fœm.* נפש הבהמית Anima beſtialis, *i. e.* ſenſitiva. *Plu.* תאוות הבהמיות Cupiditates beſtiales.

בַּהֲמִי, בָּהֳם, Armentarius, Pecuarius. *Breſh. rab. ſ.* 86. *Debhar. rab. f.* 292. 3.

SYR. ܒܗܡܘܬܐ Behemoth. Serpens. Satan *BB.* Job 40, 10. *qs.* ܒܗܡ ܡܘܬܐ *It.* Locuſta *BB.* ܒܗܡܪܐ Color albus & ruber.

SAM. ࠁࠄࠔࠄ Splendor, *i. q.* ࠁࠄࠒࠄ *vel pro eo.* Lev. 13. 19.

ÆTH. በሃም፡ Mutus. Mar. 9. 17. & 7. 32. *Pl.* ወለበሃምንኒ፡ v. 37. 1 Cor. 12. 2.

AR. II. البهم بهم, *Act.* تبهيم, Ablactavit, à matre ſeparavit agnos hædoſve. 2, Subſtitit, commoratus fuit *in loco. cc* ب. IV. Clauſit portam. *cca.* 2, Tectum & incognitum reliquit *quid. cca.* 3, *Intranſ.* Dubia & incerta fuit *res.* 4, Divertit *ab aliqua re. cc a p &* عن *r.* 5, ثنى بهمي *Buhman* produxit *terra: pec.* copioſè. V. *i. q.* 3, IV. & Tectus fuit, latuit. X. *i. q.* 1, & 2. V. *cc* على *p.* 2, Obmutuit. Barbarus viſus fuit.

بهم, *Unit. c* ة Agnus, *&c.* & بهام c. *ceu coll. it.* بهام, *Pl.* بهامات, *pec.* Agni hœdique uno comprehenſi grege. *It. Penult.* Pulli camelini.

بهام Pelicanus Ægyptius habitans in Nili ſolitudine. *It.* Ulula. *v.* بوم. *R. Gigg.*

بهيم, *Pl.* بهم & بهم, c. Unicolor; ſigno notâve carens *equus. It.* Niger. Ovis nigra. 2, Minimè reſonans ſurduſque ſonus. 3, Syncerus: eximius, incomparabilis. 4, بهم, Nudi, vacui; *al.* Sani integri. *Cor. Pl. prim. it. Pl.*

بهمة, *Pl.* بهم, *i. q.* خطة شديدة, Negotii difficultas. *Gigg.* 2, Saxum, rupes. *hinc* 3, Invictus & ſtrenuus miles: *et* invincibilis eques, heros. 4, *Coll.* Turma equitum. Exercitus. *It. Pl. i. q.* 4, *præc. prox.*

بهمي *Coll.* بهماة *Unit. (al. Diptot. Coll. et Unit.)* Herbæ ſpinoſæ ſpecies. Phœnice *Dioſc.* IV. 43. بهمة Herbæ *prædictæ* ferax, *& pec.* abundans *terra.*

بهيمة, *Pl.* بهايم *et* 2, *ſign.* بهم *et* بهم *conv. c. Hebr.* Animal brutum, beſtia: *pec.* quadrupes, *licèt* aquaticum. 2, Pullus ovinus, caprinus, bovinus. Pſ. 8. 8. *et* 35. 7. *et* 72. 22.

ابهم, *Pl.* بهم *et* بهم, Proloqui neſciens, mutus. Barbarus, cujus ſermo non intelligitur.

ابهام f. *ſubinde et* m. *Pl.* اباهم & اباهيم, *Hebr.* בֹּהֶן, Pollex manùs pediſve. Exod. 29. 20. *At.* بهم *in Erp.* Lev. 8. 23, 24. Jud. 1. 6, 7.

مبهم Clauſa *porta:* occulta & incognita *res.* 2, Res prorſus vetita: *utì eſt conjugium inter fratrem & ſororem.* 3, *Gramm. eſt Pronom. Demonſtrativum: utì* hic, ille.

مستبهم & بهيمي Beſtialis, brutalis *homo, &c.* Act. 25. 27. 2 Tim. 3. 3. *Erp.*

بهمن Behemum, ſpecies radicis, *vulgò* Behen. *v. Rauwolf. Itin. In Europa non provenit. Plemp. in Avic.* I. *p.* 141. *l.* 8. *et* 204. 42. *Ar.* 2, *Nom.* Dæmonis, quem jumentis præeſſe volunt Magi Perſarum. 3, *Nom.* Regis Perſici, fil. Aſphendiavi; *et hinc,* 4, بهمن ماه Menſis Perſicus XI. *Alferg.*

בהן בֹּהֶן m. Pollex, *tam manuum quàm pedum.* Exod. 29. 20. Lev. 14. 14. *Pl.* בְּהֹנוֹת Pollices. Jud. 1. 6, 7.

CHAL. בֹּהֶן Pollex. *Pl.* בְּהוֹנוֹת.

ÆTH. በሀንን፡ V. ተበሃንን፡ Fruſtratus eſt, ſpem ſefellit. 1 Cor. 9. 15.

AR. بيهن Roſa canina. باهين Dactylorum aut palmæ ſpecies ſemper florens. *It.* Botri conſtantes dactylis ſemimaturis & maturis.

بهانة *et c* ب, Suaveolens mulier, *pec.* halitu oris. 2, Lenis & placida. 3, Ridibunda, multùm ridens.

بهونية Camelorum genus, medium inter Carmanicum & Arabicum.

¶ Q. II. تبهنس Jactanter & ſuperbè inceſſit.

بهنس & بهانس Camelus manſuetus & obſequens. 2, *prim.* Gravis & corpulentus. 3, *poſter. i. q.* بهنيس & متبهنس, Leo.

בהס AR. V. تبهس *i. q. præc.* جاء تبيهس تبهس Venit nihil prorſus ſecum habens. *Gigg. Bd.*

بهس Audacia, audentia. بيهس Leo. 2, Vir ſtrenuus & fortis. *at de fœmina,* Eleganter incedens.

بهسة Schiſmatica gens quædam ſeu turba.

בהע AR. بوع Somnus. هابع باهع Somnolentus.

בהץ AR. IV. ابهص Prohibuit, impedivit. *ccap.*

بهص *i. q.* عطش Sitis: *at cod. D. Seld.* عطس Sternutatio.

بهصوص *et* بهصوص Aliquid. *ut* ما اصبت منه بهصوصا, Haud conſecutus ſum ab eo quicquam.

Q. بهصل Exutas veſtes ſuas, *ſuperiores, ſc.* ſponſioni vel aleæ in ludendo ſubjecit.

بهصل Corpore craſſus. 2, Albus. بهيصل Debilis: deterior, pravus viliſque. بهصلة *et* بهصلة Brevis ſaturæ *fœm.* 2, Candida.

بهصم Durus firmuſque.

¶ بهص, *v.* بهط, *Fut.* A, & IV. Moleſta fuit *res*, graviùs affecit. *ccap.*

בהק בֹּהַק m. Splendor, puſtula alba, vitiligo. Lev. 13. 39.

CHAL. אַבְהִיק Splenduit, lucidus fuit. *It.* Illuſtravit, lucidum effecit. *Part. Pl.* 2 Sam. 22. 13. *v. Sanh. f.* 100. 1. *Breſh. rab. ſ.* 40.

מוּבְהָק Clarus, ſplendidus, illuſtris.

בְּהִיק ; בַּהִיק Id, Cant. 7. 3. *Pl.* בְּהִיקִין c. 5. 14. *fœm.* בְּהִיקָן c. 1. 11.

בּוֹהַקָא Puſtula alba, papula, vitiligo, impetigo. Lev. 13. 39. *Pl.* בַּהֲקֵי Lev. 13. 2. *Targ. Jon. & Hier. c.* 14. 56. *Jon.* בֹּהַק Lentigo. *Nidda c.* 2. *f.* 19. 1. בֹּהֲקָן Lentiginoſus, impetiginoſus. *Talm. Plur.* הבוהקנין *Berach. f.* 58. 2. *f.* 24. 2.

בַּהֲקִיתָא Papula. Lev. 14. 56. *T. H.*

SYR. ܒܗܘܩܢܐ Diſtinctus albo & nigro.

ܡܒܗܩܝܢ Fulgens. *Pl.* 2 Mac. 5. 3.

SAM. ࠁࠄࠒࠄ Splendor. Lev. 13. 24, 25, 26. & ࠁࠄࠒࠄ v. 2. 23. & ࠁࠄࠒࠕࠄ c. 14. 26.

AR. بهق (*unde* بهق الحجر Lichen planta *Dioſc.* IV. 53.) *Conv. c. Hebr. à candore,* Leuce, vitiligo. Lev. 13. 39. *Avic.* I. *p.* 268. *l.* 39. & II. 161. 3. *Ar.* 3, Nux Hendema.

בהר בָּהִיר m. Lucidus, ſplendidus, candidus. Job.37.21.

בַּהֶרֶת f. Papula, ſeu macula alba. vel candida; *cui major claritas quàm in* בהק Lev. 13.2. *Pl.* בֶּהָרוֹת v.39.

CHAL. בְּהִיר Splendens, illuſtris. *Pl.* בְּהִירֵי Job.37.21. *Targ.*2.

בְּהִירוּת Splendor, lux. *Rab.* בַּהַרְתָּא Papula, macula albicans. Lev.13.2, 4, 19, 24. *Emph.* בַּהַרְתָּא v. 23, 25, 26. *Pl.* בַּהֲרָן v. 38, 39. בַּהֶרֶת Id. *Rab.* בְּהוֹרִין Nubes, *qs. Macula Cæli nigra, Aruch.* מטולאים *Taan f.* 7. 2. Exercitus nubium. *Munſt.*

SYR. ܒܘܗܪܐ Permiſtio colorum, varietas colorum. Stupor, admiratio, hæſitantia.

ܒܘܗܪܐܝܬ Variè: *refertur ad colores:* Tenebroſè, *pec.* prope auroram. Hæſitanter, attonitè.

ܒܘܗܪܢܐ Portio, pars, ſors. ܒܘܗܪܣܝܣ Lenis capilli, *vel* frondis defluxio. ܒܗܘܪܐ Tenebræ, quæ paulò ante auroram, Antelucanum, crepuſculum: *Ar. dcr.* عمود الصبح Columna auroræ. *BB.*

ܒܘܗܪܣܝܣ Nitrum rubrum.

AR. بهر *Fut. A. Act.* بهر *et ſign.* بهور, Vicit præſtititve *pulchritudine, decore, virtute. ccap.* 2, *abſolutè* Eminuit perfectione aliquâ: admodum luxit, præcelluit ſplendore *Luna* inter minores ſtellas. 3, Anhelavit, gravatè & continenter ſpiritum duxit: *ut præ laſſitudine aut oneris gravitate. Ita & in Paſſivo. & Tranſ.* Gravavit & anhelum reddidit *onus. ccap.* Difficultavit anhelitum *Int. Avic.* I. *p.*572. *l.* 31. *Ar.* & Onus cum impetu impoſuit. III. Gloriatus fuit. IV. Admirandam adduxit protulitve rem. 2, Dives evaſit poſt paupertatem. 3, Uſtus fuit meridiani Solis æſtu. 4, Modò benignum & probum, modò malum improbumque ſeſe geſſit. 5, Uxorem duxit بهيرة *i. e.* parvo corpore & gracilem matronam. V. Impletus fuit. 2, Colluxit & ſplenduit *nubes.* 3, Anhelavit, *laſſi more.* VII. *Perſ.* بر افتاد Superlapſus fuit, concidit. 2, Per medium fractus fuit *enſis.* VIII. Falſò attribuit & præter meritum imputavit. 2, *Paſſivi formâ,* Innotuit in vulgus *ob* ب *i. e. amoris vel rei cum illa habitæ rumore.* *fœminam. cc* 3, Aſſiduus fuit *in precatione vel loquela. cc* في. Haud prætermiſit ſtudii quicquam *erga aliquem, cc* ل. *contra eum, cc* علي. XI. Ad medium pertigit *nox, vel* præteriit *ea,* effluxitve quâdam, (*it.* potiore) ſui parte: علي *p. vel etiam* Denſis *vel* longa fuit *nox cc* tenebris, & caliginoſa fuit.

بهر *Act.*I. 2, Gravatio *ſ.* coactio quæ fit ſupra vires. دهر ربج

مهر بهر Vir qui tres uxores duxerit. *Gigg.* 3, Impletio. 4, Diſtantia, longinquitas, 5, Calumnia, falſa imputatio. 6, Admiratio. 7, Amor. Mœror.

بهرا Malè ſit *illi,* ل. pereat. *cc* 2, *Vox Admir.* Papæ.

بهر Anhelatio. (انبهار Diſpnoea, *Int. Avic.* I. *p.*328. *l.*17. *Ar.*). Spiritûs interceptio, *it.* continens ductio, ob oneris gravitatem *&c. Int. Avic.* I. *p.* 405. *l.* 15. & 391. 25. *Ar.* 2, *i. q.* سهر, Vigiliæ *Int. Av.* I. *p.*428. *l.* 32. *Ar.* 3, Terra latè patens. 4, Umbilicus *ſ.* medium vallis alveive.

باهر, ة, *Ag.* Mirabilis: eminens, magnus. Pſa.135. 4. Act. 28. 9. 2, Vena frontis.

بهار *i. q.* عرار, Buphthalmum, herba odorata, vernalis, luteo flore. *Avic.* I. *p.*145. *l.*14. *Ar.* Chryſanthemum *Dioſc.* III. 156. & IV. 58. 2, Res quævis pulchra & nitens. 3, Inferior in equi jugulo pars cava thoraci continis. *it.* Albedo ibi apparens.

بهار Idolum. 2, *i. q.* خطاف, Hirundo; *per* ه, *ut leg. Gigg. eſt* Satanas. 3, Piſcis albus. Goſſipium è nuculis extractum. 3, Aurum & argentum. *it.* Pondus CCC librarum, *& ita* tria auri talenta *dicuntur, quod originis Ægyptiacæ vidr. eſſe; vel* DC. *vel* M. libræ. *it.* Onus alteri oppoſitum CCCC. librarum. 4, Supellex *ſ.* utenſilia nautica, quibus in mari opus eſt. Vas roſtratum gutturnio ſimile.

بهور Leo. بهير *et* مبهور Anhelus, laſſus, defatigatus.

بهير Natibus gravis fœmina, quæ concidere videtur cùm incedit.

بهراة & بهرا, *Gent. ſ. Poſſ.* بهراني & بهراوي, *Nom.* tribûs Arabum Kodoatum.

بهرة Medium *ſ.* pars media *noctis, vallis, equi, circi annulive. it. corporis, ventris. Avic.* II. *p.*82. *l.*24. & 83.27, 29. *Ar.* 2, Cuniculus *ſ.* foſſa ſubterranea longa.

بهيرة, *Pl.* بهاير, Matrona parvæ corporaturæ ac tenuis; *ſ.* tenera & delicata. Fœmina pulchra, quæ in pretio habetur.

باهرات Naves, *quòd mare ſulcant.* مبهر Prætumidus. Judæ 16.

ابهر, *Pl.* 3, *ſign.* اباهر, Dorſum. 2, Vena illi incumbens. *it.* Vena jugularis, & Axillaris *ſ.* baſilica. & Arteria magna. & ابهران Duo ejus ſtipites, è corde, proſilientes, unde arteriæ reliquæ propagantur. 3, Pennæ latus brevius. *it. Pl.* Pennæ ordinis penultimæ in volucris ala. *general.* Pennæ avis. ابهر القوس Pars arcûs ſinuoſa, inter manubrium & extremitatem *ſ.* cornu. 4, Terræ portio, cui non ſuperfuſus fuit aquæ fluxus.

Q. بهرج *i. q.* اهدر باسقاط الحد عن عبده *Gol.* بهرجني; *it.* بهرج السي, *i. e.* Me à pœna talionis liberâſti; *it.* Res incommodâ ratione accepta fuit. *Gigg.*

بهرج, Vanus, fruſtraneus: futilis. 2, Pravus, malus, deterior, vilis. *Sic* improbus *nummus.* 3, *i. q.* مباح *Mubâhon,* Arbitrio & uſui cujuſque permiſſus. 4, *cùm* ة *fin.* Deviatio à regia via.

مبهرج *i. q. ſign.* 1, *præc.* 2 Pet. 2. 3. 2, *i. q.* 3, *præc.* Promiſcui & communis uſus *aqua. it.* Qui impune effundi poteſt *ſanguis.*

Q. تبهرس *i. q.* تبختر, *aut pro eo,* Superbiùs & jactabundus inceſſit.

Q. بهرم Saturiore cypri colore tinxit *barbam. cca.* II. Rubuit *caput, ſc.* capillo: & ruffum fuit.

بهرم *et* بهرمان, Flos cnici *ſ.* interiora ſtamina, quæ croceo vel rubido tingunt colore. *it.* Cyprus *herba.*

بهرام Id. *ſc.* Flos cnici. *Avic.* I. *p.* 478. *l.* 8. *Ar.* 2, *Perſ.* Mars, *planeta.*

بهرمه *i. e.* زهر الدور *Ca. ſi ſit* الدور, *erit* Flos Iſatidis Indicæ. *Gigg.* Flos pſylotri. *it.* Gemma floris. 2, Cultus *ſ.* religio Indorum: *i. e.* Brachmanum.

بهرمان Rubinus verus, carbunculus. Ezec. 10.9. Sardonix. c.28.13. Ex.28.18.

بهرامج, à بهرام Mars, *abſolutè* البلخية, *it. Ar.* ربى, Salix Balchica: *quod in Chroroſana provincia* Balch *copioſe na-*

ſcitur, eſtque Arbor mali Punicæ magnitudine flores odoratos proferens, vario colore. *Avic.* I. *p.* 144. *l.*39. *Ar.*

בהש AR. بهش *i. q.* بحث, *aut pro eo,* Scrutatus fuit, inquiſivit. *cc* عن. 2, Lubens, lætus, nec non bene affectus & cum deſiderio propenſus fuit *erga aliquem. cc* الي. 3, Apprehendit vel apprehendere voluit *rem,* nec cepit aut retinuit. *cca.* Extendit *manum ad aliquid ut caperet. cc* الي *r.* 4, Compoſuit ſe ad fletum *vel ad* riſum. 5, Convenerunt homines. V. *i. q.* 5, I. Convenerunt & congregati fuerunt. VI. Avidè expetivêre inter ſeſe *rem,* & cupiendo *eam* certarunt. *cca.*

بهش *i. q.* مقل, *contr.* τοῖς وقل *et* حسل, Fructus recens & humidus palmæ chamæriphis: *ſc.* arboris دوم *Daumon dictæ. at Bd. et Gigg.* Bdellium adhuc humidum, recens & viride. *al.* Arbor Bdellii. *al. de* Fructu bdellii, *qui &* ثمر ابي جهل *vocatur, & nuci Indicæ ſimilis exiſtit, interpretantur. Sed vidr. impoſſuiſſe illis ambiguitas vocis Moklon, quæ &* Bdellium *et* pumilæ palmæ fructum notat. *Unde* اهل *et* بلاد البهش Arabes Hizjázæ *& ipſa* Hizjáza, Arabiæ regio, quòd hic ejuſmodi fructus naſcitur. *& à ſimilit. quad.* وجوه البهش Homines nigriore vultu & deformes.

بهش *i. q.* هش بش, Lætus & lubens; humanuſque ac benignus.

بهيش *Nom.* viri; *ut avi Dulromma Poeta.*

مبهش Invitatus atque acceleratus *gradus.*

בהת CHAL. בְּהַת Puduit, erubuit, pudefactus eſt, pudore ſuffuſus eſt. *Scribitur et confuſè* בְּהִית *et* בְּהַת Jer.10.14. *et* 50. 12. *Part. Pl.* בָּהֲתִין Ezech.32.30. *Inf.* מִבְהַת Jer. 6. 15. *Imp.* Ezech. 16. 52. *Fut.* Pſa. 25. 20. Jer. 2. 36. *Pahel* בַּהֵיתְתָא Pudefeciſti, Pſ. 53.6. *Fut.* Pſ. 14.6. *Aph.* אַבְהֵיתְתָא Pudore affeciſti, 2 Sam. 19. 5. *Part.* מַבְהֵית Prov. 29. 15. *Fut.* Pſa.119.116. *Apud Rab. v. Kethub. f.* 62. 1.

בְּהִיתָא, בַּהֲתָא Pudor, rubor, confuſio. Pſa. 44. 8. *Emph.* בַּהֲתְתָא Prov.18.13. Gen. 2.25. ועד כדון לא הוו ידעין מה היא בהתתא Et hucuſque neſciebant, *&c. Aruch.* עד כדון *abeſt in noſtris. Conſt* בַּהֲתַת Mal. 2. 3. *Af.* בַּהֲתִי Pſa. 69. 20. *et ex form. fœm.* בַּהֲתְתָךְ 1 Sam. 20. 30. בְּהִית Id. *Af.* Pſa. 70. 4.

בֵּית בַּהֲתְתָא Locus pudoris, *i. e.* pudendum, pars corporis pudenda, cui natura pudorem adjunxit. Deut. 25. 11. Num. 25. 8. *Jon.* מְבַהֲתָן, מְבַהֲתָנָא Pudefaciens, pudendus. Prov. 10. 5. *et* 19. 26.

SYR. ܒܗܬ Erubuit, pudefactus eſt, pudet. 1 Reg 21. 29. Heb. 2. 11. *Part.* Deut. 28. 50. Prov. 22. 26. Rom. 1. 16. *Pl.* Ezra 9. 6. Gen. 2. 25. *Fut.* Pſa. 6.11. 1 Sam.3.17. Num. 12. 14. *Aph.* ܐܒܗܬ Pudefecit. 2 Sam. 19. 5. *Part.* Rom. 5. 5. 1 Cor. 11. 4, 5. *Pl.* 1 Cor. 11. 22.

ܒܗܬܬܐ Pudor, erubeſcentia, turpitudo, confuſio. Pſa. 44. 16. Deut. 22. 21. Ezra 9. 7. *Af.* 1 Cor. 15. 34. Phil. 3. 19.

ܒܗܬܬܢܝܬܐ & ܒܘܗܬܬܢܝܬܐ Verecunda. Eccli. 26. 18.

ܒܘܗܬܬܢܝܬܐ Serpens, anguis.

ܡܒܗܬܢܐ Confundens, pudore afficiens.

SAM. ࠁࠄࠕ Occultavit. Gen. 47. 18.

AR. بُهِتَ, Act. بَهْت, Inopinatum cepit oppreſſitque. cca. 2, Falsò imputavit, & falsò criminatus ſ. calumniatus fuit. ccap. et Mentitus fuit. 3, *Mediâ Keſr. vel Damm. it. Paſſivi formâ Buhita*, Attonitus ac mente turbatus fuit, obſtupuitque. Gen. 43. 33. Job 4. 7. Pſa. 34. 4. Eſa. 28. 7. Act. 8. 13. *Erp. Pſ. Sav. p.* 461. *v.* 2. II. Attonitum & animi incertum reddidit.

بُهْت *Act.* 2, I. *it.* Stupor. Pſa. 34. 30. *Ro.* 2, Lapis quidam. *it.* Intermiſſio. Succiſio. *Gigg.*

بَهَّات Falſus culpator, calumniator.

بَهْتَة Stupor. Deut. 28. 28. Dan. 10. 7.

بُهْتَان *Act.* 2, I. *& ipſa* Calumnia. Pſa. 30. 22. *Ro.* Ignominia. Eccli. 28. 27. *ac* Mendacium.

بَهِيتَة *i. q. prac.* Quod falsò imputatur.

مَبْهُوت Falsò culpatus. 2, Mente perculſus & ſtupefactus. 2 Sam. 13. 20. Sap. 17. 3. Act. 3. 11. *Int. Avic.* Intuentes in uno loco *oculi.* I. *p.* 306. *l.* 9. *Ar.*

¶ بَهْر, *Pl.* بُهَار, Mendacium.

بُهْتُر, ة, *Pl.* بَهَاتِر, *pro* بُحْتُر, Brevis ſtaturâ. *&* Membris compactus contractuſque.

¶ بَهْتَ الْبَيِّنَة *i. q.* بَلْقَاه بِبَسْرِ *Cod. Gigg.*

Part. بَاهِت Philip. 3. 14. *Fut. A. Illum incolumem invenit, & fauſto omine, *it.* facile, obviàm habuit, *vel* ita illi obviàm fuit. *At* بِبَسْرِ *cod. Gol.* IV. Id.

بَهْتَة *i. q.* حَسَن اللِّقَاء *&* Vacca ſylveſtris, efferata. *it.* Familia quædam Arabum. *Gigg.*

فُلَانٌ لِبَهِيَّة *i. e.* لِرَبِيبَة. *Gigg.* Felicis ominis eſt.

בוו

بَوّ Fœtus camelæ. *&* Pellis pulli camelini, lactentis adhuc, mortui aut mactati, quæ paleis impleta matri offertur, ut ejus ceu vivi fœtûs, conſpectu & odoratu recreata lac copioſiùs emittat, aliumve pullum lactet. 2, Cinis. *item* بَو, f. ة, *et* بَوِي, Fatuus, vecors.

בוא

בּוֹא Venit, advenit, pervenit: Ivit, abivit, Iniit *fœdus aut mulierem. cc.* אֶל *h. e. Lat.* Inire; *ſemel c.* עַל *in H. Ch. Syr. Sam. Ar. Maur.* Gen. 19. 31. *de Virginibus, quarum pudori aptiùs.* Concubuit *de muliere,* occubuit *de Sole quod terram & oceanum* ſubire *videatur, quomodo &* exire *ſeu* prodire *dicitur cùm oritur.* Gen. 19. 23. *Præt.* בָּא Gen. 24. 1. בָּנוּ Venimus, 1 Sam. 25. 8. *pro* בָּאנוּ: *ubi Maſorethæ notant, novies in hoc verbo* א *deficere, & loca enumerant.* Jer. 39. 16. *Inf.* בֹּא 1 Reg. 3. 7. Hab. 2. 3. *Part.* 1 Sam. 18. 16. יוֹצֵא וּבָא *Quæ* 2. *verba ſimul conjuncta, opera indigitant tam domi, quam foris facienda, ſeu munia obeunda: ut* Pſa. 121. 8. *Sumptâ à Paſtoribus Metaph. Etiam* totum vitæ curriculum *denotat.* Deut. 28. 6. *Pl.* הַבָּאִים Gen. 42. 5. *Fut.* יָבוֹא Joſ. 6. 19. *& deficiente* א, וַיָּבוֹ 1 Reg. 12. 12. *et cum* ה *parag.* וְתָבוֹאָה Iſa. 5. 19. *& inde* תָּבוֹאתָה Veniat, Deut. 33. 16. *Hiph.* הֵבִיא Venire fecit, adduxit, intulit, obtulit. Gen. 46. 7. וְהֵבֵיתִי הַשֶּׁמֶשׁ Et occumbere faciam, efficiam ut occidat Sol, Amos 8. 9. *Part.* מֵבִיא Gen. 6. 17. *et ſine* א, מֵבִי 1 Reg. 21. 21. *Pl.* מְבִיאִים 1 Reg. 10. 25. *Inf.* לְהָבִיא Ezr. 3. 7. *Imp.* וְהָבִיאוּ Gen. 42. 34. *Fut.* וַיָּבֵא Gen. 2. 19. *et ſine* א, אָבִי Mich. 1. 15. *Hoph.* הוּבָא Allatus, illatus, adductus fuit. Gen. 43. 18. הוּבָאתָ Adductus fuiſti, Ezech. 40. 4. *Fut.* Lev. 11. 32.

בּוֹא m. Ingreſſus, introitus. 2 Reg. 23. 11. *Af.* Pſa. 121. 8. בִּיאָה f. Id. Ezech. 8. 5.

מָבוֹא m. Aditus, ingreſſus, *de Sole* Occaſus. Iſa. 38. 14. *Conſt.* Zach. 1. 7. *Af.* Pſa. 50. 1. *Pl. Conſt.* כִּמְבוֹאֵי Sicut ingreſſus. Ezech. 26. 10. *Pl. fœm.* מְבוֹאֹת Ezec. 27. 3. מוּבָא Id. *Af.* מְבוֹאֶךָ 2 Sam. 3. 25. *Quod leg.* מוּבָאֲךָ, ו *&* ב *tranſpoſ. juxta Maſor. Pl. Af.* וּמוּבָאָיו Ezech. 43. 11.

תְּבוּאָה f. Proventus, reditus, *pec.* futurus. Pſa. 107. 37. *Conſt.* Lev. 23. 39. *Af.* Lev. 19. 25. *Pl.* תְּבוּאֹת Lev. 25. 16. 2 Reg. 8. 6. *Af.* Jer. 12. 13. *Comprehendunt* 5 *ſpecies,* חִטָּה Triticum, שְׂעֹרָה Hordeum, שִׁבֹּלֶת שׁוּעָל Spicam vulpis, סִיפוֹן Avenam, כֻּסְמִין ſpeltas, *Sch.*

CHAL. בּוֹא Venit, *&c. Hiph.* הֵבִיא Attulit. *Hoph.* הוּבָא Allatus eſt. *v. Heb.* בָּא, הַבָּא Veniens, venturus. לְהַבָּא In futurum, deinceps. בָּאֵי שָׁלֹם Venientes in mundum, *i. e.* homines. *R. Sal.* Exod. 15. 5. *Ruth rab. c.* 1. 1. *Hinc illud* Joh. 1. 9.

בּוֹא Ingreſſus, introitus. בִּיאָה *Id. It.* Congreſſus, concubitus conjugalis, coitus. *pec.* primus: *unde Pl.* בִּיאוֹת *non legitur, inquit Elias. Sanh. f.* 75. *fi. Vulgatum eſt apud Rab.* אין האשה מתעברת מביאה ראשונה Mulier non eſt gravida ex coitu primo. Tribus rebus uxor acquiritur בכסף בביאה ובשטר *Kiddusb. c.* 1. *init.* ביאה ראשונה primus ingreſſus, *h. e.* conſecratio Palæſtinæ. *Cunæus d. re. H. p.* 38.

מָבוֹא, מָבוֹי Aditus, ingreſſus, introitus, ambulacrum. *Fœm.* מְבוֹאָה Id. *Pl.* מבואות.

הֲבָאָה Reductio, הֲלָכָה וַהֲבָאָה Itio & reductio. *Sunt duo actus in mactationibus quando culter ad ſcindendum procedit, & ſcindendo reducitur. Scribunt communiter* הולכה והובאה *V. Majem. in* הלכות שחיטא *c.* 3.

תְּבוּאָה Proventus, *viz. anni præſentis.*

בואה Bubo, noctua.

SYR. ܒܘ Eſt dictio multam indicans extenſionem. *It.* Fortitudo, vis, robur. ܒܘܐ Noctua.

ܒܘܐܠܐ *i. q. Lacon.* Βέλα, Sol.

ܒܘܐܦܘܣ Rapa agreſtis.

ÆTH. በውአ: *et* ቦአ: Intravit, introivit, venit, ingreſſus eſt. Luc. 7. 1. *&* 1. 40. Pſ. 104. 21. 1 Cor. 7. 18. ዘቦአ: *Æth. vr. legiſſe* ἐλθὼν *pro* εἰσελθὼν. *D. L. Par.* Act. 8. 3. *Inf.* በቂአ: Mat. 9. 25. *&* 21. 10. *et* 22. 11. Marc. 2. 1. *et* 7. 19. *Im.* ቦዕ: Act. 9. 6. ቦእ: Mat. 6. 6. *et* 25. 21, 23. *Pl.* c. 7. 13. *Fu.* ይበውዕ; Act. 10. 25. Pſa. 40. 6. ይበእ: *&* 36. 16. IV. አብአ: Introduxit, adduxit, intrare fecit. Can. 1. 3. Act. 11. 26. ወአብኡ: Et obtulerunt, *vel* pecuniam colligerunt: *Hanc n. habet ſignificationem apud Thucyd.* χρηματίζειν. *D. L.* Pſa. 44. 17. *et* 143. 17. *P.* ያበውዕዎሙ፣ በአት: Introitus. Act. 14. 13. t. 2 Cor. 7. t. *Pl.* በአታት: Apoc. 6. 15. ሞበአ: Munus, oblatio. Marc. 1. 45. Pſa. 50. 19. *et* 65. 12. 1 Cor. 9. 13.

AR. بَاءَ, *Act.* 1, 3, 5, *ſign.* بَوْءٌ, *et Conj.* II. بَبْوِئ, *Conv. c Hebr.* Reverſus fuit. *cc* الى. *unde* بَاءَ بِغَضَبٍ مِنَ اللهِ Reportavit iram Dei, in ſe provocavit eam. 2, *et contrà,* Separatus & divulſus fuit, diſceſſitque, *et* Avulſus manſit. 3, Par *ei* & æqualis evaſit, *pec.* talione. *cc* ب. *hinc* بُوبِهِ Occiditor & morere pro eo. 4, *Trans.* Æquavit: *pec.* talione, *ſanguinem ſanguini. cca et* ب. 5, Congreſſus cum muliere fuit. 6, in ſe recepit, *et* confeſſus fuit. *cc* ب *r.* 7, Conſenſit, adſtipulatus fuit. II. *Trans.* 1, I. Reduxit. *cca.* 2, Paravit hoſpitium vel manſionem, in eamve recepit, atque ibi locavit. *Cor. Sur.* 10. 92. *ccga. etiam cap. et* فى *loci.* * 3, Venit, deſcendit *in locum aliquem* ubi diverſatus & commoratus fuit. *cca.* 4, Direxit & rectè intendit *haſtam. ccar. et* نحو *p. it.* بوا الله ذلك, *Precantis form.* Id Deus concedat. *Gigg.* III. Par *ei* & æqualis fuit: *ut talione. ccap.* IV. Id. *ccap.* 2, *i. q.* 1, *et* 2, II. *ſc.* Reduxit, *et pec.* à paſtu, camelos *ad* مَبَاءَة, *vel ad dominum. cca. &* على *p. &* Manſione & hoſpitio excepit *aut* commorari fecit. *ccap.* 2, Poſuit ſuo loco *corium* inſpiſſandi ergò. *cca.* 3, *Intranſ.* Subſtitit *aliquo loco &* commoratus fuit *cc* ب. *& contrà,* Fugit, aufugit *ab eo. cc* من. 4. *i. q.* 4, I. Parem talione fecit *homicidam occiſo. ccap. &* ب *alt.* 6, *dcr.* فلاة تبنى فى فلاة Deſertum unum ſuccedit alteri & in longum protenditur. V. *i. q.* 2, II. Venit in manſionem, occupavit eam & incoluit. *cca loci.* Compos & poſſeſſor fuit *domûs:* potitus fuit *conjuge ejuſq;* *copiâ. cc* من. VI. Æquales inter ſeſe fuerunt. X. Pro hoſpitio ſ. in manſionem cepit apparavitve *locum. cca.* 2, *i. q.* 4, IV. *np.* Æquavit *eum* talione, & occidit *pro occiſo. ccap. & c* ب *alt.*

بَاءَة, ة, *Perſ.* بَاه, Coitus conjugalis. *al. ut Act. exponitur. Avic.* I. *p.* 270. *l.* 24. *Ar.* الباهيه Medicina ad coitum. *Int. Avic.* I. *p.* 556. *l.* 37, 39. *Ar.*

بَوَاء *Act.* 3, I. Æqualitas, paritas. *&* Res par & æquivalens *alteri. cc* ل. *Unde dcr.* عن بواء واحد Uno eodemque modo *reſponderunt. &* Talio: *hinc* دم بواء دم *eſt* Sanguis pro ſanguine. جور بوا Nux myſtica. *v.* دوي.

بَاءَة *pro* مَبَاءَة, *et ſine Hamza,* Manſio, hoſpitium. Locus in quem quis deſcendit ex via quietis ergô. *It.* Congreſſus, concubitus. *Avic.* I. *p.* 555. *l.* 18. *Ar.*

بِيئَة Manſio, *pec.* præbita alicui. *&* Locus, *i. e.* Status, diſpoſitio.

مُبِيئ, f. ة, Gravis, difficilis *res.*

مَبَاءَة Diverſorium, manſio hominum, *ubicunque exiſtat. It.* Locus in quo procumbunt cameli. *It.* Cubile tauri Sylveſtris, *&* apium in monte.

مَبْوَأ Locus uteri quo continetur fœtus. *&* Locus ubi commoratur taurus.

בוב

Niph. Part. נָבוּב Vacuus, cavus, concavus. Job 11. 12. Jer. 52. 21. *v. Sch.* ו *loco* ו. *Kimchi l. Rad. Conſt.* נְבוּב Exod. 27. 8. *&* 38. 7.

CHAL. בּוּבְיָא, בְּבוּאָה, *v.* בב. בוביתא *et* בבואה Imago, *quam ſuiipſius quis cernit in aqua, ſicut in alterius pupilla. Talm.*

SYR. ܒܘܒܠܐ Res cocta. ܒܘܒܘܢ Sartago; *inſtrumentum in quo coquitur.*

ܒܘܒܠܚܡܪܐ Pœonia, roſa Aſinarum.

ܒܘܒܐ Fiſtula, aquæductus. Bubalus (*ſcrib. &* ܒܘܒܠܐ) *Pl.* ܒܘܒܐ̈.

ܒܘܒܚܐ Perturbatio. *F.*

AR. بَابَ, *Fut. O.* Janitor *illi* fuit. *cc* ل. V. Creavit aſſumpſitve janitorem. *ccap. et Paſſ.* Janitor conſtitutus fuit.

بَاب, *Pl.* أَبْوَاب, بِيبَان, أَبْوِبَة *raro, &* بَابَات *pec.* 2, *ſign.* Porta, janua. Joh. 18. 16. 1 Par. 9. 19. Eſ. 38. 10. Pſ. 9. 14. *Hinc* vena porta. *Avic.* I. *p.* 30. *l.* 37. *Ar.* باب الابواب Porta portarū, *ſunt* Portæ Caſpiæ juxta Caſpium mare, eiq; imminens Oppidum. *G. Nub. p.* 383. *l.* 20. *Ar. It.* *Pœnitentiæ Epitheton. Gigg.*

Sic باب 1 المنيرة 2 المندب, *i. e.* Porta 1 lucida ſ. laternæ, *ſc.* Phari. *v. Eutych. Alex.* I. *p.* 280. 2 luctus, *f.* fluxus, *hodie* Bab elmandel. *Maronit. in Geogr. Nubien. p.* 5. *l.* 2. *et* 20. *Ar.* 2, Caput libri. *Pl. ult.* Verſiculi & lineæ libri. *Al. volunt id carere ſing.* بابا بابا Sigillatim *Int. Avic.* I. *p.* 349. *l.* 10. *Ar. It. dcr.* هو من هذا الباب Illud huc pertinet. 3, *et c. fin.* ة,

Extremus terminus in computo, *vel* limitibus. 4. Genus. Ratio, Modus, *Gigg.* Res. Causationes. Deut.3.26. Apoc. 25. 7. *Erp.* في كل باب Ad omnia. *Avic.* I. *p.* 133. *l.*39. *Ar.* هذا بابتك, *etiã* هذا من بابتك, *et dcr.* Hoc convenit tibi.

بواب *f.* ה, Janitor. 1 Par. 26. 1. Marc. 13. 34. Joh. 18. 16. *It.* Portonarius, orificium intestini duodeni. *Int. Avic.* I. *p.* 489. *l.* 34. *Ar.* بوابة Ostiarii munus, ostii custodia. Ostiarium. *Anatom.*

بوابي Ad ostiarium pertinens.

بابية Res mira. بوبة *qs.* فلاة Desertum. Solitudo.

مبوبة Diversæ, & distinctæ portæ.

بوبوس *Gr.* βȣβὼν panus inguinis: *vel* Apostema omne in membris glandulosæ carnis. *Int. Avic.* II. *p.* 67. *l.* 12. *Ar.*

בוג AR. باج, *Fut.* O. Tetigit *illum* affecitque *infortunium. ccap.* V. Splenduit & quoquoversum emicuit *fulmen.* VII. Inciderunt, irruerunt *in eum mala. cc* علي *p.*

ابتياج, تبويج, تبوج, بوجان, بوج Coruscatio fulminis. *& prima duo*, Aurora: *codd. quidam pro* صباح *habent* ضباح *It.* Lassitudo. *v.* بوح. بوجة *Africanis i. q.* ارعاد, *quod v.*

الباجي Vena quædam in femore.

باجة, *Pl.* بوائج, Infortunium.

בוד CHAL. בּוּדְיָא Storea juncea, juncus unde fit storea. *Erub. f.* 8. 1. *Succa c.* 1. *fine.*

AR. بود Puteus. بواد *v. in* بيد.

¶ باد *Fut.* O. *Act.* بود, *i.q.* تعدّي على الناس وافتقر وتواضع Cum viris simultates exercuit. Ad pauperiem redactus fuit. Depressus fuit, ac humiliatus. *Gigg.*

בוה CHAL. בּוּתָא Vespertilio. *Nostra habent* בּוּתָא Lev.11.18. *Sed alibi* בּוּתָא Deut. 14. 16. *'Aruch.* בואח.

SYR. ܒܘܗܐ *v. in* בהה.

AR. باه Coivit venereo congressu. *ccap.* 2, *v.* ابه, Cogitavit, animum advertit. 3, Assecutus fuit.

باه *pro* باءه Coitus. 2, *seu pro* باحة, Area amplior, circum quam ædes aut tentoria extant.

بوه Maledictio, imprecatio.

بوه, *f.* ה, Bubonis genus minus, noctua, ulula.

بوهة *f. præc.* Fatuus insulsus. *Hinc Metaph.* *It. i.q.* بوه, *aut pro eo*, Accipiter, *qui facer dcr.* plumas mutans: & Pluma agitata vento. *It.* Lana carpta, quæ atramentario inditur; & *Metaph.* Tenuis corpore *s.* ossibus, & extenuatus. & صوفة في بوهة Atomi *s.* pulvis, qui in fenestra *s.* aere volitare cernitur adverso sole.

بابهة Extenuata & macra *ovis.*

בוז בּוּז Sprevit, fastidivit, contempsit. *Pret.* בַּז Zach. 4.10. *cum Patach loco Kametz.* בָּזוּ Prov. 1. 7. *Part.* בָּז Prov. 11. 12. *P. P.* Job 12.5. *Inf.* Cant. 8.7. *Fut.* Prov.23.9. & 30.17.

בּוּז m. Fastus, contemptus, despectio. *Ps.* 31. 19. & 107.40. *Fœm.* בּוּזָה Id. Neh. 4.4.

בּוּזִי *Cogno. vi. sc.* Ezechiel, *fil.* Buzi, *i.e. Jeremiæ, sic dicti, quod eum* contemnerent. *T. H. ut Aruc, & D. Kim.*

CHAL. בּוּז Prædatus est, spoliavit. *i. q. Heb.* בזז Gen.34.27. Num.31.53. *v.* בזז.

בוטישא *v.* בטש.

SYR. ܒܙ Spoliavit, diripuit. *Fut.* Mat. 12. 29. Marc. 3.27.

SAM. ࠁࠆࠆࠅ Spoliavit. Num. 31.32.

باز, *Pl.* ابواز, & بيزان, *at* بزاة *à* بازي Accipiter, falco. باز & باز & خازباز, *aut* خازباز & بازِ, *aut* خازِباز & *Chazabao, Chazibao, Chazubao, & Chizbao*, Musca stercorea, *aut* sonus quem edit. 2, Morbus in collo cameli & hominis exoriri solens. 3, Duæ herbæ. 4, Felis.

بوزيدان *Nom. Indicum, Arab.* مستعجل, *i.e.* accelerantes, *qs. instigantes ad coitum*, cujus species *fortè*, Radices albicantes acriores, quæ ex India afferuntur. Satyrium album. *Plemp. in Avic.* I. *p.*144. *l.*42. *Ar. Diosc.* III. 141,142,143.

בוח ÆTH. IV. አብወሐ: Facultatem, potestatem dedit, permisit. Mar. 1. 34. Act.21.37. eliso ወ: Mar.3.15. ብውሕ: Potestas, facultas, authoritas. Mar. 2.10. Joh.10.18. 1 Cor. 7.3. Rom.13.1. መብሒት: Id. Act. 8.19. & 29.12.

باح *Act.* 1, بوح & بووح, *Fut.* O. & 2, *sign.* Apparuit, manifestus fuit. 2, Lassus fuit. 3, Manifestavit, aperuit, ب *arcanum suum. cc.* IV. Id. *cca.* 2, Communis juris fecit *rem*, & *cujusque* voluntati permisit. *ccga.* 2 Cor. 12. 15. X. Extirpavit. *cca.* Esa.3.12. *et* 10. 2. *Seld.* Eccli.40.13.

بوحك *i.q.* ويسك, *Dictio miserentis* Væ tibi. *Gigg.*

بوح Radix, origo. 2, Pudenda viri & mulieris. & Libido *s.* coitus venereus. 3, Anima sensitiva. 4, Confusio in negotio. *v. & Cha seq.* 5, Sol.

بوحا *et* بوحا *Buka* Antithora *s.* herba circa napellum, & cum eo nascens. *Plemp. in Avic.* I. *p.*150. *l.*20. *Avic.* II. 119. 38. *et* 123. 14. *et* 143.51. *Ar.*

بايح Lassus. *v. et Cha seq.* بواحا Palam, aperté.

بووح & بيحان Qui sua aliis revelat arcana.

بياح, *etiam* بياح, Species piscis.

باحة *i.q.* ساحة, *seu pro eo*, Atrium domûs. 2, Magna aquæ marisve moles, gurges. 3, Multæ palmæ, palmetum.

تركهم بوحي, Prostratos eos reliquit.

مباح Cujusque cupiditati permissa *res.* Rom. 14. 12. & 1 Cor. 6. 12. *Erp.* 2 Cor.12.15. مباحة Liberé. Lev.25.12.

المبيح Leo. الاستباح *i.q.* الموس, Racematio, decerptio. *B.B.*

¶ باخ, *Act.* 3, *sign.* بووخ, Quievit, sedatus fuit: Deferbuit & consedit *ignis vel ira.* 2, Lassus & defatigatus fuit. 3, Alterata fuit, fœtuitque *caro.* IV. Extinxit. *cca.*

بوخ Confusio in negotio. *it.* Animi perturbatio.

בוט בּוּטִי Pauper. *Gittin.* 37.1.

SYR. ܒܘܛ Cicuta.

AR. باط Evasit ex divite pauper, ex spectabili & honorato vilis.

البوط *Georgianensibus i.q. Ar.* شوكران, Cicuta. *Avic.* I. *p.* 257. *l.* 30. *Ar. Diosc.* IV.79.

بوطة *i.q.* بوتقة, *à Pers.* بوتة, Catinus aurifabri aut monetarii, in quo liquefit aurum vel argentum.

بوطانية *Andalusiis* Vitis nigra.

¶ باط, *Act.* بوط, *i.q.* قذف, Projecit, jecit. *Gigg.* 2, Post maciem evasit pinguis.

בוי بوي *pro* بوأ, Descendit in locum, ibique substitit. 2, Simili ratione ac alter fecit. *Gigg.*

بوي Spes. Molestia. Concupiscentia. *s.* malevolentia. Indoles. Sectatio, imitatio.

بوا *à Pers.* بوي odor, *hinc* 1. جوز بوا, & 2. وهال بوا, هيل-حيل- *Cheir-Heil-et Halbua, i.e.* 1 Nux myristica. *Avic.* I. *p.*151. *l.* 14. *Ar. et* 2. Cardamomum vulgare minus. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 162. *l. ult. et* 163.1. *Ar.*

بويه *et* بويه, *uti* والد ملوك العجم, Genitor regum Barbarorum *s.* Persarum.

بويانس Peucedanus *herba.* *Avic.* I. *p.*148. *l.* 3. *Ar. Diosc.* III.92.

בוך Niph. נָבוֹךְ Distractus, perplexus, intricatus fuit. נָבֹכוּ Distracti sunt *greges armentorum*, Joel 1.18. *Fœm.* נְבוּכָה Esth. 3. 15. *Part. Pl.* נְבֻכִים Exod.14.3.

מְבוּכָה f. Distractio, perplexitas. Isa. 22. 5. *Af.* Mich.7.4. בִּיכָה Loquax, vociferans, *quid loquatur nescia.*

SAM. ࠍࠁࠅࠊࠉࠌ Perplexus. *Pl.* Exo. 14.3.

AR. باك *Fut.* O. *Act.* بوك, & *sign.* 2, بووك, Insilivit *asinus asinam* & coivit: *et equus cum equa.* Subegit *fœminam. cca.* 2, Pinguis evasit *camelus.* 3, Inter manuum suarum palmas circumagendo formavit *globulos ex argilla, &c. cca.* 4, Emit vendiditque *merces. cca.* 5, Baculo similive re, commovit *fontem*, ut amotis impedimentis uberiùs exiret aqua. *cca.* 6, Confusum turbatumque fuit *negotium.* 7, *uti & Conj.* VII. Turbatâ mente & perturbatis rationibus fuerunt *homines.*

اول بوك Primâ vice, *aut* primò, ante res alias.

بوكا Permistio, confusio.

بائك, *Pl.* بوائك, Camela juvenca egregio corporis habitu. *it.* pinguis.

تبوك Regio inter Syriam & Medinam. غزوة تبوك Pugna Muhammedis celebris dicta. *Bd.*

تبوكي Uva quædam ab illa provincia.

مباوك Qui se immiscet implicatve sociorum vel vicinorum rebus.

בול בּוּל Bul, *Nomen mensis* 8. *i.e.* Octobris; *ita dcr. propter pluvias, quæ in eo incipiunt, à* מבול *T.H. Taanis c.* 1. 1 Reg. 6. 38. *v. &* בול.

CHAL. בול Portio, portiuncula, fruſtum, maſſa; Gleba. *Gr.* βῶλος, βώλιον. *Ba. Metz.* 90. 1. *ubi al. leg.* יבול *Schab.f.*128.2. *i.q.* מלא אגרוף Plenum pugillum. *R.Sal.in Gem.Pl.* בולות.

בולי & בולאות Divites. *Gr.* βουλή; Senatus, concilium, conſenſus eorum qui conſilium dant. *Breſh. rab. p.*6. *Gittin.f.*37.1. *C.L. Vajikr. r. P.* בולין. דוכסיא *al. leg.* בולאות *pro* רפאני ה׳ Copiæ, exercitus, *pec.* fructuum copia, & varietas. *Jalcut.f.*6. *col.*3. *Fœm.* בולות.

בלווטים, בולְוּטִים, בוליוטוס *Gr.* βουλευτής, Conſiliarius. *Kobel. rab. f.*1. *col.*1. *Pl.* בוליוטין *Echa rab.c.*1.5. בולְיוּטִין *pravè.* בולריות של זהב *Gr.* βουλάριον, maſſula auri. *Breſh. rab. p.*28. *C. L.*

בלדר *v.* בולדרין. בלס *v.* בולוס.

SYR. ܒܘܠܘܛܐ & ܒܘܠܘܛܣ *Gr.* βουλευτής. Senator, conſiliarius. Mar.15.43. Luc.23.50. ܒܝܬ ܒܘܠܐ Senatus. 1 Mac.8. 15,19. & 12. 3.

ܒܘܠܒܘܣܐ Bulbi. ܒܘܠܗܐ Admiratio, ſtupor, ecſtaſis. ܒܘܠܡܐ Signacula, notæ, obſignationes. ܒܘܠܣ Tumultus: *It.* Limen, *ſ.* veſtibulum. *F.* ܒܘܠܫܬܐ *v.* ולא.

SAM. ࠁࠅࠋࠔࠀ & ࠁࠅࠋࠔࠉ *Reſp. H.* כומז *ſo.* Annulus ſignatorius. Exod.35.22. Num.31.50.

AR. بَالَ, *Fut.* O. *Act.* بَوْلٌ, Urinam reddidit, minxit. *Avic.* I. *p.* 544. *l.* 39. *Ar. Prov. Ar. cent.* I. 74. *Prov.* بال السيطان في اذنه In illius aures Dæmon minxit. *i.e.* Dæmon illum depravavit, illi apparuit. *Gigg.* II. *i.q.* IV. Effecit ut mingeret. *ceap. Int. Avic.* I. *p.*546. *l.*45. *Ar.* X. Velle mingere. *it.* Urinam cepit, in manum mingere juſſit. *Avic.* I. *p.* 547. *l.* 5. *Ar.*

Unde *Adag. in audacem et intrepidum,* يستبيل الاسد à leone excipit urinam.

بَالٌ Cor, animus. & Lubentia ejus. بالك - ما بَالُ Quare, quid? Marc.2.16,18. Luc.5.33. - بالك, Quare tu? Joh. 1.25. *Erp. et* 18. 21. Quid cogitatio ejus, *i.e. quid decreviſti de eo?* Joh. 21. 21. *Hinc* 1, رخي البال. 2. لا يخطر ببالي. 3. ليس هذا من بالي *i.e.* ما ابالي: *it.* لم ابال *lem ubali v.* بلي: *hoc eſt,* 1, Non venit in mentem mihi. *Confer.* Act.7.23. *et* 2 Tim. 1. 5. *Erp.* 2, Benignus, placidus. 3, Non eſt hoc quod curo. *it.* non curavi. *Confer.* 1 Cor. 5. 13. *et* 7.21. *Erp.* ما بالك Quì vales? بيلة, Balæna. 2, Status, *utì* 3, *à Perſ.* 4, Inſtrumentum ſarriendi, ligo, aratrum *vel ſimile quid. Gigg.* 5, *c* ـة Matella. *it.* Vas unguentarium. *it.* Camiſia. Tibialia. *Bd. Gigg.*

بَوْلٌ, *Pl.* أَبْوَالٌ, Urina. *Avic.* I. *p.* 149. *l.* 25. *et* 543. 36. *Ar.* 2 Reg.18.27. 2, Numerus, & multus. 3, بول الابل Medicamenti vulnerarii genus, quod trochiſcorum formâ conficitur in Arabia Felice. 4, Effluxio. *Gigg.* Eruptio in ſcelus, Scortatio. *Bd.* 5, *c* ـة Filia viri. *Iid.*

بَائِلٌ Mingens. 1 Reg. 16.11, 2 Reg.9.8. بُوَالٌ Profluvium urinæ. Diabete. بِيلَةٌ Mictus & mingendi forma. بولي Ureticus ad urinam pertinens. *Avic. Bd.*

بولة *i. q. Heb.* ששך, Rex Ægypti. *Kirch. Oed.* I. *p.*78.

مَبْوَلَةٌ Res diuretica, multam urinam gignens *ſ.* movens. *Int. Avic.* I. *p.* 546. *l.* 37, 45. *Ar. ita* كثرة الشراب مبولة Multus potus multam gignit urinam.

مِبْوَلَةٌ Ampulla urinaria, uroſcopium.

بوليموس, *Gr.* βούλιμος, ingens, vaccina fames. *Boliſmus. Int. Avic.* I. *p.* 427. *l.* 45. *Ar.*

¶ بُومٌ, ـة, *c. vel prim. Coll. et ſec. Unit.* Bubo. Lev.11.17.

بوماخلا *i. q. Ar.* الطواعين Bubo peſtilentialis, *Int. Avic.* II. *p.*67. *l.*12. *Ar.*

בון בּוֹן Intellexit. Pſa. 139. 2. *Part. Pl.* מְבָנִים Jer.49.7. *Niph.* נְבוּנֹתִי Prudentiâ inſtructus ſum. Iſa.10.13. *Part.* נָבוֹן Prudens, intelligens. Gen.41.33. Deut.4.6. *Conſt.* 1 Sam.16.18. *Pl.* Iſa. 5. 21. *Aff.* c. 29.14. *Pih. Fut.* יְבוֹנְנֵהוּ Erudivit, prudentem reddidit eum. Deut.32. 10. *Hiph.* הֵבִין Intelligere fecit, prudentem effecit. *It.* Intellexit, ſenſit, conſideravit, animadvertit. Job. 28.23. *Deficit aliquando* ה *Charact. ut* בִּינֹתִי conſiderabam, Dan. 9. 2. *Part.* מֵבִין Iſa.57.1. *Imp.* הֲבִינֵנִי Pſa. 119. 34. *et* בִּין conſidera, Dan.9.23. & *cum* ה *paragog.* בִּינָה Pſa. 5. 2. *Pl.* בִּינוּ Pſa. 94. 8. *Fut.* וַיָּבֶן Animum appulit ad, diligenter perpendit. Dan. 9.22. וַיְבִינֵהוּ Iſa.40. 14. *Hithp.* הִתְבּוֹנֵן Iſa. 1.3. *Imp.* Job. 37. 14. *Fut.* Job. 32. 13. Jer. 23. 20.

בִּינָה f. Intellectus, intelligentia, prudentia, *quâ res certò cognoſcuntur, & aguntur, luce quadam mentis; ut* חכמה *quâ res inter ſe ſimiles, aut diſſimiles prudenter diſcernuntur, penitiùs conſiderata, Merc. R. Levi a.* חכמה *eſt certa & primaria rerum ſcientia;* בינה *cùm res ex rebus colliguntur, & unum ex altero deducitur.* 3ª. Trinitatis perſona. *hoc nomine ſignif.* ס׳יצירה *Rittang. p.*7. & 149. *de* 50. *ejus* שערי *Maim.* יסוה״ת, *p.* 9. Job.28.28. *Conſt.* Prov.30. 2. *Aff.* Job.39.29. *Pl.* בִּינוֹת Iſa.27.11.

תְּבוּנָה f. *Id.* Prov. 24. 3. *Aff.* Pſa. 147. 5. Prov.5.1. בִּתְבוּנָם Pro intellectu ſuo, Hoſ. 13. 2. *contractè pro* בִּתְבוּנָתָם *Pl.* תְּבוּנוֹת Prov. 1.12. Iſa.40.14. *Aff.* Job.32.11.

CHAL. בּוֹן *i. q. Heb. Ithpah* אִתְבַּיַּן Intelligens factus eſt *Ithpe.* אִתְבְּיַן Intellexit intelligens fuit. *Bx. et aliquando* אִתְבּוֹנַן Job. 28. 23. & *mediâ radicali ejectâ* אִתְבַּן Job.11. 12. *Part.* מִתְבְּיַן Prov.17.27,28. & מִתְבּוֹנַן Pſa.33.15. *Pl.* מִתְבַּיְּנִין Prov. 28.2,5. *Inf.* לְאִתְבְּיָנָא Prov. 1. 2. לְמִתְבְּיָנָא v. 6. *Imp.* אִתְבְּיַן Job. 37. 14. אִתְבּוֹנְנוּ Pſa. 94. 8. *Fut.* אֶתְבְּיַן Job. 23. 5. וְיִתְבּוֹנְנוּ Pſa. 107. 43. בִּינָא Intelligentia Pſa.49.4. *Emph.* בִּינְתָא Prov.12.12. בִּיוּנְתָא, בְּיוּנָא, & בְּיוּנָה *Id.* Prov. 4. 1. & 24. 3. *Emph.* Job. 28. 20. *Af.* Prov. 5. 1. & 23. 4. בְּיוּנְנוּתָא *Id.* Prov.2.3. *permutat. homog.* הַוְיָנָא *Id.* Prov.22.16. & הַוְנָא c. 5. 19. *Af.* Prov.31. 4.

הֶבְנָה Mens, intellectus, intelligentia. *Rab.* הִתְבּוֹנְנוּת Intelligentia. *Rab.*

II. בּוּנָא Pugillus, manipulus. *Pl.* בוני. *Schab.* f. 67.1.

SYR. Ethp. ܐܬܒܝܢ Intellexit, conſideravit, recogitavit. *Part.* 2 Par.2.12. *Fut.* Iſa. 41.20.

ܒܘܢܝܐ Judicium, intelligentia, ſagacitas. Exod.31.3. ܡܬܒܝܢܢܘܬܐ Intelligentia, intelligibilitas. *F.* ܡܬܒܝܢܢܘܬܐ Id. 2 Par. 2. 13.

ܒܘܢܝܐ Encænia. Sponſæ in domum ſuam adductio. Collis. ܒܘܢܝܬܐ Auxilium, præſidium. ܒܘܢܝܐܣ Rapum ſylveſtre. ܒܘܢܘܣ ܒܘܢܘܣܘܣ & ܒܘܢܘܣ̈ Id. ܒܘܢܘܢ Collis altior.

ܒܘܢܝܣ Cerviſia. *F.* Vinum hordei. *BB.*

SAM. ࠁࠉࠍ *i. q.* ࠁࠉࠍࠉ in eis, quibus. Gen. 15. 14. *Ethp.* ࠀࠕࠁࠉࠍࠍ *i. q. Ch.* Gen. 16. 2. Deut.32.7,29.

AR. بَانَ, *v.* بين, Excelluit. بَانٌ *Coll.* Plantæ ſpecies, جوز البان Nux unguentaria *fructus ejus dcr.* Nardus. Cant. 1.12. & 4.14.

بُونٌ, بَوْنٌ & بُونٌ *v.* بين, Duarum rerum intervallum & differentia. *it.* Excellentia, præſtantia. 2, Caſtrum quoddam, *de quo in Cor. Gig.*

بَانَة, *v.* بين, Diſtinctio, interſtitium.

بَوَانٌ & بُوَانٌ, *Pl.* بُونٌ & أَبْوِنَةٌ, *et* بُوُنٌ, Columna *ſ.* palus tentorii. Lignum ante tentorium, *i. e.* poſtis ſuſtinens tectum velumve portæ. بُوَيْنَة Domuncula. 2, Herba exigua, parva. *Bd. Gig.*

بُونَة Hippon, Africæ oppidum. *Abulf.* Patria *S. Auguſtini.*

בוס בּוּס Calcavit, conculcavit. *Part. Pl.* Zach. 10. 5. *Fut.* Pſa. 44. 6. נָבוּס Subigemus Iſa. 63. 6. *Pih.* תְּבוּס Contemnet Pro. 27. 7. בּוֹסְסוּ Conculcant, Iſa.63. 18. Jer.12.10. *Hoph. part.* מוּבָס Proculcatum, Iſa.14.19. *Hithp. part.* Fœm. מִתְבּוֹסֶסֶת Proculcata, *vel* proculcanda, Ezech.16.6,22.

מְבוּסָה f. Conculcatio. Iſa.22.5.

תְּבוּסָה Id. *Conſt.* 2 Par. 22.7.

CHAL. בּוּס Calcavit. תְּבוּסָה Calcatio, conculcatio, mixtio. *v. Ohol. c.* 2. 3. ביסן Lutum, *quod calcatur.*

ܒܘܣܦܘܪܘܣ ܕܡܩܕܘܢܝܐ *Nomen* loci ubi profligato Dario regnabat Alexander. *BB.*

AR. بَاسَ *Fut.* O. Oſculatus fuit. *cca.* Gen. 27.27. *et* 29. 11,13. *Erp.* 2, Aſper aut hirſutus fuit.

بَأْسٌ Robur, fortitudo. 2 Macc. 7. 4, 8. ذا باس Vir ſtrenuus. c.10.9. & 12.20.

بَائِسٌ Inops, pauper. 1 Sam.2. 8. Pſa.9. 18. *et* 24.16. *Ro.*

بَوْسٌ, *à Perſ.* بُوسْ, *et* بُوسِيدَن Oſculari, oſculum. 2, Commiſtio. 3, Adverſitas, infortunium: Inopia. Pſa. 13.7. *at eſt à Rad. Med. Elif. ut & duo prior.*

بُوسِيرٌ. *Pl.* بَوَاسِيرُ Hæmorrhoid. Deut. 28.27. *et Erp. v.* بسر.

בוע CHAL. בּוּעַ Exultavit, geſtivit gaudio: Iſa.14.7. *Imp.* Zach. 9.9. *Fut.* Pſa.31. 8. & 48.12,13. Iſa.29.19.

בִּיעַ, בִּיעַ, בִּיעָא Exultatio. Iſa.35.2. *et* 65.18. בּוּעָא Id. *Emph.* בּוּעֲתָא Pſa. 42. 5. *Conſt.* Job.20.5. *Af.* Pſa.43.4. *v.* & *in* בעא.

SYR. ܒܘܥܐ Caprini, Camelini, leporini, aliive molles ejuſmodi pili. ܒܘܥܬܐ Timor, tremor.

AR. بَاعَ, *Act.* بَوْعٌ, *Fut.* O. Manus, aut aliam rem cum manibus, diſtendit quoad potuit. Expandit manum dandæ pecuniæ. Orgyiâ dimenſus fuit *funem. cca. it.* Diduxit paſſus in curſu *equus vel camelus.* V. Orgyiâ menſuratus fuit. *et* Diſtendit paſſus. VII. *i. q.* V. *et* explicuit ſeſe *ſerpens;* Tractus protractuſque fuit. *et* Protendit ſe *ſ.* manum inclinato corpore, *utì qui teſtari cupit ſe annuere et gratum quid habere.* 2, Emanavit *ſudor.* 3, Pretium lenivit imminuitve in vendenda *merce cc* في *r. et* ل *p.*

بَاعٌ, بَوْعٌ *et* بُوعٌ, *Pl.* أَبْوَاعٌ, Orgyia, *vulgò* braſſa. Ulna. 2 Par.3.8,11, 15,16. Brachium. Prov.31.18. *ſpec. eſt* Menſura Ægyptiaca tanta quanta hominis perfecti altitudo. *Kirch. Oed. T.* II. *P.* II. *p.*283. 2, Celſitudo, nobilitas. *et* Honor. 3, *tert.* Pars montis collapſa in clivo. 4, طويل الباع Liberalis.

بَيِّعٌ Diductis paſſibus incedens *equus.*

بَائِعٌ,

بَايِع، Pl. بُوع، Pullus dorcadis diſtendens paſſus.

بَاعَة Area ſ. impluvium domûs: ſc. locus quem ſub dio patentem circumſtant ſtructuræ.

أَبْوَاع Ovis: *ita dcr. ob diductiorem gradum. ſpec.* Ovis ad mulctram.

¶ بَاعَ Vicit: prævaluit *et* æquivaluit. V. Efferbuit & exagitatus fuit *ſanguis. et* vicit, ſuperior fuit. ب. *cc.*

بُوعَاء Terra mollis & friabilis. 2, Homines leviores ac dementes. *et* Confuſio. 3, Odor ac fragrantia aromatis.

בוץ בוץ m. Byſſus, byſſinum, *Genus lini optimi, molliſſimi et candidiſſimi ex quo ficbant veſtes ſubtiliſſimæ, præſertim ſacræ.* 1 Par. 15.27. Eſth.8.15.

בץ *v. in* בצץ.

CHAL. בוץ *i.q. Heb.* Gen.41.42. Hoſ. 2.9. *Emph.* בּוּצָא Ezech. 44.17. *etiam* בּוּצִין *Id.* Iſa.42.3.

בְּצְבוּץ Cannabis. *Gittin. f.*65.2.

SYR. ܒܽܘܨܳܐ Byſſus. Sericum album, inſtar aëris, & coctum. *Al. i. q.* ܒܨ *BB.* Gen.41.42. Luc.16.19. *It.* Ludi genus. *B. B. v. cl. Hotting. H. Or. p.* 179.

A R. بَاصَ، *Act.* بُوص، *Fut.* O. Præceſſit, anteceſſit: prior ſuperiorve fuit. *et* Feſtinavit. *et* Fugit. 2, Inſtitit petendo, pertinax ac impatiens fuit. 3, Tectus & occultus fuit, delituit. II. Fructum *Bons* protulit *planta.* 2, Magnis natibus præditus fuit. 3. Sincero ac nitido fuit colore. 4, *i.q.* سبق في الحلبة *ſi leg. Alhálbati,* Præceſſit inter equos ad curſum congregatos; *ſi Alhallebati,* inter mulgentes. 5, Ponè ſe equitem vel equo impoſuit.

بُوص *Act.* (*unde Pl.* أَبْوَاص *i.q.* أَبْوَاع، Species *pecorum vel jumentorū.*) 2, Color. 3. Mors repentina. *Gigg.* Inceſſus vehemens. 4, Nates mulieris. 5, Laſſitudo, defatigatio.

بُوص *i. q.* 2, *et* 4, *præc. ut* حَالَ بُوصُهُ Immutatus fuit color ejus. 2, Fructus cujuſdam plantæ.

بُوصِيّ *Gigg. eſt à Perſ.* بُورِي، Genus navis marinæ. Navigium, ſcapha.

بَوْصَاء Magnis natibus prædita mulier. 2, Luſus, quo torris ſ. baculus extremitate accenſâ in orbem circumagitur. *v.*

Syr. بَوْصَان Venter, proles, leonis. *Bd. Gigg. it.* Familia cujuſdam. *Id.*

مَبَاص Locus quò quis confugit, refugium.

البوصين الابيض Album, ſ. Albuſii albi, flos *Int. Avic.* II. *p.*157. *l.*13. *Ar.*

بَوْصِير Hæmorrhoides. & Verbaſcum *herba, quòd iis conducat. Baudsîr Plemp. in Avic.* I, *p.*145. *l.*17. *Ar.*

¶ بَاصَ، *Act.* بُوص، Conſtitit & affixus manſit *loco.* 2, Pulchriore ac nitidiore vultu fuit poſt lentiginem.

בוק בּוּקָה، & מְבוּקָה Vacuitas, evacuatio, *ut ſimul leguntur.* Nah.2.11.

CHAL. בּוּקָא Vacuum, inane vas, lagena oris anguſti, *Gr.* Βῖκ☉. *C. L. Pl.* בוקי. ע״ז *f.*37.2. *It.* Os coxendicis. *Chol. f.*42.2.

בירת בוקיא *Nomen* loci. *Jevam. f.* 84. 1.

בוקיון Nomen fictitium luſûs ludicri in ſcholis præſtigiatorum qui ad riſum commovendum inſtituuntur ע״ז *f.*18. אבקא *Omne* vacuum & perforatum, *in quod aliud quippiam inſeritur*; foramen poſtis, *in quod inſeritur cardo januæ.*

אביק של מרחק Foramen per quod aquæ ex balneo effluunt: ſ. Fiſtula, *vel* canna, *per quam aquæ influunt in balneum.*

בּוּקִינוּם Buccina, *Gr.* βυκάνη. *Jalkut in Moſen f.* 186. *col.* 2.

SYR. ܒܘܩܐ Fidelia, amphora anſata.

ܒܘܩܠܐ *v.* בקא.

ܒܘܩܝܢܛܐ & ܒܘܩܝܢܛܪܐ Buccinator, tibicen. *F.* Lituus, Buccina. *BB.*

AR. بَاقَ، *Act.* بُوق، بُوق & بُؤُوق، *Fu.* O. Contigit affecitq; *eos malū,* accidit, incidit, *ccap. & abſolutè,* Malum vel diſſidium attulit. 2, بَاقَ عليك Adortus fuit te ex occulto loco & inſidiis. & Cinxit, circumdedit, ſep- ب. & junctis viribus inſultârunt ſit. *cc* homines & immeritum occidêrunt. 3, Ingreſſus fuit irruitque *in conclave* ſine venia. 4, Corruptelâ noxâque affectum fuit & periit *peculium.* 5, Inflavit lituum. Num.10. 9. Ez.7.14. Apoc.8.7. *Erp.* V. Lethale incidit & propagatum fuit في *in grege* malum. *cc* VII. انباقت عليهم بايقة شر *v.* بوج، *et i.q.* 1, I. Incidit & cum impetu diffuſum in eos fuit malum. 2, *i.q.* 3, I. Injuriam fecit, injuſtus fuit. *cc* ب *p.*

الكاف بَاق، *cùm* خازباز *in* بوز *ſimiles vocales habet,* Vulva ampla *camelæ aut equæ, aut* ſonus ejus in coitu.

بُوق، *Pl.* بِيقَان، بُوقَات، *et* أَبْوَاق، Lituus, tuba. Exod. 19. 13. Lev. 25. 9. Num. 10. 2, 8, 9. *et* 31.6. 1 Par. 15. 21. 2, Vanus, injuſtus *et* falſus. 3, *Metaph. à lituo,* Rimarum plenus, qui arcana reticere nequit. 4, *pro* بايقة *ſeq. idem formans Plurale.* 5, *i. q.*

الاصداف Conchæ margaritiferæ. *BB.*

متاع بايق Supellex vel merx vilis & nullius precii.

بَاقَة Faſciculus ex odoratis herbis. Exod. 12. 22.

بُوقَة *Pl.* بُوق، Impetus *pluviæ* illapſuſque ejus vehementior, *inprimis* unus, qui unâ fit effuſione.

بَايِقَة، *Pl.* بَوَائِق Malum, calamitas. 2, Injuria, iniquitas.

البوقات Feſtum, quo Menſis Thammuz nobilis fuit. *Hott. H. Or. p.* 179.

بُوقِيصَا Ulmus. *Avic.* I. *p.* 145. *l.*9. *Ar. Dioſc.* I. 111.

تَبْوِيق Clangor tubæ reſonans. Lev. 23.24.

مُبَوِّق Vanus & futilis *ſermo. It.* Buccinator. *Gloſſ. Bd.*

בור בור Fovea. Exod. 21. 33. Pſa. 7. 16. Ciſterna aquarum collectarum, 2 Reg. 18. 31. Carcer, ergaſtulum *propriè ſubterraneum.* Exod. 12. 29. Iſa. 38. 8. Sepulcrum, Pſa. 28. 1. *cum* א *in medio* מִבְּאֵר De ciſterna, 2 Sam. 23. 15, 20. *Af.* Prov. 5. 15. *Pl.* בֹּרוֹת Deut. 6. 11. 2 Par. 26. 10. & בֹּארוֹת Jer. 2. 13.

בִּירָה f. Regia, arx, caſtrum, metropolis. Eſth. 1. 25. 1 Par. 29. 1. Totum Sanctuarium unâ cum fornice ſubterranea, *ita dicitur Middoth. c.* 1. *ſ.* 9.

בִּירָנִיּוֹת f. p. Palatia, arces baſilicæ. 2 Par. 17. 12. c. 27. 4.

CHAL. בִּיר Filius, *i. q.* בר. Exod. 1. 15. *Jon.* c. 2. 10. *Jon.* Job 18. 12.

בֵּירָא, בֵּיר Puteus, ciſterna, fovea, *ab Heb.* בְּאֵר, Gen. 26. 19, 22. *Af.* Prov. 5. 15. *Pl.* בֵּירִין Gen. 14. 10. *Jon.* בֵּירָן f. *T. Hier. Conſt.* Gen. 26. 18. בירא דשתית מניה מיא אל תשדי ביה קלא In puteum unde bibiſti aquam, ne projicias glebam. *Sanh. f.* 7. 1. *Pl.* בִּירָאוֹת *Rab.* ביר *v.* ביר בור Cibus, eſca, *pertinet ad* ברה.

בַּיָּר Foſſor puteorum; hauſtor aquæ ex puteis: *Scheviith. f.* 43. 1. *c.* 8.

בִּירְתָא, בִּירָה Regia, palatium, baſilica. Eſth. 9. 12. Prov. 1. 21. *Pl.* בִּירוֹת *Betz. f.* 24. 1

הַבִּירָה Templum Hieroſol. *Tamid. c.* 1. *Rab.*

בִּירִית Periſcelis, ornamentum pedum circa crura tum ornatûs tum neceſſitatis cauſâ alligatum. *Schab. f* 63. 2. *Legitur* & Amos 7. 1. *in Venet.* בירנא ברא *v.* ברן.

SYR. ܒܝܪܬܐ Palatium, arx, caſtrum. Dan. 8. 2. *Pl.* ܒܝܪ̈ܬܐ 2 Par. 17. 12. & 27. 4.

ܒܝܪܘܢܐ Veſtis ſummi ſacerdotis, ſagum cucullatum. *Hiſp.* Albornoz. ܒܝܪܬܐ Terra ſationi deſtinata. *F.*

ܒܝܪ̈ܢܝܬܐ Vici, *F.* Luc. 14. 21. *noſtra* ܒܝܪ̈ܬܐ

ܒܘܬܝܪܐ Nubeculæ unguium: Puncta unguium albida & nigricantia. *F.*

SAM. ࠁࠏࠉࠓࠄ *In alio Ex. rectius* ࠁࠏࠉࠓࠀ Exo. 13. 12. *An. Sam.* ࠁࠇࠅࠓࠓ potens, electus, *qs. à* בחר Gen. 49. 24. Ex. 15. 4. *confer. c.* 14. 7.

AR. بير, Pl. بيار *Bd.* Puteus. Pſa. 7. 16. & بيرة *v. in* بار.

باير *v. in* بور & بيرم Terebra, *in* برم.

بيارون Ægyptiis Radix ‹ بشنين *i. e.* loti Ægyptiacæ.

ביש CH. בִּישׁ בִּישָׁא Malus, malū. *v.* באש. טב לביש לא תעביד ובישא לא מטי לך Bonum malo ne facias, & malum non obveniet tibi. *B. Syra. Sententia à medico quodam petita qui herbâ ſingulari poterat vivificare animalia; cùm forte incidiſſet in corpus mortui Leonis, herbâ ad os leonis appoſitâ, leo vivus ſurrexit, & hominem laceravit. It.* Ægrotus male ſe habens. *Midr.* Ruth c. 1. 17. *Pl.* בִּישַׁיָּא Gen. 35. 9. *T. H.*

SYR. ܒܝܫܬܐ ܒܝܫܐ, ܒܝܫ Malus, malum; malitia, malè, Mat. 27. 23. Luc. 6. 9. Marc. 7. 22. Diabolus. Act. 10. 38. Matth. 6. 13. c. 5. 37. c. 13. 19, 38. ܒܝܫ ܒܝܫ peſſimè, Mat. 21. 41. *Pl.* ܒܝܫܝܢ Joh. 7. 7. ܒ̈ܝܫܐ Mat. 5. 45. *Fœm.* ܒ̈ܝܫܬܐ & ܒ̈ܝܫܢ Matth. 12. 45. Luc. 11. 26. *Af.* Luc. 16. 25. Act. 3. 26. *Ethpa* ܐܬܒܐܫ Miſer factus eſt; pauper factus eſt; malus factus eſt. *F.*

ܒܝܫܘܬܐ *et* ܒܝܫܘ Malitia, malum. Heb. 7. 26. *Af.* Act. 8. 22. ܒܝܫܘܬ ܐܦܐ Severitas vultûs, Eccleſ. 7. 4. ܒܝܫܘܬ ܥܝܕܐ Conſuetudo mala *F.*

ܒܝܫܐܝܬ Malè, peſſimè Neh. 2. 10.

ܒܝܫܐ Miſer, pauper, egenus. Deut. 15. 11. c. 24. 14. Job 36. 6. *Pl.* ܒ̈ܝܫܐ Job 29. 16.

ܒܝܫܘܬܐ *et* ܒܝܫܢܘܬܐ Paupertas, egeſtas, miſeria.

ܒܝܫܢ Baſan. *Heb.* בָּשָׁן Iſa. 33. 9.

SAM. ࠁࠏࠔࠁࠁ Viridis. Deut. 12. 2.

AR. II. بيس *pro* بيض Candido ac venuſto vultu donavit *eum Deus. cca.* IV. Fecit ut germinaret, produxit.

بيش *orig. Perſ.* Herba Indica venenata, *cujus ſpecies tres deſcribit Iſa ibn Aliis ap. Beith.* Napellus, thora. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 147. *l.* 43. *Avic.* II. 123. 16. *Ar.* 2, فارة البيش *et Perſ.* بيش موش, Animalculum ſimile muri, quod inter radices illius plantæ vivit, ejuſdemque antipharmacum habetur. *Avic.* I. *p.* 148. *l.* 2. *Ar.* *v. Guarner. lib. de venen.* 3, بوحا بيش موش *ac* بيشا *eſt i. q.* بوحا بوحا Antithora, *pro quo et* بيش موش mus Napelli *dcr. vulgò* Napellus Moyſis, *quia eâdem virtute pollet, qua ſupradictus muſculus. Avic.* I. *p.* 150. *l.* 20, 22. *et* II. 123. 17. *et* 143. 51. *Ar. Dodon. libr.* 14. *c.* 14.

بيش, ه, *Nom.* vallis *ſ.* alvei in via Jemamæ, qui leonibus abundat.

بيشي Conditi genus, cui بيش immixtus eſt.

בית בַּיִת m. Domus ædificium. Deut. 22. 8. Familia. Gen. 30. 30. Nidus. Pſa. 84. 4. Carcer. Iſa. 14. 17. Intrinſecus, *c* ה Ezech. 44. 17. Intra. c. 1. 27. Sepulchrum. Iſa. 14. 18. locus *quo aliquid capitur aut continetur.* Exod. 25. 27. 2 Sam. 15. 17. 1

1 Reg. 18. 32. מִבַּיִת Intrinſecùs, Exo. 25. 11. & מִהַבַּיִת Id. Ezech. 40. 9. *Conſt.* בֵּית Gen. 24. 7. מִבֵּית Exod. 26. 33. *Af.* בֵּיתִי Iſa. 56. 7. בֵּיתְךָ, בֵּיתוֹ *&c.* *Pl.* בָּתִּים Exod. 1. 21. Loculi. c. 25. 27. Cortinæ. *R. D.* 2 Reg. 23. 7. *Conſt.* בָּתֵּי Exod. 10. 6. בתי הנפש Iſa. 3. 20. Arculæ in quibus benè ſpirantia & refocillantia continerentur. *Mer.* *Af.* בָּתֶּיךָ *ibid.* Deut. 39. 1. *Kametz ante Dageſh forte irregulare eſt, forte eſt propter defectum literæ Jod, vel ad differentiam* בָּתִּים Bathi, *ſcribit Ab. Ezra.* Exod. 12. 8.

בִּיתָן m. Palatium, ædes. Eſth. 7. 7, 8. *Conſt.* c. 1. 5. *Al.* Interior. *Perſicum putant, quia in hoc tm. occurrit libro.*

CHAL. בַּיִת, בַּיְתָא, בֵּיתָא *i. q. Heb.* Deut. 20. 5. Eccleſ. 10. 18. *Conſt.* בֵּית Gen. 17. 23. Cant. 2. 4. *Af.* Num. 12. 7. 1 Sam. 1. 19. *Pl.* בָּתִּין Exod. 1. 21. בָּתַּיָא Exod. 8. 9. *Conſt.* בָּתֵּי v. 21. Num. 16. 32. Deut. 12. 7. *Talm. c. præfixo* ד, *& affixo, i. q.* אֵשֶׁת Uxor; *ut* דביתהו Uxor ejus; דביתך Uxor tua, *&c.* *Taanith c. 3. Gem. Talmudiſt. & poſterior. Paraphraſt. ſæpe* בֵּי *pro* בֵּית Exod. 7. 28. *Jon.* Job 7. 9. Pſa. 7. 8. בית 1 אבדנא 2 אולפן 3 אסירי 4 אפי 5 בהתתא 6 הדורין 7 מטבחיא 8 דין 9 מזגא 10 מטרא & עננא 1 Sepulchrum, Iſa. 14. 15. 2 Schola, Exod. 33. 7. 3 Carcer, c. 12. 29. 4 Velamen faciei. c. 34. 33. *It.* Summitas capitis, *ubi calvitium fieri prohibetur.* Deut. 14. 1. *Tar. H.* 5 Pudendum. Deut. 25. 11. 6 Salebroſus, ſalebræ. Iſa. 40. 4. 7 Macellum. 8 Curia, conſiſtorium judiciale, *vel potiùs*, ipſa Judicum congregatio. *G. F.* 9 Oenopolium. Proverb. 23. 30. 10 Carcer. 2 Sam. 20. 3. Iſa. 24. 22. *Apud Rabb* בית 1 אחיזה 2 אונקלי *et* אצבעים 3 הבליעה 4 בעיר 5 החצים 6 יד 7 המוקד 8 הכנסת 9 הכסא 10 לגנין 11 הנפש 12 עולם 13 פטמא 14 קבול 15 הרחם 16 הרגלים 17 רב 1 Anſa, manubrium. 2 Chirotheca: *Al.* Axilla. 3 Oeſophagus. 4 Stabulum. 5 Pharetra. 6 Chirotheca. 7 Focus. 8 Synagoga. 9 Latrina. *Sanhedr. c. 1. f. 18. Gem.* 10 Cellula portatilis lagenis repleta. 11 Thorax. 12 Sepulchrum, ſepultura deſtinata ad ſepulchrum mortuorum. 13 Saginarium. 14 Concavitas, quâ aliquid capitur & continetur. 15 Vulva ventris. 16 Calceus. 17 Schola, differendi locus. *Hal. Ol.* 2. 1. *p.* 44. בי תרי Bini: בי עשרה Deni. אריא אבי תרי לא נפיל Leo binos non invadet. *Schabb. c.* 25. *En Jacob. f.* 77. 1. כל בי עשרה שכינתא שריא Denis quibuſvis intereſt numen. *Sanhedr. c. 4. Gem.*

בַּיְתִי Domeſticus, cicur. *Pl.* בַּיְתִיוֹת.

בַּיְתוּתָא Domeſticatio, diſpenſatio domeſtica, œconomia. *Schab.* 45. 2. ביתא *Gr.* Βῆτα.

בַּיְתוֹס Bajethus, *nom. prop. viri, cujus condiſcipulus fuit* צָדוֹק Tſadok. *Hi duo negarunt legem oralem & crediderunt ſoli legi ſcriptæ. Ab his ortæ duæ ſectæ, quæ Karæi & Tzaducæi dictæ.* *Peſach. f.* 37. 1. *Eruvin. init. Gem.*

בַּיְתוֹסִי Bajethoſæus. Karæus. *Kelaim. c.* 8. *f.* 16. *Schab. c.* 14. *f.* 23.

SYR. ܒܰܝܬܳܐ Domus, locus quilibet quo aliquid continetur. Marc. 3. 25. ܪܰܒ ܒܰܝܬܳܐ Οἰκονόμος, diſpenſator, Luc. 12. 42. c. 16. 3. 8. *Conſt.* ܒܶܝܬ Luc. 2. 49. Act. 7. 10. *Af.* Mat. 7. 24. Joh. 4. 53. *Per apoc.* ܒܶܝ Eccli. 11. 32. c. 29. 28. *Pl.* ܒ̈ܳܬܶܐ Tit. 1. 11. 1 Cor. 4. 1, 2. *Af.* Gen. 42. 19. Marc. 8. 3.

ܒܰܝܬܳܐ ܦܬܘܡܝܐ Domus ſine tecto.

ܒܶܝܬ 1 ܐܘܪ̈ܚܬܐ 2 ܐܪܟܘܣ, ܐܪܟܐ & *F.* ܐܪ̈ܟܐ 3 ܡܒܬܐ 4 ܒܣ̈ܡܐ 5 ܓܢܘܢܐ 6 ܓܘܣܐ 7 ܣܘܠܩܐ 8 ܐܣ̈ܝܪܐ 9 ܐܘܨܠܐ ܡܫܡܫܢܐ. 10 ܡܘܠܕܐ 11 ܡܐ̈ܢܐ 12 ܡܛܪ̈ܐ 13 ܢܗܪܝܢ 14 ܦܬܐ 15 ܥܝ̈ܢܝܢ 16 ܡܩܒܪܐ 17 ܟܬ̈ܒܐ 18 ܟܬ̈ܦܐ 19 ܠܦܝ̈ܐ 1 Locus, ubi divortium via facit, & in alias dividitur. 2 Bibliotheca. 3 Diverſorium, Gen. 42. 27. 4 Thuribulum. Heb. 9. 4. 5 Velamen; Cubile, thalamus ſponſalis. 6 Refugium. Pſ. 9. 10. 7 Scalæ. 8 Carcer. Gen. 42. 17.

9 Latrina. 10 Natalitia. 11 Armentarium, veſtiarium, apotheca ſupellectilis. Iſa. 39. 2. 12 Munimentum. 13 Regio Edeſſæ; *q. d.* Locus ignium. 14 Veſtibulum. 15 Frons. Exo. 28. 38. 2 Par. 26. 19. 16 Sepulchrum. Mat. 23. 29. 17 Bibliotheca. 18 Interſcapilium. 19 Coquina.

ܒܰܝܬܳܐܝܺܬ Domi, *h. e.* privatim. Act. 2. 46. *Suffragatur Ar. nr. & Erp. v.* 47. quo innuitur, eos non per varias domos nunc hîc, nunc illîc ſimul congregatos cibum ſumpſiſſe, quod volunt qui καθ' οἶκον domatim *vertunt, ſed opp.* τῷ ἱερῷ, *ut obſervat Vat. v. c. 5. 42. et c. 20. 20.* سرا في المنازل *ut in nris, optimè.*

ܒܶܝܬ ܦܰܐܓܶܐ Bethphage. *v. d. Dieu in* Mat. 21. 1. *Locus extra muros Jeruſalem, quod etiam innuit nomen ejus. Aqu. Peſach. c. 5.*

ܒܶܝܬ *i. q.* ܒܝܢܬ *v.* בין.

ܒܰܝܬܺܝ Domeſticum fecit. *Ethp.* ܐܶܬܒܰܝܬܺܝ Domeſticatus eſt. *BB.* ܒܰܝܬܳܝܳܐ Domeſticus.

ܒܰܝܬܳܝܽܘܬܳܐ Domeſticatio.

ܒܰܝܬܳܢܳܝܳܐ Interior. Eſth. 1. 5. c. 7. 7.

ܪܰܒ ܒܰܝܬܽܘܬܳܐ Oeconomia, diſpenſatio. Luc. 16. 2, 3, 4. 1 Cor. 4. 17.

ܡܬܒܰܝܬܢܳܐ Domeſticus, familiaris.

SAM. *Aph.* ࠀࠁࠉࠕࠅ Pernoctavit. *Imp.* Num. 22. 8. ࠁࠉࠕ Domus. Gen. 7. 1. *Pl.* ࠁࠕࠉࠌ Exo. 1. 20. *An. Sa.* ࠁࠉࠕࠉ *v.* ࠁࠉࠕ.

ÆTH. በየተ: Manſit, divertit, moratus, commoratus eſt, habitavit. Pſ. 54. 7. & 67. 14. Luc. 9. 12. ቤት: Domus, manſio, habitaculum, tabernaculum. Pſ. 5. 8. & 22. 9. *Pl.* አብያት: & ዐብያት: Pſ. 54. 17. & 143. 15. & 24. 7. Luc. 7. 25. ቤተ: ክርስቲያን: Eccleſia. *Pl.* ቤተ: ክርስቲያናት: Act. 5. 11. c. 8. 1, 2. c. 9. 31. ቤቴል: Bethel. *Nom. loc.* ቤተ: ልሔም: Bethlehem. *Nom. loc.* ቤተ: ሳይዳ: Bethſaida. Mat. 11. 21. ቢታንያ: ቢታኒያ: Bethania. *Nom. loc.* Mar. 11. 1. ቤተ: ፋጌ: Bethphage. *Nom. loc.* Luc. 19. 29.

AR. بَاتَ, *Act.* بَيْتٌ, بَيَاتٌ, مَبِيتٌ, بَيْتُوتَةٌ, *Fut.* I. & A. Pernoctavit. Luc. 21. 37. *Erp.* Noctu fuit vel fecit quid: *pro quo & dcr.* بات يفعل كذا Noctem exegit faciens illud, (*uti* ظل fecit interdiu.) & Noctu, *vel etiam ſimpliciter*, Commoratus fuit, ſubſtitit. *cca vel c* ب, *vel c* عند *ejus apud quem.* II. Noctu ſupervenit & invaſit *hoſtem*, obivit *negotium. cca.* Noctu verba fecit, meditatus fuit & apud ſe perpendit. 2, Dimenſus fuit, ſua menſura ac modo definivit. 3, Decorticavit *palmam. cca.* IV. *Trans.* I. اباته الله Illius vigilias Deus felices effecit, illius rebus favit. *Bd. Gigg. et* Noctu periit. V. Negavit quæ illi opportuna erant: Cohibuit illum ne neceſſaria præſtaret. *Gigg.* X. *i. q.* 1, I. Excubias egit. *Id.*

بَيْتٌ, *Pl.* بُيُوتٌ, أَبْيَاتٌ, *et hinc* بُيُوتَاتٌ, أَبَايِيتُ, أَبْيَاوَاتٌ, Domus: *ſ. ex materia fabrili, ſ. ex lino, lana vel pilis caprinis confecta, uti eſt* tentorium. Gen. 19. 2. *et* 24. 28. Exod. 10. 6. Pſ. 5. 8. Marc. 10. 29. *pec.* Palatium, arx. Templum Meccanum, *quod etiam vocant* بيت الله, البيت الحرام & العتيق. *Eſtque* بيت 1 المعمور, 2 المقدس, *al.* قدس مبرك, 3 المال, 4 الفراغ *et* ماء, 5 القادر, *i. q.* 1 Templum ſimile Meccano quod in cœlo *eſſe fingunt.* 2 Hieroſolyma, *al. Cuzzi mubarec* ſanctitas benedicta. *Leonclao. Pandect. p.* 431. *Bd.* 3 Ærarium. 4 *Alferâg*, Latrina,

honeſto vocabulo, ob aquam, quæ ibi ad manum eſt ad mundandum corpus. 5 *pro* בית־אל. Gen. 12. 8. *et* 13. 3. *Ar. Sam.* 2, *Synechd.* Cubiculum, conclave. Pavimentum domûs. & Sepulchrum. 3, Domeſtici, familia. *confer* Exo. 19. 3. *E.* Philip. 4. 22. & 2 Tim. 4. 19. *Erp.* Connubium. *Gigg.* 4, & *Pl. ſecund.* Verſus carminis: *quia Arabibus à tentorii forma & partibus petita Proſodica conſtructio.* 5, Nobilitas, celſitudo. & Nobilis. 6, *pro* بين Inter. Ezech. 44. 23. *Seld. v. L. de Dieu in Luc.* 17. 11.

جَارِي بَيْتَ بَيْتَ Vicinus proximus, *et* qui contiguam habet domum.

بَيْتٌ, ـة, Penus, alimentum. *ita* بيت ليلة Unius noctis *ſ.* diei commeatus.

بَائِتٌ *Ag.* Qui noctu eſt, aut pernoctat. 2, Una nocte vel die anterior, cum una nox interceſſit; Heſternus, *ut cibus, panis*, qui ex præcedente die reliquus, *Oppoſ.* τῷ طري, qui recens.

بُيَيْتٌ *et* بِيَيْتٌ, *vulgo* بُوَيْتٌ, *at malè*, *Dimin.* Domuncula.

بَيَاتٌ Expeditio & invaſio nocturna intentata hoſti.

بَيُوتٌ *i. q.* 2, بَائِتٌ & Nocturnum opus: *ita* أمر بيوت *eſt* negotium cui quis cum cura incumbit & noctem impendit.

بَيُّوتَةٌ Qui non excidit defluitque *dens, cum permutandi tempus ſit.*

مَبِيتٌ Hoſpitium. Gen. 43. 21.

مُبَيَّتَةٌ Quæ domum & maritum habet *mulier. Hiſp.* Caſada.

مُسْتَبِيتٌ Pauper, *velut qui quærit ubi pernoctet.*

¶ تَرَكَهُمْ حَيْثَ بَيْثَ بَيْثَ, *confer* بَاثَ *et* بُوثَ, Reliquit eos diſgregatos, atque huc illuc diſperſos.

בכא בָּכָא m. Morus. Pſa. 84. 7. *Pl.* בְּכָאִים 2 Sam. 5. 23, 24.

SYR. ܒܳܟ݂ܳܐ Gallus, & gallina.

ܒܟܳܐ *v.* בכה.

AR. بَكَأَ *Fut.* A. *Act.* بَكْءٌ, *et* بُكُوءٌ *Act.* بُكَاءٌ, بَكَاءَةٌ, بُكُوءٌ, Parum lactis habuit *camela, vel ovis.*

بَكِيءٌ *et* بَكِيئَةٌ, *Pl.* بِكَاءٌ *et* بَكَايَا, *Ag.*

بَكَأٌ *et* بَكَأَةٌ *Coll. Nom.* plantæ.

בכך AR. بَكَّ, *Act.* بَكَّةٌ, & بَكَاكٌ *Pl. Fut.* O. Compreſſus fuit, *uti in denſa hominum turba.* Confluxit & tumultuatus fuit. 2, Ad egeſtatem redactus fuit. 3, Corpore hirſutus fuit, indicio audacis ſtrenuique animi. 4, *Trans.* Laceravit. Disjunxit, ſeparavit. *cca.* & Contudit & fregit *collum.* 5, Compreſſit & preſſum arctavit. *cca.* Urſit *fœminam*, inſtititque coitûs ergô. *cca.* VI. Confluxu ſuo invicem coarctârunt ac preſſerunt. Venientes abeunteſq; inter ſeſe tumultuati fuerunt.

Q. بَكْبَكَ *i. q.* VI. *præc.* Conjecit *res* alias ſuper alias.

أحمق باكٌّ Fatuus, qui diſcernere neſcit, rectè quid, an perperam faciat.

بُكَّك Adoleſcentes robuſti. 2, Aſini agiles.

بَكَّة *i. q.* مَكَّة Urbs Mecca. *Cor. Sur.* 3. 86. *Avic.* I. *p.* 277. *l.* 7. *Ar. ſeu* interior ejus pars, *et* quæ inter duos montes: *aut* Circus ejus ſacer, *qui* مطاف *dcr. quod ibi præ multitudine invicem præmere homines ſolent: vel propter ſubditas ipſi potentiorum cervices. v. Hotting. Hiſt. Ori. p.* 142.

بَكَّاك Pumilio, ita brevis ut volvi potiùs videatur, quàm incedere.

بَكْبَكَة, *Act. Q. Verbi.* 2, *junctum* مع اِبْرِيق, Vas, quoddã quo utuntur in conviviis. *Naſſ.* 24. 14. *Bd.*

أَبْكَك, *Pl.* بُكَّان, Annus gravis; aſinos, pecora, atque alia affligens. 2, Mercenarius qui ſuorum res curat.

בכה בָּכָה Flevit, deflevit, vagivit. *cca et prep.* אל, על, *et* ל. Deut. 21. 13. Ezech. 27. 31. *Part.* Exod. 2. 6. *Inf.* בָּכוֹ Jer. 22. 10. Thren. 1. 2. *cum* ל *loco* ה לִבְכּוֹת Eccleſ. 3. 4. *Imp.* Jer. 22. 10. *Fut.* וַיֵּבְךְּ Gen. 27. 38. 2 Sam. 3. 32. *cum apoc. tertiæ rad. Niph. Part. pl. conſt.* עַד נִבְכֵי־יָם Uſque ad fluenta, fluctus, effuſiones, *vel* profunda maris. Job 38. 16. *per Metaph. Pih. Part.* f. מְבַכָּה Deflet, Jer. 31. 15. *Pl.* מְבַכּוֹת Ezech. 8. 14.

בֶּכֶה m. Fletus. Ezr. 10. 1. בְּכִי m. Id. Jer. 9. 10. Joel 2. 12. *Aff.* בִּכְיִי Pſa. 6. 9. בָּכוּת f. Id. Gen. 35. 8. בְּכִית f. Id. *Aff.* Gen. 50. 4.

CHAL. בְּכָא בְּכָה Flevit, deflevit, ploravit. Gen. 45. 14. *Part.* בָּכֵי Exo. 2. 6. *Pl.* בָּכַן Num. 25. 6. *et* בָּכְיָן Job 30. 31. *Fœm.* בָּכְיָא Thren. 1. 16. *Inf.* מִבְכָּא Jer. 22. 10. *et* מִבְכֵּי c. 31. 16. *Imp.* Joel 1. 5. *Fut.* אֶבְכֶּה Jud. 11. 37. תִּבְכֵּי Iſa. 30. 19. *Pah. Part.* מְבַכְּיָא Plorat, Jer. 31. 15. *Pl.* מְבַכְּיָן Ezech. 8. 14.

בְּכִי Fletus, ploratus. 2 Sam. 13. 36. בִּכְיָא, בִּכְיָא Id. Iſa. 38. 3. בְּכִיתָא Id. Deut. 34. 8. *Af.* Gen. 50. 4. בְּכוּתָא Id. Job 16. 16. *Aff.* Pſa. 6. 9.

שְׂדֵה בוכים Ager flentium, plorantium. *Obol.* c. 18. *Erat locus planctui mortuorum deſtinatus. Moed katon f.* 5. 2.

בוכְיָא Aranea. *Succa f.* 52. 1. *Aruch legit* כוכיא *& exp.* Radium textoris. *In Sanh. f.* 52. 2. *ſcribitur* כוביא.

בוּכְיָאר & בוכיאן Id. *aut* Panus, glomus textoris. *Schab. f.* 96. 2.

SYR. ܒܟܐ Flevit. Luc. 7. 32. *Part.* Marc. 9. 24. *Pl.* c. 5. 38. *Fœm.* Luc. 7. 38. *Inf.* Joh. 11. 31. *Imp.* Jac. 5. 1. *Fut.* Marc. 14. 72. Luc. 23. 58. *Ethpe.* ܐܬܒܟܝ Ploratus eſt, deploratus eſt. *F. Pah.* ܒܟܝ Plorare fecit. ܒܟܝܐ Fletus, luctus, Mat. 2. 18. c. 8. 12. ܒܟܬܐ Id. Act. 20. 37. *Aff.* Pſa. 6. 9. ܒܟܝܐ Flens, plorans. ܒܟܝܬܐ Ira, furor. *i. q.* ܚܡܬܐ.

SAM. ࠁࠊࠄ Flevit. Gen. 45. 14. *Pa.* ࠁࠊࠉ Exo. 2. 6. *Inf.* Gen. 43. 30. *Fut.* Lev. 10. 6. ࠁࠊࠉ Fletus. Deut. 34. 8. ࠁࠊࠉࠕࠄ *et* ࠁࠊࠉࠕࠄ Id. Gen. 45. 2. & 35. 8.

בכי ÆTH. በከየ: Flevit, ploravit, vagivit. Mat. 26. 75. Pſa. 136. 1. *Part.* 125. 6. *Imp.* Rom. 12. 15. *Fut.* Luc. 7. 13. *et* 23. 28. በኪይ: Fletus. Pſa. 6 9. Mat. 13. 42, 50. መበኪይ: Lamentator. *Pl.* f. መበኪያት: Lamentatrices. Mat. 9. 23.

AR. بَكَا بَكَى *Act.* بُكًا, بُكَآء, بُكًا, *Fut.* I. Flevit. *et* على. Gen. 21. 16. *et* 45. 14, 15. Pſ. 77. 70. *Ro.* Deflevit. *cca. vel c* على *p. Contrariâ ſignificatione cc* عن *p.* Jac. 4. 9. *Erp.* II. *i. q.* I. Ploravit. *cc et* Ad fletum movit. *cca. it.* Fecit ut defleret *mortuum* على *r.* III. Flendo certavit. *ccap*, IV. *ccap. et* Ad flendum commovit impulitque. *cca.* VI. Coactus fuit, *ſ.* coegit ſe ad fletum. Flentem ſe monſtravit, fletum finxit & ſimulavit. VII. Ad fletum commotus & plorare coactus fuit. X. *i. q.* IV.

بَكَّآء & بَكِيّ Qui multum plorat: lacrymabundus.

بُكًا & بُكَآء Fletus: *ſed illud magis* lachrymarum fluxus; *hoc verò* ejulatus & ſonus flentis. Pſ. 29. 6. Jer. 38. 15. Matth. 2. 18. Luctus. Pſ. 83. 6.

باكٍ *pro* باكِي, f. ة, *Pl.* بُكِيّ *pro* بُكُوِيّ, *et Pl. à* ة, f. بَوَاكِي, Flens. Rom. 12. 15. *Erp.* Philip. 3. 18.

بَكَّآء *Coll. i. q.* بسلم *et ei ſimilis* Frutex; ſed *alius*, foliis longioribus prope Meccam creſcens.

أَبْكَى Qui magis flet quàm alius.

בכל SYR. ܒܟܘܠܐ Uvæ acres. *F.*

AR. بَكَلَ, *Act.* بَكُلَ, *Fut.* O. Miſcuit, commiſcuit. *pec.* ita paravit بَكِيلَة *de qua poſt. cca.* 2, Stultè ac inſulsè locutus fuit. II. *i. q.* 1, I. V. Confusè locutus fuit, aut ſemet confudit *in ſermone*; *cc* في 2, Oppoſuit objecitque ſe, obſtitit. *et pec.* Subegit conviciando *et* feriendo. *cca. et c* علي Vicit, ſpolium cepit ac reportavit. 3, Nutante corpore & ſuperbiùs inceſſit.

بَكْل Confuſio, miſcella: Præda.

بِكَال Ramus quidam tribûs Himjatarum.

بَكِيل Familia quædam Hamdanitarum. *et* جميل بكيل *eſt* Qui ſtudiosè reſpicit componitque veſtem & inceſſum ſuum.

بُكْلَة Natura. Forma. Status.

بَكِيلَة *et* بَكَالَة Miſcellaneus cibus ex farina, ſucco ſiliquæ dulcis, & dactylis: *ſ.* ex alica, defruto, lacte & dactylis: *ſ.* ex farina permiſta alicæ, conſperſâ aquâ paucâ & butyro aut oleo: *ſ.* ex offa oxygalæ, اقط *ikton dicta*, ſicciore, cum dactylis humidioribus & farina, addito oleo, inter ſe ſubactis. 2, *prim.* Ovium & caprorum miſcella. & Grex compoſitus, cùm uni alter accedit. & 3, Spolium, præda.

בכם CHAL. ביכומין, ביכיומין Chirographum propriâ Principis manu ſcriptum. Pſal. 6. *in Medr.*

AR. بَكِمَ *Act.* بَكَمَ & بَكَامَة, Mutus fuit: *ſ. ex morbo, ſ. natura. Med. Damm.* 2, Obmutuit: continuitque ſe à loquela. & 3, Abſtinuit *à conjugio*; *ſ. conſilio*; *ſ. aliter.* IV. *Id.* & 2, *Tranſ.* Mutum fecit. Pſ. 30. 19. Tit. 1. 11. 1 Pet. 2. 15. V. Vacillavit *illi ſermo. cc* علي *p.*

بَكِيم & أَبْكَم, *Pl.* بُكْم & بُكْمَان, Mutus. Eſ. 35. 6. Hab. 2. 18. Marc. 9. 17, 25.

בכן CHAL. בוכנה & בוּכְנָא Piſtillum, inſtrumentum tundendi in mortario. *Betz. f.* 14. 1. *Succa* 35. 2. *It.* Os fœmoris, cujus caput rotundum eſt inſtar piſtilli. Coſta. *Cholim* 52. 1. בוכנא ואסיתא.

בְּכֵן *v.* בְּכֵין בְּכֵן.

SYR. ܒܟܢܝܐ Externus, extraneus, peregrinus, Incola. *Pl.* ܒܟܢܝ̈ܐ Exod. 12. 19, 48, 49. Joſ. 8. 33. ܒܟܒܟܢܐ Magni & primi terrarum domini. *BB.*

AR. بَكَنَ Improbus viliſque fuit. *Gig*

مُبْتَكُونَة Vilis & abjecta mulier. بَكُن *becun*, fucus *inſectum. Sch.*

בכס SYR. ܒܟܣܐ & ܦܘܟܣܐ Atramentarium. *F.*

AR. بَكَسَ *i. q.* قَهَرَ, Subegit *adverſarium. cca.*

بُكَّاس *Nom.* Caſtelli prope Antiochiam.

بُكْسَة Strophium, *vel* panniculus in formam ſphæræ convolutus, quo pueri ludunt: luſus ipſe كُجَّة *Kuzza dcr. Spharam illam per ludentium circum jactatam captat qui extrà eſt: ſi ceperit, in locum ejus, qui extrà projecerit, ſuccedit.*

בכע AR. بَكَعَ, *Act.* بَكَعَ, Ingrato modo excepit. Objecit illi quod ingratum, inviſum eſſet. & *i. q.* بَكَتَ, Compreſſit reprehendendo, & ad ſilentium redegit. *it.* Feriit illum iteratis ictibus & in diverſas corporis partes inflictis. 2, Dedit donavitque totum ſimul. & 3, (*maximè in Conj.* II.) Secuit *rem* in partes. *cca.* 4, *pro* بَقَعَ, Abiit, aliquò conceſſit.

בכר בְּכוֹר m. Primogenitus, primogenitum. Gen. 25. 13. Deut. 21. 17. בְּכוֹר מוֹת Job 18. 13. *per Hypallagen*, Mors comedat primogenitum filiorum ejus. *R. Da. cui adſtipulantur Sy. et Ar. Af.* Exod. 11. 5. *Pl. Conſt.* בְּכוֹרֵי Pſa. 135. 8. *Af.* Pſa. 136. 10. *et form. fœm.* בְּכוֹרוֹת Neh. 10. 36.

בְּכֹרָה f. Primogenitura, jus primogenitorum. Gen. 25. 32. *Af.* v. 31.

בְּכִירָה Primogenita. Gen. 19. 31.

בִּכֵּר *Pih.* Primogenitum protulit, *vel* conſtituit; jus primogenituræ dedit; Primitias obtulit. *Inf.* Deut. 21. 16. *Fut.* Ezech. 47. 12. *Pyh. Fut.* יְבֻכַּר Primum gignetur, *vel* Primitiabitur, Lev. 27. 26. *Hiph. Part.* כְּמַבְכִּירָה Tanquam primipara. Jer. 4. 31.

בִּכּוּרִים m. *p.* Primitiæ, primitivi fructus: Levit. 23. 17. *Conſt.* Exod. 23. 16. *Aff.* Levit. 2. 14.

בִּכּוּרָה f. Præcox, primus fructus. Mic. 7. 1. כְּבִכּוּרָהּ Iſa. 28. 4. *c. Mappik redund. Plur.* בַּכּוּרוֹת Præcocia, Iſa. 24. 2. *cum Patach.*

בֶּכֶר m. Dromas, dromedarius. *Pl. Conſt.* Iſa. 60. 6. בִּכְרָה Dromedaria. Jer. 2. 23.

CHAL. בְּכוֹר, בּוּכְרָא Primogenitus, primogenitum. Jer. 4. 31. Exod. 15. 5. *Af.* Exo. 4. 22, 23. *Pl.* בּוּכְרַיָּא Pſal. 135. 8. *Conſt.* בְּכוֹרֵי Deut. 12. 6. & בּוּכְרֵי c. 14. 23. בּוּכְרְתָא Primogenita. *Rabb.*

בְּכֵירוּתָא Primogenitura, jus primogenituræ. Gen. 25. 34. *Af.* c. 27. 36.

בַּכֵּר Primogenitum effecit, vel inſtituit. *Inf.* Deut. 21. 16. *Part. apud Rab.* מְבַכֶּרֶת Primipara, primogenitum producens. *Ithp. Fut.* יִתְבַּכַּר Primò gignetur. *aut* primitiabitur. Lev. 27. 26.

בְּכוּר, בִּכּוּרָא Primitivum, primitiæ, præcox, primus fructus. Iſa. 28. 4. & בִּכְּרָה Hoſ. 9. 10. *Aff.* Lev. 2. 14. *Pl.* בִּכּוּרִין Lev. 23. 17. *Emph.* v. 20. *Conſt.* Exod 23. 16. *Talm.* בכורות Fructus primitivi, *ut* סִיפּוּרות Extremi, *Terumoth* c. 4.

בַּכִּיר Præcox, primitivum. *Pl.* בַּכִּירִין Jer. 24. 2. *Conſt.* Gen. 4. 4.

בּוּכְרָא Agger, aggeſta terra circa agrum. *Si ſubſidat, ſecundò accumulatur, et vocatur* טפחא; *ſi tunc deprimitur, aggeratur tertiò, et dicitur* ארכבתא. *Bava Metz. f.* 103. 2.

בּוּכְרַיָּא Herbæ, *de quibus quæritur, An de iis dari deberent decimæ? Gr.* Βάκχαρις. *Scheviith. c.* 7.

SYR. ܐܬܒܟܪ Proventum acceleravit, maturavit *arbor.* בוכיאר *v.* בכה.

ܒܘܟܪܐ Primogenitus. Mat. 1. 25. Col. 1. 15, 18. *Pl.* ܒܘܟܪ̈ܐ Gen. 4. 4. Heb. 11. 28. & 12. 22, 23.

ܒܘܟܪܘܬܐ Jus primogenituræ. Heb.12.16.

ܒܟܝܪܐ Primitius, præcox, temporaneus. *Fœm.*

ܒܟܝܪܬܐ Primitia, *It.* Primitiæ, fructus præcox, Iſa.28.4.

ܒܟܝܪܝܐ Primitivus, maturus, tempeſtivus. Jac. 5. 7. *Fœmin.* ܒܟܝܪܝܬܐ Primigenia. Gen. 30.41. Serotina, Prov.16.15.

ܒܟܝܪܐܝܬ Præmaturè, tempeſtivè.

ܒܘܟܝܪܘܬܐ Fructûs maturatio præcox. *BB.*

SAM. ࠁࠊࠅࠓ Primogenitus. Gen.25. 13. & 43.33. *H. Sam.* ࠁࠊࠅࠓࠕࠄ Primogenita. f.c. 19.31. *Pl.* v.34. ࠁࠊࠅࠓࠉࠌ Id. c.4.4. *et* ࠁࠊࠅࠓࠀࠕ Deut.12.6. ࠁࠊࠓࠕࠄ Primogenitura. Gen.25.33. ࠁࠊࠅࠓࠕࠄ c. 43.33. *Hebr. Sam.* ࠁࠊࠅࠓࠉࠌ primitiæ. Lev. 2.14. ࠁࠊࠅࠓࠉࠌ *et* ࠁࠊࠅࠓࠕࠄ c. 23. 17,20. ࠁࠊࠓ Primitatus eſt. Lev.27.26.

ÆTH. በኵር : Primogenitus. Pſa. 77. 51. በኵርና : Primogenitura.

AR. بَكَرَ, *Act.* بُكُور, Pſ.126.2. *Fut.* O. Diluculo fuit: diluculo ſurrexit, abivit, venit. Pſa. 118. 147. 2, Diluculo fecit *aliquid. cc.* فِي, إلَي, عَلَي 3, *Med. Keſr.* Properavit. II. *i. q.* I. Jud.6.28. 2 Sam. 13.4. *in prim. ſign.* 2. *et* 3. Joſ. 8. 14. Pſ. 67. 26. *pecul.* Nocturno tempore *ſ.* admodum matutino profectus fuit. *etiam alio tempore*, Tempeſtivè, & velut conſuetum initii terminum prævertens, fecit بكروا بصلاة المغرب Antequid: *uti* quam Solis diſcus occaſum attingeret, compoſuerunt ſe ad precationem veſpertinam. 2, *Tranſ.* I. Fecit ut mane ſurgeret, *&c. velut* præcederent *eum alii* cum matutinus eſſet. *cca. r. et* عَلَي *p.* III. *i. q.* I. *cca.* Pſa. 67. 27. *Ro. et* Mane ad eum venit. IV. *i. q.* II. *cca, c* بِ *c* عَلَي, 2, Feſtinavit, tempeſtivè admodum & velut tempus prævertens ſe contulit *ad aliquid. cc* إلَي. *et* Multo mane aquatum camelos egreſſus fuit. V. Præceſſit. VIII. Diluculo ſurrexit Pſ. 118. 147. *Ro.* Multo mane venit. *cc* إلَي Pſ. 77.34. 2, Primos fructus, primitias *rei*, accepit & edit. *cca. etiam* Virginitatis flore exuit ſpoliavitque *puellam. cca. Avic.* I. *p.* 587. *l.* 27. *Ar. et* Primo partu marem genuit *fœmina. ita* à primo principio ſolennibus ſacræ orationis interfuit, audiens ipſam præfationem خطبة *Chothbaton dictam, quâ laudant Deum et pro rege orant Muhammedani.*

بَكْر *Coll.* ة f. *ſeu unit. Pl. pauc.* أبْكُر *mult.* بِكَار, *reſpond.* τῷ فتي *in homine*, Juvenca camelus. *Pl. pauc.* Juvenci cameli. 2, *Nom.* tribûs Arabicæ, *ita dicta à* بكر بن وايل بن قاسط. *et* ابو بكر, *cujus Poſſ. ac Gent.* بكري, Primus pater tribûs alterius: *ac Nom.* ſoceri Muhammedis. *Hinc* Meſopotamia, ejuſque metropolis Amida, *nunc* ديار بكر *dcr. quòd eam regionem Arabes illi habitant.*

بِكْر, ة, *Pl.* أبْكَار, *i. q.* بَاكِرَة, Virgo intacta. Gen. 24. 16. Ex. 22. 16. *Erp.* Lev. 21. 3. 13, 14. *it. Pl. i. q. Hebr.* בתולים Virginalia. Deut.22.15. *Erp.* 2, Mulier primo partu, primipara. & quæ ſemel modo peperit. 3, Primogenitus, primi partûs proles: *etiam in brutis* ejuſmodi fœtus; & *tàm* fœmella, *quàm* maſculus. Pſ. 77.51. & *v.* 56. *Ro.* Matth.1.24. Luc.2.7. Ebr. 12, 23. *it.* Primum cujuſlibet rei. *Bd. Gigg.* Nubes pluviâ affluens. *Gigg.* 4, ضربة بكر Ictus penetrans & lethalis, *ut qui ſufficiat primus & unicus.*

بَكَارة Virginitas. Debilis الـ virginalis. *Avic.*

I. *p.* 587. *l.*26. *Ar.* & Virginem eſſe. بُكُورة Primogenita. Gen.4.4. & 27. 36.

أبْكَر *Dim.* أُبَيْكِر, بِكْرَة & أبْكَار, بَكَر, *Pl.* أُبَيْكِرُون, Matutinum tempus, diluculum. *Unde* بُكْرًا Manè, diluculo. & *in Cor.* جاء بالعشي والابكار Veſperi & manè, *at* بُكْرَة *Bocratan* Venit matutinus, *non* mane: *hoc n. potiùs Bocrata dcr, quamvis etiam quidam hac ſignif. ſc. pro* باكرا *uſurpant.* Ezech.24. 18. Luc.24.1.

بَكِر, بَاكِر & بَكُر, Matutinus, diluculo ſurgens vel faciens quid.

بَكُور *et* بِكِير, ة f. *Pl.* بَكَاوِير, *Pl.* بُكْر, Præcox palma. *it. prim. et ſec.* Fructus omniſque alia res citò ad maturitatem pertingens.

بَاكُور *i. q.* مِبْكَر Prima veris pluvia.

بَكْرَة (بِكْرَة) *et* بَكَرَة, *Plur.* بَكَر *et* بَكَرَات, Trochlea, *aut* tympanum mobile: *ut quo hauſta aqua attollitur.* Rota. Eccle.12.7. Eccli.33.5. *ſecund.* Jac.3.6. *Pl. ſec.* Eſ.5.28. *et* 41. 15. 2, *ferè in Pl.* Annuli ornamentis vaginæ affixi, ex quibus enſis ſuis loris de Zona ſuſpenditur.

جَاوا علي بَكَرَةِ أبِيهِم Venerunt omnes ſimul *et* nemine reſtante; *vel* Continuâ ſerie alii poſt alios; *aut* Eodem modo, *ac ſi dixerint*, prout venerunt ipſorum majores.

بَكْرَاوِي *Poſſ. et Gent.* à بَنِي أبِي بَكْرٍ.

بَاكُورة, *Hebr.* בִּכּוּרָה, Primus fructus & præcox.

بُكُورِيَة, *Pl.* بُكُورِيَات, Primogenitura. Gen. 25. 32. Hebr.12.16. 2, *prim. Dam.* Virginitas.

تبكير Πρωτογέννημα Primitiæ. Exod. 23. 16. *Erp.*

مِبْكَار Præcox. *et* Citò germinans *terra.*

בכש SYR. ܒܟܫܐ Fœtus camelinus à matre ablactatus. ܒܟܫܐ Lapis magnus agris pro limite poſitus. *BB.*

AR. بَكَسَ Solvit vincula *cameli.*

בכת SYR. ܒܟܬܐ *et* ܒܟܬܬܐ Textrix, Tob.2. 19. *Pl.* ܒܟܬܬܐ *F.*

ÆTH. በከተማ : بيضة القم Pſ. 67.23. Vertex capitis. *qs.*

AR. بَكَتَ Percuſſit *gladio, fuſte.* Excepit re ingratâ. *cca.* II. Id. & *i. q.* قرع *Kárraa*, & Metum incuſſit, *in prim. reprehendendo. cca.* Reprehendit, corripuit. *ccap.* & ل *vel* ب *ob quam.* Job. 13. 10. & 19.5. *Pſ.* 6.2. & 37. 1. Eſ. 2.21. *Seld.* Marc. 16. 14. Joh. 3. 20. 2, Ad ſilentium redegit. Probatione clarâ convicit. *cca.*

تبكيت Reprehenſio. Job. 13. 10. Pſ. 37. 15. Joh.8.9.

مِبْكِت Mulier alternatim pariens marem & fœmellam.

¶ بَكَثَ Inſtauravit, priſtino vigori reſtituit. *R. Gigg. Bd.*

انبكث Reſtauratus. *Bd.* كل قرحة ينبكث بسرعة Omne ulcus quod citò redit. *Iid.*

בל בַּל Non, nequaquam, neutiquam. Pſ. 16.8. Hoſ.7. 2.

בְּלִי Non: ſine, abſque, præter. בִּבְלִי In non, abſque, Deut.4.42. עַד־בְּלִי Donec non, Pſ.72. 5. עַל־בְּלִי Eò quòd non, Gen. 31. 20. לִבְלִי־חֹק Ad non modum, immodicè, Iſa. 5. 14. מִבְּלִי Eo quòd non, Thren.1.4. Abſque. Job.24.7. הֲמִבְּלִי אֵין An quòd non? an propterea quod nulla prorſus? Exod.14.11. *Pleonaſmus.* בִּלְתִּי Id. 1 Sam.20.26. עַד־בִּלְתִּי Uſq; dum non, Job.14.12. בִּלְתִּי־אִם Niſi præter. Gen.47. 18. לְבִלְתִּי Ad non, Deut. 17.20. *Aff.* בִּלְתִּי Abſque me, Iſa.10.4. בִּלְתֶּךָ abſque *vel* præter te. 1 Sam.2.2.

בְּלִימָה Nihilum. Job. 26. 7. *Comp. ex* בְּלִי non, *et* מה Quid, aliquid. בְּלִיַּעַל Improbus רשיעא *conſtanter ità Ch.* Impius *contra Deum*: Deut.13.13. Iniquus ἄνομος, πονηρὸς, & παράνομος. *LXX. ferè ſemper; Accedunt Ar. Æth. Sy. qui per* ܒܠܝܐ *ni fallor ubique vertunt. Injuſtus contra homines.* Deut.15.9. *LXX. Sexies in* 1 Sam. λοιμὸν *interpretantur; qs. ab* עלל ܥܠܠ *Peſtis u. i. q. Exitialis. Ar. alibi* مارق, كفار, Apoſtata, irreligioſus, *qui Religari, et vera fidei jugum ferre recuſat. Hi omnes tanquam ab* עלל *vel* עול *ſignif. petunt Al.* Nequam *Ang.* Naught; *qs. à* בלי: *Nihil eſt in peccato de eo quod pollicetur.* Injugis *qs. à* בלי *et* עול; Inutilis, בלי *et* יעל *Omnium optimè (quem teſte Phagio nunquam rectè explicuiſſe aliqui affirmarunt) Vulg. interpres*, Diabolus, Diabolicus. 1 Reg. 21.13. à ܒܠܝܥܠ Satanas, diabolus, dæmon, *et* ܒܠܝܐ Iniquus, malus. *qs.* Dæmon malus: *Suffragatur Sy.* 2 Cor.6.15. *Nec non LXX.* πονηρὸς & *Ch.* רשיעא. *quæ idem ſignificant. Mitto Sanctum Hieron. Foord. &c.*

CH. בַּל Animus, cor. *qs. à* לֵב *per liter. tranſpoſ.* Dan.6.14.

SYR. ܒܠܐ Cor, animus, mens, cogitatio. *Aff.* Exod.7.23., & 9.21. 1 Sam.4. 20. 2 Sam.13.20. & 19.19. Iſa.42.25. ܒܠܝܬ Non, penuria, inopia. *c.* ܠܡ *ſeq.* ܕ 2 Reg.1.3,6, 16. Job. 4. 11. Iſa.5.9. *abſque* ܕ v.13. c.6.11. *et* 21.9. Jer. 2. 15. *et* 4.7. *et* 7. 32. ܒܠܝܥ Satanas. ܒܠܝܥܪܐ Id. *pec.* Dæmon Sylvaticus. *BB.*

SAM. ࠁࠋࠕࠉ *i. q. H.* בלתי Deut.4.42. *c. ſervil.* ࠁࠁࠋࠕࠉ Deut.4.42. In non, *h. e.* abſq; ࠏࠃࠁࠋࠕࠉ c.28. 55. ࠄࠌࠁࠋࠉ Ex.14.11. ࠁࠋࠉ *i. q. Heb.* & *ib.*

AR. بَلْ Sed. Deut.24.5. Pſ.5.10. At verò, verùm. Pſ.48. 16. Quin, quinimo: Imò. Eccleſ. 9. 1. *Regitque caſum præcedentis.* 2, Quandoque, ſubinde. 3, Utique, certè. بل ان Veruntamen. *Gigg.*

بل *Bella*, medicamentum Indicum. *al.* Terebinthi Indicæ minoris fructus. *Plemp. in Avic.* I. *p.*144. *l.*16. *Ar.*

بِلَا Sine: *ita* بِلَاك ſine te.

בלל בָּלַל Confudit, perfudit, conſperſit, miſcuit. Gen. 11. 9. בַּלּוֹתִי perfudi. *vel intranſ.* Perfuſus, delibutus ſum. Pſ. 92. 11. *P. P.* בָּלוּל Mixtum, *potiùs* conſperſum, *ſec. LXX. V. La. Sam. Ch. &c.* Exod.29.40. בְּלוּלָה f. Lev. 7.10. Num.28.5. *Pl.* בְּלוּלֹת Lev.2.4. Exod.29. 2. *Fut.* וְנָבְלָה & confundamus, Gen. 11.7. *pro* נָבֹלָּה. וַיָּבָל & commiſcuit *viz. pabulum*, pabulum dedit, Jud. 19.21. *Hithp. Fut.* יִתְבּוֹלָל Confundit, commiſcet ſe, Hoſ.7.8.

בְּלִיל m. Farrago, pabulum, *à miſcendo.* Iſa. 30.24. *Aff.* Job.6.5.

תֶּבֶל m. Confuſio, commixtio nefaria. Lev. 18.23. & 20.12.

תְּבַלֻּל m. Suffuſio, *vitium oculi quo viſus confunditur*, Lev. 21. 20.

בֵּל Bel, *nomen idoli Babyloniorum.* Iſa. 46. 1. Jer. 50. 2.

CHAL. בַּלֵּל בַּלְבֵּל Confudit, miſcuit, conturbavit. Gen. 11. 9. Pſ. 18. 27. *Part.* Iſa. 28. 28. *Fut.* Gen. 11. 7.

מְבוּלְבָּל Confuſus, confuſum, perturbatum.

בִּלְבּוּל Confuſio, perturbatio. *Rabb.*

בְּלִילְתָּה Mixtio, mixtura. *Menachoth c.* 3.

בִּילָה Id. *Nidda f.* 66. 2.

בַּלְבְּלִיתָה Suffuſio. *i. q.* תְּבַלֻּל *v. ſupr. Bechor. f.* 44. 1. *In Aruch* ברבלתא. Album, tam ovi quàm oculi. *Munſt.*

בְּלוּלִין Cataractæ, feneſtræ. *Sic Aruch*; *in Gem. ſcrib.* לולין.

תְּבַלָּא Confuſio turpis & flagitioſa. Levit. 18. 23. *et* 20. 12. Iſa. 10. 25.

SYR. *Pah.* ܒܰܠܶܠ Confudit, commiſcuit. Gen. 11. 9. *Ethp.* ܐܶܬܒܰܠܰܠ Confuſus eſt. ܒܠܺܝܠܳܐ Commiſtus, confuſus, inordinatus, malus. *It.* Farrago, migma triticeum, pabulum. Iſa. 30. 24.

ܡܒܰܠܒܠܳܐ & ܡܒܰܠܒܠܽܘܬܳܐ Commiſtio, confuſio; migma, malitia.

ܒܽܘܠܒܳܠܳܐ Confuſio, commiſtio, corruptio.

ܒܳܠܳܐ *v.* בלה.

AR. بَلَّ, *Act.* بَلّ, *ſign.* 2, *et* 3, بُلّ *et* بُلُول, 4 بَلَل, 6 بِلَّة *et* بُلَّة, *Fut.* O. Madefecit. *& ſpec.* Rigavit maceravitve aſperſo, aut leviter affuſo humore, *utì fit cum abradendus capillus.* cca. Pſ. 6. 7. Luc. 7. 38, 44. & 16. 24. Joh. 13. 26. & *inde Metaph.* بلوا ارحامكم ولو بالسلام Rigate, *i. e.* benignè excipite propinquos veſtros, benefacite iis, vel dictâ ſalute. & بلك الله بابن Donet te Deus filio. 2, Convaluit *à morbo.* cc من. 3, Diſgregatus ac diſperſus fuit *populus. it. Act.* بلاد, Devenit *in patriam. Gigg.* 4, *Med. Keſr.* Victoriam obtinuit; *ſ.* potitus fuit, in poteſtate ſua habuit, vel in eam accepit. *cc* ل *vel c* ب. *it.* Oravit, precatus eſt. *Bd. Gigg. it.* Aſſiduè alicui adhæſit. *Gigg.* 5, Improbus fuit, adulterium commiſit. & Vim atque injuſtitiam exercuit. 6, Humidus fuit: maduit. Seminaverunt *terram, illi* ſemina crediderunt. *Bd. Gigg.* II. *i. q.* 1, I. *cum augmento quodam,* Benè madefecit rigavitque. cca. IV. *i. q.* 1, I. *ita &* لا يبلك عنده بالة non humectaverit te apud illum vel gutta roris: *i. e.* nihil boni contigerit tibi. 2, Convaluit, bene valuit. 3, Noluit, detrectavit. 4, Abſens fuit, latuit. 5, Fructum protulit *arbor. Gigg.* V. Humectatus & madefactus fuit. 2, Veſtigia pedum in terra reliquit *leo. Gigg.* VIII. Maduit, rigatus fuit. Dan. 4. 15. *Seld. Avic.* I. *p.* 51. *l.* 43. *Ar.* 2, Convaluit. X. *i. q.* 2, VIII.

Q. بَلْبَلَ Confuſus & commiſtus fuit *ſermo, et lingua, utì in Babel factum, unde et petitum hoc verbum.* 2, Conturbavit *animas.* Act. 15. 24. 3, Eos tentavit. Illis nefaria ſuggeſſit. *Bd. Gigg.* II. Sectatus & planè depaſtus fuit *pabulum camelus, ita ut nihil reliquerit.* cca. 2, Balbutivit. *Int. Avic.* I. *p.* 572. *l.* 43. *Ar.*

بِلّ, *et* حِلّ وَبِلّ *ſæpe junctim,* Res communis juris, *quâ nulli non liberè uti aut frui licet.* Licitum & cujuſque arbitrio relictum permiſſumve. 2, Incolumitas. *Bd. Gigg.*

بَلَل *i. q.* 2, *præc. Iid.* 2, Mador humiditas. 3, Convivium, epulum. 4, Puritas ſermonis. *Bd. Gigg.* 5, *c Be Damm.* Semen. *Gigg.* 6, *c* ة *fin.* Conſilium. Providentia. Veneratio. Reverentia. *Id.*

بَلّ, بَلِيل, ة *et* بَلَّة, Humidus ac madidus, frigidus & pluvioſus *ventus. it. ſecund. et tert.* Humidior aër & humida anni tempeſtas. & Vox. Garritus. *Gigg.* 2, *ult.* Bonum, beneficium. *it.* Arefactus. *Int. Avic.* I. *p.* 316. *l.* 15. *Ar.*

هَلَّة وَبَلَّة *proverbialiter* Aliquid, res exigua, perparum, *qs.* levis pluviæ & roris gutta.

بَلَال Humor: ſucculentia & recens humiditas juvenilis ætatis vel plantæ. 2, *Metaph.* Bonum, beneficentia.

بَلْبُول Mantica. *R.* Manica *f.* Hippocratis *ſ.* ſacculus, quo aromata madefacta deſtillantur. *Bd.* بلول Humidus *locus. Avic.* I. *p.* 221. *l.* 35. *Ar.*

بِلَّة *Act.* 6, I. Mador, humiditas. 2, *qs. bellus,* Bonum. *Bd. Gigg.* 3, Alimentum. *Iid.* 4, Fluxus *ac* perſpicuitas linguæ, & cùm hæc ſe inſtrumentis pronunciationis blandè & aptè accommodat. *Iid.*

بِلَّة *Act.* 6, I. & *Pl.* بِلَال, Graminis ac virentis pabuli humor. 2, *i. q.* 1, *ſimpliciter,* Humiditas, mador. *inde* 3, *Metaph.* Reſiduum amoris, *aut* Bonum, beneficentia. 4, *Pl.* Aqua, lac, *ſ. in genere* Omnis res fauces humectans. *it. Nom. Propr.* Viri, *ut qui præco fuit Muhammedis publicas ejus indicens precationes.*

بُلُلَّة, بُلَالَة, بُلّ *et* اِبْتِلَال Humor, mador, Humectatio, maceratio. *Gig. et Int. Avic.* I. *p.* 4. *l.* 30, 32. *Ar. ita dcr.* طويت السقاء على بللته Complicavi utrem adhuc madentem.

بلالبط *v.* بلط.

ذُو بِلِّي *et* ذُو بِلِّيَانٍ Separatus à ſuis & diviſus: qui abeſt vel abivit, ut ubi ſit neſcias. 2, *prim.* Antiſtite vel duce deſtitutus.

بَلُّو Divitiæ poſt paupertatem. *Gigg.*

بَالَّة Humoris aliquid, quaſi quod humectare poſſit. 2, *Metaph.* Boni quid. *v. Conj.* IV.

بَلَّاتٌ. *Pl.* البِلَانُ : البَلَّانُ *prius* Reliquiæ pabuli & herbæ. *poſt. c Pl.* Thermæ. *Gigg.*

بِلِّيَان Homines diſperſi, qui ſine antiſtite, duce vel domino.

طَوَيتُهُ عَلَى بُلَّتِهِ وَبُلُلَتِهِ وَبَلَّاتِهِ وَبُلُولَتِهِ Tuli illum cum vitiis ſuis; *vel* ob reſiduum amorem.

بَلِيلَج, *v.* & اِهْلِيلَج, Myrobalana Bellerica. *Avic.* I. *p.* 144. *l.* 21. *Ar.*

بَلَّاء, Madidior, humidior. 2, f. أَبَلّ à بَلِيل, Perjurus. *et* Improbus. *et* Hypocrita, cujus vitia ut malefacta latent. 2, Lævis, aſperitatis expers.

خَصْمٌ مِبَلّ Digladiatio ſtrenua & diuturna. *v.* 5, I. *Conj. Bd. Gigg.*

مبلة Ἔρρινον, Turundus, *qui naribus inditur. Plemp. in Avic.* I. *p.* 193. *l.* 6. *Ar.* 2, Mollificans, relaxans. *Int. Avic.* I. *p.* 449. *l.* 12. *Ar.*

مُبَلْبِل Leo. *Bd. Gig.* مُبَلْبَل Quod aſſiduè garrit, *vel* mugit. Pavo garriens. *Gig.*

بُلْبُل, *Pl.* بَلَابِل, Luſcinia. 2, *de homine,* Levis. Agilis.

بُلْبُلِيّ Id. 2, Piſcis quidam ad menſuram volæ. *Bd. Gig.*

بُلْبُلَة Epichyſis, amphora roſtrata *ſ.* tubulo prædita. Vas ſtricti orificii. *Int. Avic.* I. *p.* 356. *l.* 4. *Ar.*

بَلَابِل Qui te criminatur, quod tibi rem precio quod volueris, vendiderit. *Gig.*

بَلْبَال *et* بَلْبَلَة Sollicitudo, angor. Melancholia: & triſtis aut pravus animi inſtinctus. 2, *ſecund.* Miſeria, calamitas. Neh. 1. 3. *it.* Terræ motus. *Bd.*

בלב CHAL. בלבטין *i. q.* בולווטין Conſiliarii. *Debharim rab. ſ.* עקב. *Talm. Hier. Sanh. c.* 1. בלבוטין. בלבוסין *v.* בלפסין.

SYR. ܒܽܘܠܒܽܘܣܶܐ Bulbi, *F.* Scilla. *BB.*

ܒܽܘܠܒܳܠܽܘܬܳܐ Diſtortio, perverſitas.

ܒܽܘܠܒܳܠܶܐ Gurgites aquarum. *F.*

ܒܠܒܠ *v.* בלל.

AR. البلاب *i. q.* ܫܒܠܒܠܐ Germen. *BB.*

بلابس Medicina ſimplex in aceto cocta contra interiora vulnera viſcerum. *Int. Avic.* I. *p.* 82. *l.* 19. *Ar. fortè Pl. prox. ſeq. Bd.*

بُلْبُوس *Gr.* Βολβὸς, Cepe ſylveſtris. *i. e.* Bulbus eſculentus. *Avic.* I. *p.* 142. *l.* 27. *Ar. Dioſc.* II. 200. بصل البلبوس Scilla. *Avic.* I. *p.* 269. *l.* 13. *Ar. Dioſc.* II. 202.

בלג *Hiph.* הִבְלִיג Recreatus eſt, confortatus, refocillatus eſt: *It.* Recreavit, confortavit. *Part.* הַמַּבְלִיג Amos 5. 9. *Fut.* Job 9. 27. & 10. 20. Pſa. 39. 14.

מַבְלִיגִית f. Confortatio, recreatio. *Af.* Jer. 8. 18.

CHAL. בִּלְגָּה Nomen ſacerdotis cujuſdam, *qui ex captivitate Babylonica Hieroſolymam rediit,* Neh. 12. 5. *Ab hoc, Ordo ille ſacerdotalis, cujus obſervatores* Belgitæ *dicti: nec non Ordo virginum ſacrarum, de quo, quædam Miriam filia Bilgæ, apoſtatavit, & à ſacerdotibus graviter punita fuit. v. Succa fi. Fuit & alius* Bilga 15°. *ſortis ſacerdotum,* 1 Par. 24. 14. *& alius* בלגי Neh. 10. 8.

מַבְלִינָה Cedri ſpecies. *Sanh. f.* 108. 2. *Aruch in* אדר 1°. *leg.* ובלינה.

SYR. ܒܘܠܓܐ Liquatum aurum, argentumve, & pars ejus.

ܒܠܓܣܦܣ Artemiſia. *BB.*

AR. بَلَجَ, *Act.* بُلُوج *et* بَلْج, *Fut.* O. Nituit, fulſit, luxitque *aurora.* 2, Aperuit, patefecit. *ccu. it.* Eloquens, facundus fuit. *Sch. ſed ad ultim. Gain pertinet.* II. Gaviſus eſt. *Gig.* IV. *i. q.* 1, I. *ſic* الحق ابلج والباطل لجلج Veritas ſupernatat *ſ.* apparet, futilia a. merguntur. *Gig.* 2, Clarum & manifeſtum reddidit. Diſcriminavit, diviſit, diduxit. *cca. it.* Lætitiâ perfudit. *Gig.* V. *i. q.* 1, I. 2, Riſit commovitque ſe. VII. *i. q.* 1, I. XI. Clarus & manifeſtus fuit.

بَلْج Idolum *vel* ſimulachrum. *Bd. Gigg.* 2, Hilaris *vir. Iid.*

بَلَج Diſcrimen ſuperciliorum, *ſ.* affectus quo ab invicem diſtant.

بُلْجة *et* بُلْجَة, Lux. *pecul.* Poſtrema pars noctis auroræ proxima. *ita dcr.* بلجة الصبح Principium & prima auroræ lux, diluculum, λυκόφως. 2, *poſt.* Interſtitium ſuperciliorum.

بلنر *v.* بولوجة, Ciconia. *Germ. de Sil. et Sch.*

أَبْلَج Fulgidus, lucidus. *ita &* Nitidus *vultu.* & Clarus & evidens, *de jure, argumento, &c.* 2, *contr.* مقرون Superciliis diſtinctis, ab invicem diſtantibus, præditus *vir.*

بَلَاجَةُ وَجْهٍ Παῤῥησία, fiducia, libertas. 1 Tim. 3. 13. *Erp.*

בלד בולדרים ,בולדר ,בלדר Veredarius, curſor, tabellarius, nuncius. *Hiſp.* Buldero. *Breſh. rab. ſ.* 10. & 78. *Midr. Kohel. c.* 9. 9. *Pl.* בולדרין *Midr. Eſth. c.* 1. 8. *Aruch legit* בלדר *& explicat* שר princeps, dominator.

SYR. ܒܠܕܪܙܘܣ Cortex aridus fructuum. Pix. *BB.*

SAM. *Hiph.* ࠀࠁࠋࠃ *unde Par.* ࠌࠁࠋࠃ· Attonitum, perterritum reddens. ࠌࠎࠃࠏࠊ· ࠏࠁࠉ· ࠌࠔࠁࠇࠕࠀ· ࠁࠎࠃࠀࠇࠌࠊ· ࠌࠁࠋࠃࠉ· Intellectus ex teſtimoniis *tuis* attonitas reddit creaturas tuas. *Liturg. Dam.*

AR. بَلَدَ, *Act.* بُلُودٌ, *et ſign.* 3 بَلَادَةٌ, Subſtitit *et* commoratus fuit *in loco. cc* بـ *pec.* Firmiùs hæſit: ſedem fixit ac ſtabilivit, *etiam* pro ea pugnans. 2, *Med. Keſr. i. q. præc. it.* Diſcreta ab invicem habuit ſupercilia, nec coëuntia ad naſi radicem. 3, *Med. Damm.* Stupidus & ſtolidus tarduſque fuit. II. Semet terræ illiſit. 2, Socors *et* Voti impos fuit. Sterilis fuit, nec pluit *nubes.* Currere noluit aut in curſu retro manſit reſtititve *equus.* 3, Avarus fuit. III. *i. q.* بالط, Digladiatus fuit *cum aliquo,* certavit gladio vel fuſte. IV. Adhæſit inhæſitque terræ: *pauper fuit.* &, *hujus Tranſitivum. et* ſtupidum pigrumque habuit jumentum. V. Stoliditatem, & mentis hebetudinem commonſtravit. 2, Comploſit manus, *inprim.* præ animi perturbatione aut dolore. *et* Palmas manuum invertit. 3, Huc illuc impulſus fuit; incertus animi & attonitus evaſit. Concidit in terram. In regionem venit incolis vacuam. *et.* Alienam regionem occupavit.

بَلَدٌ, *Pl.* بِلَادٌ, بُلْدَانٌ, *et* أَبْلَادٌ *pec.* 12. *ſign.* Pars terræ habitata. Provincia, regio, clima. Pſ. 23. 1. *et* 32. 8. *et* 48, *et* 89. 2. *Ro.* Pſ. 105. 27. 2 Cor. 11. 10. *Erp.* بلدا بلدا per ſingulas regiones *qs.* regionatim. *G. Nub. p.* 8. *l.* 15. *Ar. et in Tit.* Urbs, oppidum. Gen. 10. 11, 12. *et* 11. 4, 5, 8. *Erp.* Ex. 1. 11. *E.* Num. 24. 26. E. Deut. 4. 41. *Erp. et* κατ' ἐξοχὴν Mecca, *quæ alias et c adjecto* الحرام *et* البلد الامين vocatur. *et* Terra, humus. *it. Plur. prim. velut ſing.* Regio habitata. 2, Pars terræ, ubi non foſſum fuit, nec accenſus focus. 3, Nidus Struthiocameli, *ſ. potiùs* locus ubi ova fovet, *nidum n. non ſtruit, ſed ova in arena deponit. & ipſe* Struthiocamelus: *unde Adag.* ادل من بيضة البلد Vilior ovo relicto à Struthiocamelo. 4, Domus, 5, Sepulchrum. Cœmeterium. 6, Pars cœli ſtellis vacua, quæ manſio Lunæ XXI. Signata ſex ſtellis Sagittarii. 7, Iſthmus faucium & quod circumſtat. 8, Interſtitium ſuperciliorum ad naſi radicem. 9, Pectus. 10, Vola manûs. 11, Elementum rei. 12, Signum. 13, Bolis, *qs. à Gr.* Βολὶς, plumbum, quod *exploranda profunditatis ergô* in aquam demittunt nautæ. 14, *Nom.* urbis in Meſopotamia, alteriuſque in Perſide.

بُلْدٌ Particulæ auri, argenti, aut plumbi.

بَالِدٌ *Ag.* Locum inhabitans, incola.

بَلِيدٌ *Conſonat Ital.* Balordo. Stupidus, ſtolidus, vecors, brutuſque. *et* quem ad alacritatem nullus excitat motus.

بَلْدَةٌ *i. q.* 3, 7 بَلَدٌ, *pecul.* Oppidum: *aut* regionis pars quam quis incolit, patria. *& i. q. ejuſd. ſignif.* 6. Iſtæ ſex ſtellæ *a.* القلادة *Alkilâda dcnr. Alfer. quod* collaris *referunt formam: eas a. ſubinde et. Luna ſubit, ab illo tramite deflectens. Kirch. eſt* Statio Lunæ XXII. *Oed. T.* II. *P.* II. *p.* 246. 2, Pectus. 3, Intervallum & diſcrimen ſuperciliorum utrinque inflexorum ad naſi radicem.

بُلْدَةٌ *i. q.* 3. *prox. præc.* 2, بلدة الوجه Forma faciei. بَلْدَةٌ *fortè pro* بَلِيَّةٌ, Vetuſtus. Prov. 17. 1.

بَلَادَةٌ *contr.* ذَكَاءٌ, Hebetudo mentis, ſtupiditas; ſtoliditas, vecordia.

أَبْلَدُ *i. q.* أَبْلَجُ, *contr.* مَقْرُونٌ, Qui diviſa habet ſupercilia, nec ad naſi radicem conjuncta. 2, Magnâ corporis mole præditus.

مُبْلَدٌ Piſcina *ſ.* ciſterna antiqua.

مَبْلُودٌ Mentis inops: ſtolidus, vecors.

Q. بَلْدَحَ *i. q.* بَلَّدَ 1, *ſign.* Semet illiſit terræ. 2, Fefellit fidem, non perfecit promiſſa. II. *i. q.* 2, I. III. Latè patuit, amplus fuit *locus.* 2, Diruta fuit *ſ.* corruit. *ciſterna, ædificium.*

¶ اِبْلَنْدَحَ Latus & longus fuit. اِبْلَنْدَى Corpulentus, robuſtus ac durus fuit *camelus. hinc* مُبْلَنْدِي Validus & durus *camelus.*

بَلْدَحٌ *Nom.* Vallis prope Meccam, *aut* Montis in via Zjuddæ.

بِلْدَحٌ Corpulenta & obeſa *mulier.*

بَلَنْدَحٌ Brevis ſtaturâ & obeſus.

بَلَنْدَى Latus, in latera extenſus.

Q. بَلْدَمَ Extimuit & Conticuit, *ut quem corripuit terror.*

بَلْدَمٌ, *et. c* ـ, Anterior & prominentior pars pectoris & gutturis, eique juncta pars œſophagi. 2, Pars gutturis, quæ in equo extare & commoveri conſpicitur. 3, Caput aſperæ arteriæ.

بَلِيدَمٌ, بِلْدَامٌ & ـ, *i. q. prox. præc.* 2, Gladius obtuſus.

¶ بَلَاذُرٌ Ἀνακάρδια, *vulgò* Anacardi: Fructus Indici, *ita dicti, quòd figuram & ferè colorem cordis referunt.* Anacardium. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 141. *l.* 20. *Ar.*

البَلَادُور Helleborum. *R. at* malè putat. *Bd.* Fructus ſimilis nucleo dactyli. *Gigg.*

בלה בָּלָה Inveteratus eſt, vetuſtate tritus vel conſumptus eſt. Deut. 29. 5. Pſa. 32. 3. *Inf.* Gen. 18. 12. *Fut.* Iſa. 51. 6. *Pih.* Trivit, conſumpſit, vetuſtum fecit. Thren. 3. 4. Iſa. 65. 22. יְבַלּוּ Vetuſtum, *h. e.* diuturnum & durabile *facient, ita ut ſequantur eos.* Apo. 14. 13. *Part. Pl.* מְבַלֲהִים *v.* בהל *Inf.* Pſa. 49. 15. *Fut.* Iſa. 65. 22.

בָּלֶה m. Vetus, tritus. *Pl.* בָּלִים Joſ. 9. 4. *Fœm.* בָּלָה Vetula, vetuſta. Ezech. 23. 43. *Pl.* בָּלוֹת Joſ. 9. 5.

בְּלוֹיִם m. p. Veteramenta, veteratæ pannoſæ veſtes. *Conſt.* בְּלוֹיֵי Jer. 38. 11. & בְּלוֹאֵי v. 12.

תַּבְלִית בְּלִי m. Conſumptio. Iſa. 38. 17. Id. Iſa. 10. 25. בַּלָּהָה *v. in* בהל.

CHAL. בְּלִי ,בְּלָה Inveteravit, vetuſtate tritus eſt. Iſa. 50. 9. *Part.* בָּלְיָא Iſa. 51. 6. *Pl.* בָּלְיָן Pſa. 32. 3. *Ithp. Fut.* יִתְבְּלֵי Veteraſcet. Job 13. 28. *Pah. Part. Pl.* מְבַלָּן Atterentes. Iſa. 3. 15. *Fut.* Dan. 7. 25.

בָּלֵי Vetus, attritus. *Pl.* בָּלָן Joſ. 9. 4, 5.

בָּלָא Sylva. *i. q.* באלא. בְּלָאִין Veteramenta, veſtes tritæ & laceræ. Jer. 38. 11. *Chol. f.* 107. 2. בְּלָיְתָא Veteramentum, veſtis trita. *Tal.* בְּלָאוֹת Attritio, conſumptio. Eccleſ. 12. 13. תַּבְלָא *v.* בלה.

SYR. ܒܠܐ & ܒܠܝ Inveteravit, attritus, ſenio confectus eſt, obſolevit, marcuit. Gen. 18. 12. Joſ. 9. 13. *Part.* Job 13. 28. 1 Pet. 1. 23. *Pl.* Luc. 12. 33. *Fut.* Heb. 1. 11. *Pah.* ܒܰܠܺܝ Attrivit, conſumpſit. ܐܶܬܒܰܠܺܝ Attritus conſumptus fuit. *BB.*

ܒܠܝܐ Inveteratio, attritus, *ſubſt.* Conſumptio, corruptio. *It.* Vetus, inveteratus, attritus. Mat. 9. 16. Marc. 2. 21. *Pl.* ܒܠܝ̈ܐ Mat. 9. 17. Luc. 5. 37. ܒܠܝܢ Joſ. 9. 4, 5. ܒܠܝ̈ܐ Panni laceri. Jer. 38. 11.

ܒܠܝܘܬܐ Inveteratio, conſumptio, attritio.

ܒܠܝܐ Dorſualia, quibus tergunt jumenta. *Al.* Manutergia. *BB.*

II. ܒܰܠܗܺܝ Terruit, conſternavit. Job 24. 17. *Ethp.* ܐܶܬܒܰܠܗܺܝ Demiratus eſt, obſtupuit, attonitus eſt. Job 4. 5. *Part. Pl.* Dan. 5. 9.

ܒܘܠܗܝܐ Stupor, admiratio, ecſtaſis. Sap. 18. 14. *Pl. Conſt.* Job 18. 14.

SAM. ࠁࠋࠄ *i. q. Heb. & ibid.*

ÆTH. በለሀ፡ *v.* በለሐ፡

AR. بَلِهَ *Act.* بَلَاهَةٌ & بَلَهٌ, *it. ſecund.* Stupor *cordis.* Deut. 28. 28. *Ar. Sam.* Deſipuit, *ſ.* judicio ac induſtriâ imbecillis & ſimplex minúſque verſutus fuit, *Gr.* νηπιάζειν 2, *et. in bonam partem,* Admodum verecundus fuit: *vel* Incurioſus & ſocors mali, & *qs.* ἀναίσθητος, ſtudioſus *tn.* & gnarus boni. III. Inſipienter & ſtultè ſe geſſit adversùs *aliquem.* V. *i. q.* I. Simplicitate & inſipientiâ uſus fuit. Errabundus ivit ſine ductu vel percunctatione, *quâ viâ neſciens.* VI. Id. & Inſipientiam & ſimplicitatem ſimulavit.

بَلْهَ *Nom. Verbale,* Miſſum fac, ſine. *cca. Gjar. p.* 144. *Erp.* 2, Præterquam. & بله ما Præterquam quod. 3, *Partic. affirm.* Ita, bene, imò. 4, Quomodo, quâ ratione. *Gigg.*

أَبْلَهُ, f. بَلْهَاءُ, *Pl.* بُلْهٌ, *contr.* كَيِّسٌ Inſipiens: ſocors, ſimplex & minimè callidus. Zach. 11. 15. *ita in Sunna dcr.* اكثر اهل الجنة بله, Plerique eorum qui conſortes Paradiſi erunt, ſimplices ſunt, *np. in rebus mundanis, quia earum minus ſunt ſtudioſi: in ſpiritualibus aliàs gnavi atque attenti. ita &* ابله عقول *Ablaho Akoulon,* qui præ verecundia *qs.* ſimplex, *attn.* intelligens. *at* شباب ابله & عيش Vita & juventus mollis & commoda curiſque vacua. *ita quoque* شاب ابله Juvenis ſocors & qui quid faciat & quò vadat neſcit, *Ital.* Stordito. 2, Vanâ de ſe opinione deceptus. 3, *de camela,* Patiens laboris & ſitis, non curans incommoda. 4, *de fœmina,* Honeſta & prudens.

بَلَالَةٌ Cupiditas deviandi & incedendi abſque ullo dirigente & ſemita. *Gigg.*

Q. بَلْهَسَ Celeri gradu & properanter ivit.

Q. بَلْهَصَ Id. & Citò præterivit præ terrore.

بَلَهْنِيَةٌ Vita ſecura ac mollior, bonis commodiſque abundans, *qs.* ſocordium ſtatus. *v.* بله.

بَلَهُورٌ Locus amplus.

בלז CHAL. בְּלוּזְמָא Gaudium, lætitia.

tia. *Pl.* בלומאות & בלומאות *Vajik, rab. ſ.* 12. *Midb. rab. p.* 10. Convivium. & gaudium faſtuoſum. *Aquinas.* Tripudium, chorea. *Gr.* Βαλλισμός. *C. L.* Lectica. *G, F. & Aquin. In Aruch MS. ſcribitur* בלומיאום. בלחוד *v.* לחד.

AR. III. بالر *i. q.* בזה Contempſit. *Liturg. Damaſc.*

VIII. ابتلر Accepit, ſumpſit *ab illo. ccar &* من *p.*

Q. بلار Fugit: velociter cucurrit. 2, Comedit ad ſatietatem.

بلر Brevis, craſſa & Levis *mulier.* & Pinguis, craſſus.

بلار *c Articulo* Satanas. 2, Brevis. & Adoleſcens craſſus ac durus.

طين الابلور Lutum Ægyptium, medicinæ genus. *Gigg.*

בלח SYR. ܐܬܒܠܚܫ Solitarius factus eſt, unus factus eſt. *v.* לחד.

ܡܒܠܚܫܢܐ Corruptor; ſeditioſus.

ÆTH. በለሐ: Evulſit, extraxit, liberavit. *Imp.* Pſ. 6.4. & 7.1. & 16.13. & 58.2. ብልሁ: *Fut.* Pſ. 17.50. & 24.16. & 90.3. Acutus eſt. Heb. 4.12. IV. አብለሐ: Acuit, acutum reddidit. Pſ. 63.3. & 139.3. በሊሕ: Acutus, velox. Pſ. 51.2. & 13.6. Rom. 3.15. Apoc. 14.14. በሊሃ: v. 15.

ቤልሖር: Belial. 2 Cor. 6.15.

AR. بلح, *Act.* بلح & بلوح *ſign.* 3. *Fut.* A. Aruit, ſicca fuit *terra.* Caruit omni re *vir. Gigg.* 2, *Metaph.* Non conſtitit, periitque *pudor.* Rem inficiatus eſt, denegavit. *Gigg.* 3, Laſſus fuit. 4, Effluxit *aqua.* IV. Immaturos dactylos tulit, habuitve *palma.* V. Defeſſus & laſſus fuit.

بلح *Coll.* Immaturus (τοῦ بسر *tn. prior,* at τοῦ حلال *posterior*) dactylus. *Avic.* I. *p.* 148. *l.* 9. *ſeqq.* & 362. 7, 10. *et* II. 145. 34. *Ar.*

بلح *i. q.* بلت. 2, Vultur ſeneſcens.

بالح Nudus *ſ:* ſterilis, & nihil producens *ager.*

بلوح Aqua, quæ effluxerit, vacuus *puteus.* 2, Alienior à propinquis, nec iis conſueſcens.

بلكلح Paropſis fundo carens. *i. q.* تبلحي

بلحة, Prima lux auroræ proxima. *BB.*

بلحرن *Gr.* Βλῆχρον *vel* Βλῆχνον, Filix *planta. Dioſc.* IV. 186. *Bd.*

¶ I. V. بلح & تبلح Superbivit & extulit ſe. VIII. Miſtus, commiſtus eſt. *Bd.*

ipſa Inſania, *et* furor. Deut. 28. 28. Sap. 5. 4. Marc. 1. 32. Mania. *Avic.* I. *p.* 123. *l.* 19. *et* 41. 45. *Ar. Gol. App. Gram. p.* 50. 2, Tenebroſitas, caligo *noctis.*

جَنِين, *Pl.* أَجِنَّة, Embryo, fœtus adhuc utero tectus. Infantulus. Deut. 28. 57. Luc. 1. 41, 43. *Avic.* I. *p.* 438. *l.* 38. & 568. 34, 41, 43. *Ar. it.* Sepultus, ac mandatus terræ. & *Pl.* Viridaria. Num. 22. 24. Joſ. 15. 34.

جَنَّة, *Pl.* جِنَان *et* جَنَّات, *Hebr.* גן, Hortus, *inprim.* vinearum, & arboribus conſitus. Gen. 9. 20. *Erp.* Lev. 19. 10. 2 Reg. 21. 18, 26. *G. Nub.* 43. *l.* 4. *Ar.* Paradiſus. *Cor. Sur.* 2. 22. & *ſpec.* Palmetum.

جُنَّة, *Pl.* جُنَن, Tegumentum. & *pec.* Omnis armatura quâ quis tegitur. Clypeus amplus. *Gol. App. Gram. p.* 256. & *ipſa* Protectio. Deut. 32. 38. *it.* Protectrix *vena. Avic.* I. *p.* 30. *l.* 32. Lorica, galea *cerebri. Avic.* I. 11. 31. *Ar.*

جِنِّي, *Opp.* تو إِنْسِي, *qs. Nom. Unit.* Dæmon, ſpiritusve unus.

مَجْنُون, f. ة, مَجْنُونَة; & مُجَنّ *pro primo, ſed perperam,* Dæmone obſeſſus. *it.* & *ultim. cum He fin.* Inſanus, a, furens, maniacus. 1 Sam. 21. 15, 16. 2 Sam. 13. 13. 2 Reg. 9. 11. Mat. 8. 16. Joh. 10. 21. Marc. 5. 15, 16, 18. *Avic.* I. *p.* 305. *l.* 26. & 239. 16. & II. 141. 27. *Ar.* 2, Procera *palma.* الجنس Manicum, *ſ.* furiale *ſolanum. Avic.* I. *p.* 230. *l.* 22. *Ar.*

مِنْ اَجْنِكَ *contractè pro* مِنْ اَجْلِ اَنَّكَ *Poet.* Propterea quòd tu.

مَجَنَّة Dæmones habens, *ſ.* frequentata iis terra. *it.* Inſania, furor. & locus ubi quid reconditur, tegiturve.

جَنَاجِن, جِنْجِن, جِنْجَن, Os pectoris: ſternum.

جَنَابِك Caſtra, exercitus.

مَنْجَنُون f. *Gr.* μάγγανον, Tympanum, *ſ.* rota, quâ hauritur aqua.

גנא CHAL. גְּנֵי גְּנָה גְּנָא Cubuit, decubuit, accubuit, dormivit. *Fut.* יִגְנֵי Job 40. 16. *in Ven. Part. Pl.* דְּגָנְיָן Eſth. 1. 1. *Targ.* 2. *It.* Clauſit, prohibuit. *Breſh. rab. c.* 12. & 95. *Aph.* וְאַגְנֵי Et decumbere feci, *Elias citat ex Targ. Tal. Sanh. f.* 109. 2. *Gittin f.* 68. 1. *Et ex Aph.* ואגני נבך Et depoſuit eum apud te, *i. e.* Cubare fecit in lectum tuum, *Gittin f.* 56. 1. *Particip.* מגני *Sanhedr. f.* 109. 2. *Pahel.* גַּנֵּה, גַּנֵּי, גַּנָּה Turpitudine affecit, deturpavit, dehoneſtavit, vituperavit, *Kethubh. f.* 17. 1. *In Pyh.* Turpitudine, ignominiâ affici, vituperari. מִדּוֹת מְגֻנּוֹת Mores turpes. *Sic & in Ithpa.* נִתְגַּנָּה Turpitudine affectus eſt, *et* שֶׁנִּתְגַּנּוּ Qui turpitudine affecti ſunt, *R. Sal.* Exod. 16. 28.

גַּנַּאי Turpitudo, ignominia, res turpis & inhoneſta. בִּגְנַאי Turpitèr, ignominioſé. לִגְנַאי Id. *Ab. Ezr.* Num. 11. 18. לשבח ולגנאי In laudem, & vituperium.

גְּנוּתָא, גְּנוּתָא, & גינותן Id. Geneſ. 34. 14. *Jon.* Pſ. 28. *Midras.* Eccleſ. 5. 5. *ſcribitur vulgo* בִּגְנוּתָא, *Sed hæc ſignificatio eſt tantum in forma gravi.* מְגוּנֶּה בְּתַכְלִית הַגְּנוּת Turpe in ſummo gradu turpitudinis, ignominioſum extremé. *It.* Incongruitas ſolœciſmus. *G F.*

גני Γυνὴ, mulier. *Breſh. rab. p.* 18.

SYR. ܓܢܳܐ Incubuit, recubuit, jacuit, innixus eſt. *It.* Contumeliâ affecit. *Ethpeh.* ܐܶܬܓܢܺܝ *BB.* ܐܶܬܓܢܺܝ Subduxit, ſubtraxit, abſcondit ſe, declinavit, receſſit, delituit. Joh. 5. 13. & ܐܶܬܓܢܺܝܢ Incubuit, innixus eſt. *BB.* ܐܶܬܓܢܺܝ Odoratus eſt; odor perceptus eſt. *Pah.* ܓܰܢܺܝ

Contumeliâ afficere fecit, accuſavit, vituperavit. ܡܓܰܢܝܳܢܺܝܬܳܐ Retortus. *Aph.* ܐܰܓܢܺܝ Incumbere, inniti fecit. *F.*

ܓܢܳܢܳܐ Juſtitia, clementia, indulgentia. *It.* Juſtus, miſericors, clemens.

ܓܢܺܝܳܐ Abditus, occultus. 1 Sam. 21. 3.

ܓܳܢܽܘܝܳܐ Abſcondens.

ܓܢܳܝܳܐ & ܓܶܢܝܳܐ Latibulum, umbraculum. *Af.* 2 Sam. 22. 12. *Pl.* ܓܢܳܝ̈ܳܬܳܐ Fana, ſacella, horti. Iſa. 1. 29. *pec.* Oratoria parva infra. *vel* prope templa. *BB.*

ܓܽܘܢܳܝܳܐ Contumelia, vituperium. 2 Cor. 6. 8.

ܡܰܓܢܳܐ & ܡܰܓܢܝܳܢܳܐ Cubile, locus in quo quis jacet. *Pl.* ܡܓܢ̈ܝܳܢܶܐ:

ܡܓܰܢܝܳܢܽܘܬܳܐ Vituperium, criminatio. *F.*

SAM. ࠃࠂࠍࠄ. ࠃࠂࠍࠅࠕ. ࠃࠂࠍࠅࠕࠄ. Opprobrium, ignominia, fœditas. Gen. 34. 14. c. 37. 2. c. 42. 9, 12. c. 30. 23. Exo. 20. 26. Num. 14. 33, 36, 37. c. 13. 33. Deut. 23. 14. c. 24. 1. c. 32. 16. Dolor, *q. fœdat vultum.* Gen. 42. 38. c. 44. 31. Deut. 34. 8. *ubi Ar. Sam. & Erp. habent* ࠁࠊࠉ.

ࠀࠃࠂࠍࠅࠕࠄ *Pl.* Tabernacula. Deut. 33. 18.

AR. جَنَا, *Act.* جُنُو & جَنًا Pronus concidit, pronumve ſe inclinavit عَلَى & *c* عَنْ. *in aliquam rem. cc* 2, *Mediâ Keſr.* Prominentiore, & incurvo dorſo fuit. *Gol.* Acceſſit *ad illud. cc* عَلَى. *Gigg.*

اَجْنَا, f. جَنْآء, Gibboſus, elatiore præditus dorſo. 2, f. Retroflexa cornua habens *ovis.*

مِجْنَأ Scutum: *quòd gibbum, pec.* quod omnis ferri expers. مَجْنَأ Sepulchri fovea. *Gigg.*

גנב גָּנַב Furatus eſt, ſubtraxit, ſurripuit *clam & furto.* Gen. 31. 30, 32. *Part.* Exod. 21. 16. *PP.* Gen. 30. 33. *Pl.* גְּנֻבִים Furtivæ aquæ. Prov. 9. 17. *Fœm. c.* י *parag.* גְּנֻבְתִי Furto ſublatum, Gen. 31. 39. *Fut. v.* 20. ויגנב ־ את לב *v. d. Dieu in* Joh. 10. 24. τὴν ψυχὴν αἴρεις; & Suſ. 1. 14. *Syr. Niph. Fut.* יִגָּנֵב Furto ablatum erit. Exo. 22. 12. *Pih.* גַּנֵּב Id. *Part. Pl. Conſt.* Jer. 23. 30. *Fut.* 2 Sam. 15. 6. *Pyh.* גֻּנַּב Furto ſublatus eſt. Gen. 40. 15. *Fut.* Job 4. 11. *Hithp. Fut.* וַיִּתְגַּנֵּב Et furtim ſubtraxit ſe. 2 Sam. 19. 3.

גַּנָּב m. Fur. Pſ. 50. 18. Jer. 2. 26. *Pl.* גַּנָּבִים Iſa. 1. 23.

גְּנֵבָה f. Furtum. Exod. 22. 4. *Af. v.* 3.

CHAL. גְּנַב *i. q. Heb.* Gen. 31. 30. *Ion. Part.* Deut. 24. 7. *Pl.* Hoſ. 4. 2. *P. P.* מְגַנֵּב גְּנִיבְנָא Furando ablatus ſum, Gen. 40. 15. *Pl.* מַיָּא גְּנוּבַיָּא Aquæ furtivæ. Prov. 9. 17. *Fut.* Exod. 20. 15. *et* 21. 16. *Pah. Part.* מְגַנְּבִין Qui furantur. Jer. 23. 30. *P. P.* מְגַנְּבִן Furtivæ *viæ.* Jud. 5. 6. *Ithp:* אִתְגְּנֵב Furto ablatus eſt. *Part.* Gen. 31. 39. *Fut.* אִתְגְּנֵבָא יִתְגְּנֵיב Furto ablatum erit. Exod. 22. 12. *et* יִתְגַּנְּבוּן Deut. 29. 16. *Ion. Tal.* איגניב Furto ablatus eſt, *pro* אתגניב *Gittin f.* 68. 1.

גַּנָּבָא גַּנָּב Fur. Exo. 22. 7. *Pl.* Iſa. 1. 23. בתר גנבא גנוב וטעמא טעים Qui poſt furem furatur, ipſe guſtum *furti* percipit. *T. Berach. f.* 5. 2. *Sanh. f.* 7. 1. *Pl. fœm.* גַּנָּבִיּוֹת *Breſh. rab. f.* 50. 1.

גְּנוּבָא גְּנוּבְתָּא Furtum. Exod. 22. 3. *Af. v.* 2.

גְּנֵיבוּתָא Id. *Af.* Exod. 22. 3. *Ion.*

גְּנוּבְתָּא Cauda, *Tal. Moed katon f.* 17. 1. *Schab. f.* 77. 2. *Aruch ex Targ. citat* גְּנוּבְתֵּיהּ Job 40. 12. *ubi noſtra* דוּנְבֵּיהּ.

גּוֹנְבֵי עֱלִי *Nomen* certæ cujuſdam familiæ. *Taan. c.* 1. *Miſ.* גונבא *v.* גנך.

גַּנְבְּרָא Gingiber, Zinziber. *Gittin. f.* 86. 1. Juniperus. *CL.* גנברין & גינבריא *v. in* גבר.

SYR. ܓܢܰܒ i. q. *Hebr.* ܐܶܬܓܰܢܰܒܘ ܚܰܕ ܡܶܢ ܚܰܕ Se ſubduxerunt clam alter altero. Suſan. 1. *Syr.* 1. 14. 2 Cor. 12. 16.

Part. Rom.2.21. Ephes.4.28. *Pl.* Mat.6.19.*Conſt.* 1 Tim. 1.10. *Fut.* Mat. 19.18. Rom. 13. 9. *Pah.* Id. *Part. Pl.* Jer.23. 30. *Ethpe.* ܐܬܓܢܒ Furto ablatus eſt.

ܓܢܝܒܐ Fortivus, ſubreptitius. *Pl.* Prov. 9. 17.

ܓܢܒܐ Fur. *Differt à* ܓܝܣܐ *quod hic interdiu, ille noctu prædatur.* Mat. 24.43. 1 Theſ. 5.4. *Pl.* Joh. 10.8. 1 Cor. 6. 16.

ܓܢܒܘܬܐ Furtum. Mat.15.19. Marc.7.21.

ܓܢܘܒܘܬܐ & ܓܢܘܒܝܐ & ܓܢܘܒܐ Id. *F.* ܓܢܝܒܐܝܬ Furtim.

ܓܢܒܕܪܐ Scoria ferri. *F.*

ܓܢܒܪܐ Gigas, *&c. v.* גבר.

ÆTH. ግንቦት ፡ *Menſis* Maius, *qui incipit* 26. *Aprilis.* Rom.9.20.

AR. جنب, *Act. ſign.* 1, & 3, جنوب Fregit *eum* in latere *ſ.* latus ſuum. *cca.* 2, Ad latus *ſ.* à latere duxit *equum, aut captivum.cca.* 3, Procul fuit, removit à ſe, devitavit *aliquid. cca.* Lev.15.31. *et* Fecit ut alius recederet, abſtineret, *et* devitaret. Averſum, ac alienum reddidit. *ccga.* 4, *Fut.* O. *Tranſ.* Peregrinus, & alienigena fuit, *aut* venit, ſubſtititve, *inter alios. ccg.* 5, *Med. Damm.* Pollutus fuit : *np. effluxu ſeminis, ita ut non niſi lotus peragere potuerit precationem.* 6, Ad auſtrum converſus fuit *ventus.* 7, *in Paſſ.* E latere, & pleuritide laboravit. *it.* Ab auſtrali vento affectus, alteratusve fuit. *Gol. et* Flavit auſter. *Gigg.* 8, *Med. Keſr.* Contraxit latus *ſ.* in latus claudicavit *camelus, aut* pulmones ei affixos habuit præ vehementia ſitis. II. *i. q.* 2,3, I. 2, Panem lactis camelini habuit, *aut* camelos lactis inopes. 3, Inflexum habuit pedem *equus: quod in laude ponitur.* III. A latere *ſ.* ad latus alicui fuit; *ſ.* lietit. Jac.2.3. *Erp. ccap. & contra i. q.* 3, I. Longiùs abfuit, receſſit, devitavit. Lev. 22.2. *cca.* IV. *i. q.* 3, I. *cca.* 2, Alienigena fuit, taliſve advenit. 3, *Tranſ. i. q.* 5. *et* 7, I. Auſtralem ventum expertus *ſ.* paſſus fuit. 4, Habuit jumenta *Gjanâjiba i. e.* quæ à latere ducerentur. V. *i. q.* 3, I. Abfuit. Receſſit, declinavit, *cca.* Devitavit. Matth. 27.19. Rom.14. 14. *Erp. et Tranſ.* Abduxit, avertit, retraxit *ccap. &* عن *r.* VI. *i.q.* V. Procul fuit, abſtinuit : devitavit. *cca.* VIII. Id. *cca.* Num.16. 26. Jud.2.12. *c.* 10. 6, 10,13. 2 Sam.22.24. Pſ. 17.26. *Ro.* Eccli.17.21. Act.21.21. *Erp.* 1 Tim. 4. 3,7, *c.*5.11. *Erp. Avic.* I. *p.* 145. *l.* 26. *Ar.* 2, ἐχώλανε, claudicavit : *ſ.* in latus receſſit, *et* declinavit. Pſ.17. 49. *Ro.*

جنب, ة, *Pl.* جنوب, Latus. Num. 33. 55. & Tractus, plaga. *et prim.* Quod in uno latere *ſ.* ab una eſt parte. *Hinc dcr.* الناس جنب الامير *et* لا يطور بجنبتنا جنب Non pertinet ille ad nos, non eſt ex noſtris. *At* صاحب بالجنب *in Corano,* Comes itineris : *in genere* Socius, & familiaris. *et* Pleuritis. *Avic.* I. *p.*400. *l.*35. *ſeqq. Ar.* 2, *ſecund.* Secedere, declinare. *it.* Pellis, ejuſve pars ex cameli latere. *et* Planta quæ poſtquam exaruit æſtate, revireſcit. 3, Contumelia. *Gigg.*

جنب *Act.* 2, 8, I. 2, Cùm in curſûs certamine aliquis à latere equi ſui alium ducit, in quem tranſilire poſſit ; ſi vereatur ne equus, cui inſidet, ab adverſarii equo prævertatur. 3, Brevis. 4, Potior & major pars rei. *Gigg.*

جنب Qui inclinando in latus incedit. & Qui extra viam ſe continet veritus ne quis in ipſum incidat hoſpes : *cùm antiquo more Arabes eſſe ſoleant maximè hoſpitales.*

جنب *c. Pl.* جنبون, جنبان & أجناب, *it. prim. in Num. Sing. & Pl.* Pollutus, *cùm quis à ſeminis emiſſione non lavit : quo ſtatu peragere precationem Muhammedano nefas eſt.* Immundus. *Jer. epiſt.* 28. 2 Bar. 6. 28. 2, *Prim.* Peregrinus : hoſpes. 3. *ultim. ſing.* ñ *Zjenbon,* Latera.

جار جنب Vicinus non noſtras, advena. & Qui ſe duci non ſinit.

جانب, *Pl.* جوانب, Latus. Gen. 6. 16. c. 32. 24. Exo. 25. 12. Pſal. 83.4. & 127. 3. *Hinc in Cor.* الجانب الغربي Pars occidentalis montis Sinai, ubi Moyſi apparuit Deus. & Benignus. 1 Cor.13.4. *Erp.* لين الجانب Lenis moribus. 2, *Pl. Zjonnâbon ſeqq. i. q. Zjunubon, Adject.* Peregrinus *vir,* alienigena, advena, qui inter nos non noſtras ſedem capeſſit. & Deſpectus. 3, Diſtantes pedes habens. *Gol.* Brevior, & fortis. *Gigg. equus.* & *in Accent. Adverb.* Seorſim. Ruth. 2. 14. Jac. 2. 3. *Erp.*

جناب, *Pl.* أجنبة, Area interior, & circuitus domûs, atrium. *it.* Limen. & Angulus, tractuſque. & Quod propinquum eſt manſioni. *ſic* خصيب الجناب Qui propinquam ſibi regionem proventu uberem habet. *Dual.* جنابان Latera ambo. 2, Mulier. Vir. Divitiæ. *Gigg.*

جناب *Act.* 3, I. *it. Act.* III. 2, Funis alligatus capiti & collo jumenti, quo trahitur. طوع الجناب Ductilis *equus,* qui ſe duci facilè patitur.

جناب Qui latus alterius claudit, & à latere incedit. 2, Ludus quidam puerorum.

جنوب, *Denom.* جنوبي, Auſter. Plaga meridionalis. Gen. 28. 14. *et* Ventus auſtralis. Notus. Luc. 12. 55. Act. 27 12; *et* 28.13. *Erp. Secund.* Auſtralis. *Avic.* I. *p.* 406. *l.* 13. *Ar.* Plaga. *G. Nub. p.* 3. *l.* 24. *Ar.* Dies fervens.

جنيب f. ة *Pl.* جنائب *et Pl. prim.*

جناب Qui ducitur, ductilis, ducenti obſequens: *de jumento, et. de homine, ac quovis alio animali dicitur. ſpec.* Qui à latere ducitur. *ut equus* ſecundus; *Gen.*41.43. Deſultorius. 1 Reg. 20.1. 2 Macc.7.14. 2, Peregrinus. 3, Ab uno latere onus *cameli.* 4, Genus dactylorum præſtans. *Gigg.* 5, *ſecund.* Camela quam quis alii tradit, ut aliunde petat, apportetque commeatum. & جنيبتا البعير *ſunt* Duo onera in lateribus cameli.

جنبة Devitata res, à qua abſtinetur.

جنابة *Act.* 4, 5, I. 2, Congreſſus viri cum muliere. 1 Sam. 21. 6. *et* Sperma virile, ejuſque effluxus, &, *quæ hinc Muhamedanis oritur, ipſa* Pollutio, *quâ impediuntur à precatione. Avic.* II. *p.* 169. *l.* 39. *Ar.* Immunditia. Sordes. *Gigg.* 3, Diſtantia, intervallum. 4, *i. q. Zjénbaton præc.* Latus. *et* Auſtrina *hyems. Avic.* I. *p.* 41. *l.* 36. *Ar. It.* Camela quæ cum pecunia alicui traditur ad petendum commeatum.

أجنب, *Pl.* أجانب, *i. q.* أجنبي, Peregrinus. Extraneus, advena. Gen. 17. 27. Exod.12.43. c. 30.33. Lev. 22. 10,12, 13. Num. 16. 40. Deut. 32.16. Neh.13. 23,26. 1 Tim. 5. 22. *et* Inobſequens, refractarius, qui ſe duci non permittit : *qs. in latus abſcedens.*

مجنب *Act.* 2, I. 2, *et* مجنب Multus. *Gol.* Benefaciens multa. *Gigg.* 3, *ſecund.* Scutum, *et* Velum. *it.* Extrema exterorum regio ad Arabes accedens, & Arabum terra illis proxima.

مجنب Scutum. مجنب Qui à latere ducitur *equus.* Obliquæ *fores.* Dan. 13. 18, 26.

مجنوب, f. ة, A latere ductus : *ita et Oppoſ.* مركوب *equus,* cui quis inſidet, Qui nudus ducitur *equus,* ut cum fatigato ſeſſor commutet. 2, Cum quo flat auſter : *ut aëris ſtatus, aut imber.* 3, Ex latere malè habens. *ſpec.* Pleuriticus. *Avic.* I. *p.* 401. *l.* 53. *Ar.*

متجنب, ة, Remotus, & alienus : declinans *ab aliquâ re, et* abſtinens. 2 Reg. 4. 8. 1 Theſſ. 4. 3. *Erp.* مجنب Neglectus. Col. 2. 23.

مجنبتان, Cornua *ſ.* partes duæ exercitus, dextra, & ſiniſtra.

¶ جنبعة & جنبعاة, Mulier nigra, deformis, *aut* prava.

جنبخ Magnus corpore, longus & elatus. *et Coll. it.* c *He fin. Unit.* Magno corpore pediculus.

جنبذ الرمان *et c* د, Flos mali Punicæ.

جنبذة, *Pl.* جنابذ, *à Perſ.* كنبذ, Fornix, opus teſtudineum,

جنبر *i. q.* جنبار *et* جنبار, Pullus tardæ *ſ.* otidis. *et prim.* Magnus, & brevis corpore camelus. *it.* Januarius *menſis. Bd. ex Albin.c.*1. *et c He fin.* Haſtella ; pannus *lenis. Int. Avic.* II. *p.*115. *l.*47. *Ar.* جنبليق *i. q.* جعفليق.

جنبل Poculum magnum ex ligno.

גנב CHAL. גְּנִיבִי *Aruch, ſed in Gem.* קניני *qd. v.* גנגידין Gingidium, *herba venenoſa, ſylveſtri paſtinacæ ſimilis. T. H. Peſach. c.* 2.

גְּנְגִילוֹן Contrarium, cujus natura eſt, ut tollat alterum ſibi oppoſitum, *Nidda f.* 27. 2. *Aruch* גלגלין *et Gloſ.* גלגילון *Confer. Naſir f.* 51. 1.

גנגלין Fila longa ſerica, *Jalkut.* Lev.15.1.

גְּנוּגְנִית Pera, ſaccus, *Kelim* c.16. *Al.* Tabernaculum, umbraculum, quod ſibi pauperes opifices faciunt, ne laborantes à ſolis æſtu lædantur; *à* גנן Protexit.

AR. Q. II. جنجب Vento deſiccavit carnem.

جنحاب Brevis, & compactus.

جنجل Olus, aſparago ſimile, quod comeditur.

גנד CHAL. גּוּנְדְּרָא Veſtis nigra, & ſordida, *qualis coquorum, unde de coquo quodam dicitur* לָבִישׁ גּוּנְדְּרָא Veſtitus nigrâ veſte. *Schab. f.*119.1. *Pl.* גּוּנְדֵּי *It.* Exercitus, cohors. *Metz. f.*86.1. *Breſh. rab. ſ.* 31. *ubi Aruch legit* נינותא *in* ננת *at in* בטט, גונינתיה.

גּוּנְדְּלִית Siniſtrè. *Gittin f.* 77. 2. *loquitur de ſcribendo verſus ſiniſtrã, ut Græcorũ mos eſt & Lat.*

גּוּנְדְּלִי *et* גּוּנְדְּלִיָא Qui manu ſiniſtrâ operatur, qui ſiniſtrè aliquid facit. *Tal.*

גַּנְדַּר Volvit, devolvit, convolvit. Gen.29.10. *Part. Pl.* וּמְגַנְדְּרִין v.3. *v. et* 1 Reg. 14.10. *Fut.* Gen.29.8. *Ithpa. Tal.* אִיגַּנְדַּר Involutus, devolutus eſt. *Ba. kama.f.* 51. 1. *Part.* Cabus magnus, & Cabus parvus. מִיגַּנְדַּר ואזיל לשאול. Volvitur, & abit in ſepulchrum. *Jebbam c.* 1. *fi. h. e. Mors æquo pede pulſat pauperum tabernas, &c.*

גונדרי Terra lapidoſa, ſaxoſa. *Ba.Metz.f.*80. 1. *In Aruch, et altera Gloſ. Tal. ſcribitur* בנרונדרי *Hinc* Pholocandrus. *qs.* פלך גונדרי tractus lapidoſus. *Bochart. Ph. p.* 451.

גּוּנְדְּרִיתָא. Lorica, loricatio, peribolus.. *Kiddusch. f.* 70. 1. *In Aruch* גונדריונא.

גַּנְדְּרִיפָס Melancholiæ ſpecies. *Gr.* κυνάνθρωπος, κυνανθρωπία, *i. q.* λυκανθρωπία *Chagiga f.* 3.2. Phreneticus, fatuus. *Munſt. In Gloſ. leg.* גנסדרופס *In Talm. Hier.* קנישרופים.

SYR. ܓܢܕܘܪܬܐ Revolutio. *F.*

ÆTH. ግንድ ፡ Truncus arboris, ſtipes, caudex, radix arboris. Mat. 3. 10. Luc. 3. 9. Joh. 15.

15.4. Act.16.24. *Miſſ. Æth.* 171.4. ተጐንደየ: Tardavit, moram fecit, moratus, cunctatus fuit. Pſ. 39.24. *et* 69. 7. Mat. 24. 48. c. 25. 5. Luc.1. 21. Act. 19.32. Jac. 1. 19. ጕንዱይ: Tardus, longus, prolixus. Act. 14. 3,27. Rom.15.23. Heb. 4. 7. c. 11. 32. Luc. 8. 27. *Pl.* ጕንዱያን: 24. 25. ጕንደይን: Gnidus. *Nom. prop.* Act. 27. 7.

AR. II. جَنَّدَ Collegit exercitum. V. Militavit, pugnavit. 1 Cor.9.7. 2 Cor.10.3. 2 Tim.2.4. *et Nom. Verb.* Militia: pugna. 2 Cor. 10. 3. 1 Tim. 1. 18. X. Armavit *amicos*. Jud. 9. 29.

جُنْد, *Pl.* جُنُود, أَجْنَاد, (جُنْدِيّ Miles unus. 1 Tim.2.3.) Socii, defenſores, milites. Legio. Exercitus. Exod.14.4. Deut. 33.11. Joſ.5.15. c. 11. 20, 21. Pſ. 32.6,16. & 67. 17. Act. 12. 6. c. 21.31. *et quart. c He fin.* Militia. 2 Cor. 10.4, 2 Tim. 2. 4. 2, Præſidiaria urbs Syriæ, ejuſque territorium: quales regiones ſunt 5. Damaſci, Emeſſæ, Kinſarinæ, Jordanis & Palæſtinæ. *Gol. et* Gens quædam, ita dicta ob ſolertiam, & ſedulitatem. *Gigg.* 3, *c He fin.* Res alta & rotunda, teſtudinis inſtar.

جَنَد Terra ſcabroſa & lapidibus conſtans albis, *ſo.* marga.

جُنْدَب, *Pl.* جَنَادِب, جُنْدُب جُنْدَب, ة, جِنْدِب Genus locuſtæ: locuſta mas. *Hebr. et c* ع *pro* ب, חגב. Locuſtæ virides. Lev. 11 22. Bruchus. Joel 1.4. c.2. 25. Amos 7. 1.

جُنْد بَادَسْتَر *et* بِيدَسْتَر, *Perſ.* Caſtoris teſticuli, caſtorium. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 151. *l.* 20. *et* 210. 4. *et* II. 125. 34. *Ar. J. Ant. Sarac. in Dioſc.* II. 26.

جُنْدُح Locuſta magno corpore.

Q. جَنْدَرَ Scripturam veterem ſuperducto calamo, *vel* picturam veſtis, renovavit.

جُنْدُر *i. q.* جُنَيْدِر Pimilio. *Gig.* الجوانداران Confectio quædam conferens lepræ. *Int. Avic.* II. *p.* 79. *l.* 28. *Ar.*

جَنَادِع *Unit.* جُنْدُعَة, *i. q.* جَنَادِب, *aut pro eo, et contra*, Animalia ſubterranea: *quæ in lacertarum ſerpentumve latibulis ſe continent, prodeuntque accedente foſſore.* & Animalia talia, quæ capiuntur, & quæ capiuntur, aves. *Gol.* Muſcæ caput ſimile ſerpenti habentes. Scarabæus in talpæ fovea. *Gigg.* & *ſecund.* Bulla ſuper aquas ex pluvia orta. *Id. Bd.* 2, Principia *rei cujuſque, imprim. malæ.* & *c* ذات, Calamitas, malum, *aut* mala, ærumnæ.

جُنَادِف, ة, Brevis, craſſuſque.

Q. جَنْدَلَ Humi ſtravit. *Tim.*

جَنْدَل *Coll. Pl.* جَنَادِل, Lapides. Regio lapidoſa. & *primâ Keſr.* Regio arenoſa.

جُنَادِل Validus, & magnus. جَنْدَلَة Lapidoſa *terra.*

جُنْدُم *v.* جور & جَنْدَم

גנה AR. جَنَهِي & جِنَهِي Arundinis Indicæ genus, tenue, ſartum, leve & flexile, *è quo calathi, diſci, & ſimilia plectuntur. unde*

طَبَق جَنَهِيّ Paropſis *ſ.* diſcus arundinis ejuſmodi plexu confectus.

גנו AR. جَنَا, *Fut.* I. Carpſit, legit*que fructus. cca.* 2, *Intranſ.* *Act.* جُنُو, Injuſtitia, & falſitate uſus fuit. 3, Crimen, peccatumve commiſit. Deut. 19.15. جَنَى عَلَيْهِ جِنَايَة Imputavit illi crimen, quod non commiſit, falsò accuſavit. *Utrinque eſt* 4, Propinquum fuit *tempus. Gigg.* 5, Invitus *aliquid* fecit. *cc* على. *Id.* II. *alt. Je. i. q.* جَنَّ *vel pro eo*; Inſanivit, & Inſanire aliquem dixit. Act.26.24. IV. *i. q.* 1. I. *cca. et Intranſ.* Maturos carpi*que* idoneos fructus habuit *arbor*; *et.* talis fuit *fructus. it.* Abundavit terra iis, quæ ceu fructus carpi colligi*que* poſſent, *uti tubera*, herbis gramine. & Copioſum fuit *gramen ſ. herba.* V. Crimen imputavit. Criminatus fuit *aliquem. cc* على Gen. 43. 18. 2, Prætextum falſam*que* quæſivit cauſam. VIII. *i. q.* 1, I. Decerpſit, collegit. *cca.* 2, Pluit, & bibit aquam pluvialem. *Gigg.*

جَنْي *Act.* 1, I. & جَنَاء *Coll.* ﻩ *Zjenâton Unit.* Quod decerpitur, legitur*que*, fructus: *Gol. aurum, mel, dactylus acerbus. Bd. Gigg.* Quies: modeſtia victûs. *Id.*

جَنِيّ Carptus, decerptus, collectus. جَنِيَّة Veſtis *ſ.* pallium ex ſerico craſſiori. *Gigg.*

جَانٍ *Ag. pro* جَانِي, *Pl.* جُنَاة, جُنَّاء & أَجْنَاء *irreg.* Carpens, legens. 2, Peccator, reus. Injuſtè agens.

جِنَايَة *Act.* 3, I. & *Pl.* جِنَايَات, *ipſum* Peccatum, crimen, iniquitas. Calumnia. Deut. 19.15. 1 Tim. 3.6. *c.* 5.12.

גנז גְּנָזִים m. Theſaurus, gazæ, ærarium. *Pl. Conſt.* גִּנְזֵי Eſth.3.9. Ezech.27.24.

גַּנְזַךְ m. Gazophylacium, repoſitorium. *Pl. Aff.* וְגַנְזַכָּיו 1 Par.28.11. *R. Sal. ſcribit eſſe locum in quo theſauri ſacri aſſervantur.*

CHAL. גְּנַז Abſcondit, recondidit, repoſuit, reſervavit, theſaurizavit, 2 Reg. 20. 17. *PP.* גְּנִיזָא 1 Sam. 25.29. *Pl.* Deut.32.34. Hoſ.13.12. *Fœm.* דִּגְנִיזָן Prov. 30. 18. *Ithpe. Fut.* Iſa. 23. 18. *Tal.* יִגְנַז Reponetur, occultabitur. *Menach. f.* 29.2. גְּנַז Cella. *Rab. Pl.* דְּבָרִים גְּנוּזִים Res reconditæ נִגְנְזוּ מֵהֶם Abſconditum ab iis גנוזין Libri Apocryphi. *D. Hotting. Cl. Script. p.* 520. *It.* Quædam S. Scripturæ partes, quarum adoleſcentibus interdicta eſt lectio; *ſc.* Gen. Cant. *finis* Ezech. &c.

גְּנַז גִּנְזָא Theſaurus, repoſitorium, fiſcus, ærarium, gaza. *Aff.* Hoſ. 13. 15. *Pl.* גִּנְזַיָּא Ezr. 5. 17.

גְּנִיזוּ, גְּנִיזוּת Abſconſio, repoſitio.

גְּנוּזְבָא Sculptum, *Jalkut. f.* 31.2. *ex Breſh. rab. ſ.* 61. *ubi in Gloſ. explicatur* אוצר גנוז וחתום Theſaurus abſconditus, & obſignatus.

גִּינְזָק *Nom. propr.* loci. *Jalkut f.* 104.4.

SYR. ܓܢܝܙܐ Abſconditus, reconditus, occultus, tectus. Act.17.23. *Ethp.* ܐܬܓܢܙ Abſconditus eſt.

ܓܢܝܙܘܬܐ Occultatio.

ܓܢܙܘܪܐ Cumulator theſauri. *F.*

ÆTH. ገነዘ: Involvit, operiit; veſtiit, abſcondit. Mat. 27.59. Marc. 15. 46. Luc. 23. 53. Joh. 19.40. ግኑዝ: Involutus. *c.* 11.44.

AR. جَنَزَ *Fut.* A. Texit. 2, Collegit. *cca.* II. Feretro funus impoſuit. *cca.* Exequias celebravit. Jud.8.32. & *Nom. verb.* Funera. Rom.14.6. *tit.*

جِنَازَة, ﻩ, *vulgò c* جَ, *Pl.* جَنَائِز, Funus. Eccli. 7. 36. Jer. Epiſt. 31. & Feretrum cui impoſitum funus: hujus expers سَرِير *vel* نَعْش *dcr. à tegendo ſ. quod colliguntur ſuper mortuo veſtes, cùm in feretro collocatur.*

גנח CHAL. גְּנַח Tuſſivit, excreavit, cum vi & tuſſi acri ejecit. *It.* Suſpiravit, ejulavit, ululavit, lamentatus eſt cum gemitu, *vel* ſingultu. *Breſh. rab. ſ.* 32. *fi. Roſch haſchana f.* 33.2. גונח Tuſſienti lac caprinum ſugere *lz.* in Sabbato. *Ketubh. f.* 60.1. *It.* Commotus, compunctus eſt *Berach. f.* 59.1. *It.* Exſcidit, caſtravit, *Metz. f.* 90. 2. *Sic Aruch ex Targ.* Pſ. 8.9. דְּגָנַח Qui ſecat (tranſit) *ſemitas maris. Pſalt. Neb.*

גְּנִיחוּתָא, גְּנוּחַ, גְּנִיחָה Tuſſis, excreatio: Aſthma: *It.* lamentatio, ejulatus, ſuſpirium. *Chol. f.* 51.2.

SYR. *Ethpe.* ܐܬܓܢܚ Commotus, compunctus, perculſus animo fuit. 1 Reg. 20. *Maſ. Pec.* Act. 2.3.

ܓܢܘܚܐ Cornupeta. *It.* Pugni impactio, cornupetitio.

ܓܢܚ ܠܒܐ Compunctio, oppreſſio cordis. *F.*

ܓܢܘܚܬܐ Violenta. Judæ 16.

ܓܘܢܚܐ Impudicitia, obſcœnitas; *It.* Timor, ſtupor; compunctio, gemitus: Lipothumia.

ܓܘܢܚܐ Sciſſura terræ, Terræmotus; Terror, tremor. *F.*

AR. جَنَحَ *Fut.* A. Inclinavit, propendit. Declinavit. *cc* عن & الى. Prov. 3.7. *c.* 4.15, 27. *c.* 5.12. *c.* 7. 25. *c.* 9.4,16. *c.* 14. 16,27. Eſa. 9.20. Act. 18. 20. Impegit *navis.* Act. 27. 41. *Erp.* Lateri alicujus adſtitit. *Gigg.* 2, Citò inceſſit. 3, *med. Keſr.* Contigit, percuſſit, læſitve, in ala *volucrem. cca.* & *in Paſſ.* Ruptas habuit coſtas *camelus* ex oneris gravitate. IV. *Tranſ.* 1, I. *ccap.* V. In unum vergit latus. VIII. *i. q.* 1, I.

جُنْح & جِنْح Pars *ſ.* vigilia *noctis* & *poſt.* Latus *viæ.* Tractuſ*que hominum*, ubi conſident, quieſcunt*que. et* Aſylum: præſidium. *Gol.* & *c He fin.* Pedum. *Sch. At Med. Damm.* Magnus. *Gol.* & *ganah*, cithara, monochordon: *ab alæ ſimilitudine*; *et* Grex ovium, vaccarum. *Sch.*

جَنَاح, *Pl.* أَجْنِحَة, Ala. Pſ. 14. 10. *Ro.* Pſ. 17. 11. *et* 54. 7. *et* 77.27. Malch. 23.37. Ap. 9. 9. *ſpec.* exercitûs. *et* Manus hominis. *et.* Pinna piſcis. Lev. 11.9,10, 12. Deut. 14. 9, 10. *c.* 32. 11. *et* Pinnaculum. Matth. 4. 5. Luc. 4. 9. *et* medicamentum ſimplex *Avic.* I. *p.* 154. *l.* 33. *et* 140. 5. *Ar.* 2, *Andaluſiis* Helenium & *c* النسر ala aquilina *i. e.* Carduus altilis. 3, Mulier nigra. & *primâ Keſr.* Ordo *unionum, vel* Quicquid ſimul contextum & conſertum. *Gigg.*

جُنَاح Crimen, culpa, reatus. Act. 22. 25. *Erp.*

جُنُوح *Act.* 1, 2. I. & Adventus *noctis: eamque* ingruere.

جَانِحَة, *Pl.* جَوَانِح, Coſta, *propr.* inferior, anteriorve, pectus reſpiciens: quæ dorſum ſpectat, ضلع *dcr.* & *Pl. pro Hebr.* מסגרות clauſuræ, Alæ *baſium.* 2 Reg. 16. 17. جَنِحَة Alatæ *volucres.* Pſ. 148 10.

¶ ܓܢܛܝܐܢܐ Medicamentum de Serpente confectum. *BB.*

ܓܢܛܝܐܢܘܣ & ܓܢܛܝܐܢܐ Gentiana, *herba.*

AR. جَنْطِيَانَا, ﻩ, Gentiana, *à Gentio rege, primo ejus inventore, ita dicta. Avic.* I. *p.* 152. *l.* 22,25. *Ar. Dioſ.* III. 3.

גני ÆTH. ገነየ: Confeſſus fuit. *Imp.* Pſ. 29.4. &, 32. 2. *Fut.* 7. 18. &, 9. 2. *et*, 17. 53. Subjectus, ſubditus fuit. 1 Cor. 15. 28. *Imp.* Pſa. 36. 6. *Fut.* 59. 9. Pſa. 107. 10. 2 Cor. 10. 5. Heb. 1. 2. V. ተገነየ: Converſus, confeſſus eſt, reſipuit. Luc. 17.4. ገኒ: Confeſſio, pœnitentia. Luc. 1.17. t. *Scalig. d. Em. Temp. p.* 703. ተገንዮ: Id. Pſ. 99. t. 4. 1 Tim. 2.1.

גנך CHAL. גּוּנְכָא Stragula, *Lat.* Gaunace, *vel* gaunacum, *Hanc lectionem probant*

probant. D. Ki. R. Sal. & Aruch. Jud. 4. 18. *Ubi D. Ki. vertit* operimentum craſſum, & villoſum. *Gr.* ἀμφίταπος. *Sic* 2 Reg. 8. 15. *in noſtris eſt* נותבא *in al. a.* נוּנְבָא *v. Bochart. Chron. ſacr.* II. *p.* 741.

ננם SYR. ܓܢܘܣܐ Permiſſio, conceſſio.

AR. الجنمة Res univerſa, coacervata. *Gigg.*

ננס CHAL. נְנִיס γενής Generoſus, illuſtris, nobilis *genere* וּבְרַת נְנִיסִין Et filiam ſtemmatis *viz.* Regiæ. *Jalkut f.* 78. 3.

נְנִיסָא, נִנּוּסָא, נְנוּסָא γένεσις, γέννησις, Generatio, nativitas, familia, ſtemma, genus. Gen. 40. 20. *Ion. in Breſh. rab. ſ.* 88. *ſcribitur* יום ננסיא *ut Gr.* γενέσια. *T. H. Roſh haſh. c.* 3. *conſt.* נְנִיסַת Job 32. 2. Eſth. 4. 14. *Aff.* Lev. 20. 5. *Jon. Pl.* נְנִיסַיָא Pſa. 107. 41. נְנוּסַיָא Eſth. 3. 8. *conſt.* נְנִיסֵי Gen. 10. 5. *Jon. & fæm.* נְנִיסָת Pſa. 22. 28. *T.* עו׳. *c.* 1. ננסי Γνῶσις, notitia. *Sota f.* 36.

הוננסים εὐγένεια Nobilitas. *Breſh. rab. ſ.* 100.

ננסדרופס *v.* ננר.

נְנַסְטְרָא Forfex. *Moed ka. f.* 18. 1. *Pl.* בננוסטרי *Nidda f.* 17. 1. *Aruch legit* ננוסטר.

נְנֵיסַר, נְנוּסַר, נִינַּסַר Geneſar. *ab Heb.* כִּנֶּרֶת *reſecto,* ת, & ס *inſerto. No. prop.* terræ & maris, *ſ. terra à mari, ſ. mare à terrâ nomen acceperit.* Num. 34. 11. *Jon.* Deut. 33. 23. Joſ. 11. 2. c. 12. 3. *Nomine* יַם Maris, *Hebræi etiam* lacus *intelligunt, unde* Lacus Geneſar *dicitur a Plinio l.* 5. *c.* 15. & *in N. T.* Luc. 5. 1. *et Hebræi illud paſſim vocant* יַם טְבֶרְיָא Mare Tiberiadis. *q. ſec. Plin.* Tiberiaden ab Occidente habuit. *v.* Joh. 21. 1. *alibi* Mare Galileæ *dicitur* Joh. 6. 1. *Tributa a. fuit hæc terra, vel pars ejus, tribui Naphtali, v. Targ.* Deut. 33. 23. *et* Joſ. 19. 34. *Ex Naphtali a. egreſſi dicuntur principes mille.* 1 Par. 12. 34. *qui in his locis ſuas delicias quæſivêre.*

ננוסר *der. ſec. Heb. q. in eo* גַּנֵּי סָרִים *vel* גַּנּוֹת סָרִים Horti regum, & principum, *ab amœnitate & culturâ. v. Megilla f.* 6. 1. *Peſach* 8. 2. *et D. Lighfoot Cent. chor. p.* 130. 142.

נְנַסְרִין Gigantes. Prov. 9. 18. *In. Ven. pro quo leg. vr.* נְנִבְּרִין *v.* נבר.

SYR. ܓܢܣ, ܓܢܣܐ γένος Genus, familia, ſtemma; generatio, nativitas. Deut. 4. 16. *Aff.* Gen. 1. 11, 12. *It.* Genus Logicum.

ܟܠܓܢܣ Omne genus. Exod. 8. 21.

ܓܢܣܝܬܐ Hortus.

ܓܢܣ Oſtendit, demonſtravit.

ܓܢܣܢܘܬܐ Oſtenſio, monſtratio. *F.*

ܓܢܣܐܪܕܘܣ *Ita dicuntur* Gigantes qui ante diluvium vixerunt; *q. d.* Antiquiſſ. generis.

ܓܢܣܛܪܐ Natator.

ܓܢܘܣܣ Cunoſorchis, *herba.*

SAM. ࠂࠍࠎࠄ Genus. Gen. 7. 14.

AR. جنس Maturuit *dactylus.* II. Homogeneum fecit. III. Congener, & ſimilis fuit. *Avic.* I. *p.* 34. *l.* 32. & 217. 17. *Ar.*

جنس, *Pl.* أجناس, جنوس, Genus. Jud. 12. 4. Eſ. 42. 6. *et* 49. 6. Eccleſ. 2. 7. Mat. 17. 21. *et* Stirps. Eſ. 38. 12. Act. 7. 3, 13, 14. Philip. 3. 5. *Erp.* Species, modus. *Avic.* I. *p.* 1. *l.* 37. & 33. 20, 21. & 68. 32. *ſeq. Ar. & vulgo pro* مجانسة, *à Conj.* III. جنس الاجناس Genus generaliſſimum *Logic.*

جنس Concretio *aquæ, &c.* جنيس Homogeneus. جنيس *Nom.* piſcis albi, fulvique.

تجنيس Aſſimilatio generis. *pec. Philol.* Paronomaſia.

جنسية Convenientia generis. *Avic.* I. *p.* 50. *l.* 36. *Ar. et* Vernaculi *ſ.* genti cuipiam proprii *morbi. Avic.* I. *p.* 39. *l.* 30. *Ar.*

الجناسرية Mercatores valdè avari Batſarienſes. *Gigg.*

ננע AR. جنع Herbæ exiguæ. *Gigg.*

جنيع Id. *et* Granum quoddam ſuper arbores, velut nigella. *Id.*

جنعدل *et* جنعدل Vir obeſus, craſſuſque.

جنعط Vecors. جنعبط Brevipes.

جنعاظة Helluo, vorax.

¶ جناع, *Perſ.* چناع *Tzunâg,* Cingulum latius, quo tegumentum exterius ephippio adſtringitur. Res pertinens ad ephippium.

ננף Syr. ܓܢܩܘܪܣ Colocynthis.

SAM. ࠂࠍࠐࠄ Pennatum. Gen. 1. 21.

ÆTH. ገንጸለ፡ Evertit, deturbavit: *conv. c. Ar.* Luc. 19. 45. መጕንጽ፡ Pharetra. *Pl.* መጕንጸት፡ Pſa. 10. 2.

جنف *et* جنفل

AR. جنف, *Act.* جنف, جنوف, *Fut.* A. Declinavit *à via. cc* عن. *pec.* à vero, *et* juſto. IV. Id. *et* Iniquus fuit; *et Tranſ.* Comperit talem. *cca.* VI. *i. q.* I. Declinavit, deviavit.

جنافي Verſutus, ac doloſus. أجنف Qui declinat à juſto: *pec.* in teſtamento, aut mandato. 2, Inclinatum, ac incurvatum dorſum habens.

مجنف Declinans. جنفور, *Pl.* جنافير, Sepulchrum, *ceu* Ado, *vel* Aditis, coævum, *et* perantiquum. جنفرانا *Gr.* γάγγραινα, Putredo. *BB.* *vdr. Phe poni pro Gain.*

ננץ SYR. ܓܢܘܨܐ Obtrectatio, contemptio.

ܓܢܘܨܝܬܐ Id. *F.*

AR. جنص, *Act.* تجنيص, Mortuus fuit. 2, Fugit præ terrore. 3, Acutè intendit *viſum ſuum, aut* aperuit *oculos ſuos* præ terrore. *cca.* 4. Ejecit, excrevitve *ſtercus ſuum, cc* ب.

جنيص Mortuus, vitâ defunctus.

اجنيص Deſes, qui præ ſegnitie non exit loco ſuo. Trepidus, qui lentè quid aggreditur, *it.* Bardus & ſtupidus *homo,* qui nec proſit, nec noceat.

ננק AR. جنق, *et* II. *it.* Q. منجنق, Baliſtâ *ſ.* machinâ lapides jecit.

منجنيق, *Pl.* منجنيقات, مجانيق, مجانيق, *c* ل *pro* ن *ult. Gigg. à Gr.* Μάγγανον, manganum, *ſc.* Machina bellica petraria, quâ jaciuntur ſaxa, & moles. Jer. 39. 2. *Seld. c.* 52. 4. Ez. 4. 2. *c.* 17. 17.

ננר SYR. ܓܢܪܐ Palear bovis, & equi.

ܓܘܢܪܐ Vola manûs, pugillus, alapa, vehementior percuſſio capitis pugno.

AR. جنار, *à Perſ.* چنار, Platanus arbor. *Dioſc.* I. 107.

جنور & جنور Piſtillum tritici, & hordei. *Gigg.*

ננש SYR. ܓܢܝܫܐ Tetanus morbus. *F.* ܓܢܝܫܬܐ Muliebris, Gen. 32. 32. *videtur convenire c. Gr.* γενέσεια, & γένεσις, *qſ.* Nervus generans, *ſ. cavernoſus.* (*ſic dicuntur penis Coles, ac ſi diſtincti eſſet uſûs à Sentiente & Movente, de quibus Medici, atque ideo,* Muliebris *dictus,*) *cum Hebr. quibuſdam apud Ab. Ezr. eſſet hic intelligendus. Doctioribus autem minimè arridet. Fortè igitur* ܢܫܝܐ *vel eſt, i. q. Heb.* נשה *& Ar.* نسا (*priùs etiam c* א *ſæpius, idque ita in omnibus occurrit exemplaribus*) Defectûs, percuſſionis, ſtupefactionis *ſignificatum habent, quod ei tribuerint LXX. V. La. &c.* ܓ *a. protheticè tantum additur τῷ* ܢܫܝܐ, *ut Ar. etiam nonnunquam ſolet, ſic* جفل *idem eſt q.* جحفل *&c. vel eſt à* ܓܢܫ Obriguit, obſtupuit, (*quod non in uſu, unde* ܓܢܝܫܐ Tetanus: *vel denique H.* נשה, *et Syr.* ܢܫܝܐ *ut Ar.* نسا *ſunt expon.* Nervus qui per coxam ad talos fertur, *d. quo v. Avic.* I. 29. 2. *Ar. Atque in hujuſce partis tactu conſiſtere vr. vel maxima luctandi dexteritas, v.* Jud. 15. 8. *Quamvis ſupernaturale quid hic agnoſcendum etiam.*

AR. جنش, *Fut.* I. *i. q.* جاش, Commota fuit *anima ejus, mortis ergo. cc* ل. 2, Sterilis fuit *locus,* & annonæ inopiâ laboravit.

جنش *i. q.* جانش, Propinquus, ac vicinus locus. 2, Evacuatio putei, cum ejus exhauritur aqua. *et* cùm homines accedunt ad alios. & *i. q.* صرع. (فرع *Cod. Seld.*) & توقان. & غلط. *Gol.* Cùm quid craſſum eſt; & *contra* cùm quid modicum, rarumve eſt. *Gigg.* 2, Tempus ante auroram, *aut* poſtrema pars diluculi. 3, *c He fin,* Glareoſus *puteus.*

جناسر Genaſar, *nom.* loci. Matth. 14. 34. Luc. 5. 1.

ננת SYR. ܓܢܬܐ *i. q.* ܡܚܡܝܢܐ *BB.*

AR. V. تجنت Alienam ſtirpem arrogavit ſibi. 2, Propenſo affectu fuit, & amavit. 3, Involutum texit. *cc* على *r.* & Expandit alas, conſeditque *avis.*

جنت *qs. pro* جنس, Genus, ſtirps. Sap. 3. 12.

جنتي & *c* ة, Qui loricas *ex annulis* contexit. 2, Optimi ferri genus. 3, *Pl. c He fin.* Gladius. Lorica.

جنتر & جنتر, *Pl.* جناتر, Camelus magno corpore, & obeſus.

جندورة *i. q.* جمدورة, *ſ. alterum pro altero. Gol.* Locus in quo ſit aqua lapidibus commixta. *Gigg.*

ננס CHAL. נַס נְסַס Inflatus, craſſus fuit, intumuit. *It.* Lethalitèr ægrotavit, agonem mortis egit. *Tal. Ohol. c.* 1. *Aph.* אַנִּים Inflavit, extulit: *Fut.* Deut. 17. 20. *Jon. Tal.* והנים & extulit ſe. *Jalkut par.* 1. *f.* 239. *Part.* מנים *Berach. f.* 19. 1. Nimium laborans. *Aruch Aq. DP. It.* Comedit. *Vajicr. r. c.* 28. & Ollam, *vel* lebetem lingulâ purgavit à ſuperfluis.

נִיסָא, נַסָּא, נִסְסָא Telum, jaculum: *It.* Latus, *Kidduſch. f.* 72. 1. *Chol. f.* 51. 2. *Pl.* נִסְסִין Tela, 2 Sam. 18. 14. & נִסְסִן Latera, Eſa. 60. 4. נִסְסַיָא Ilia, Lev. 3. 4. נַס Elatus, faſtuoſus נַס רוּחַ Elatus ſpiritu, *Betza f.* 25. 2. *Chirurgis cum primis tribuunt, Kidduſh* 82. 1. *It.* Craſſus, rudis: magnus, copioſus: *Sota f.* 7. 2. *Fœm.* ניסא נַסָּא *Chol. f.* 18. 2. *Nidda.* 2. 2. Cumulus. *GF.*

נַסוּת Elatio, tumor, inflatio, Pſal. 10. 2. 4. Eccleſ. 7. 9. *Aff.* Eſth. 3. 8. *Targ.* 2. *Reb.*

כל אדם שיש בו גסות רוח לסוף מתמעט Omnis homo in quo eſt inflatio ſpiritûs, tandem diminuetur. *Sota f.4.2. & 5.1. Confer* Luc.14.11. *Alibi*, Eſt iſtiuſmodi, כאלו עובד ע״ז qs. Idololatra.
גַּסְיָתָא Craſſi, imperiti, rudes, ruſtici homines. *Ba. kama f.*114.1.

SYR. *Aph.* ܐܓܣ Incubuit, recubuit. *Part.* ܡܓܣܝܢ 3. Eſd.4.10.

ܓܣܐ Latus *ſubſtant. It.* Gazæ, divitiæ.

ܓܣܝܣܘܬܐ Deſideriû habendi fœtus, *ſ.* prolê.

ÆTH. ገሠሠ ፡ & ገሰሰ ፡ Palpavit, tetigit. 1 Joh 1.1. *Fut.* Pſ. 133. 33. *et* 113. 15. *et* 134.17. Mar.3,10.

AR. جس *i.q.* مس, *Act.* جس *Avic.*I. *p.*21.*l.*19. & *ipſe* tactus. *p.*62.20. *Ar. Fut.* O. *Hebr.* גשש, *i. q. prox. prac. Æth. cca.* Luc. 24. 39. 2, *qs.* Palpitando inquiſivit & cognoſcere ſtuduit. Gen.27.12,21,22. *et* 31.34. *ut venam ægroti. Avic.*I. *p.*62. *l.*22. *Ar.* & Captavit *nuncium, uti explorator.* Exploravit *terram.* Num. 13. 3, 17, 18,22,26,33. E. *et* 14.7. *Erp.* Joſ.2. 2, 3. Gal. 2. 4. *Erp. cca. qs.* جس بالعين palpavit oculo. V. *i.q.* 2, I. *cca.* Palpitavit *tenebras.* Job 12. 24. VIII. *i.q.*I. *cca.*

جس Vox, quâ camelus increpatur. *Gigg.* جساس Leo. *Id.* 2, *c He fin. & primâ Fhath.* Jumentum in inſula quadam, quo fabulantur Antichriſtum res exploraturum. *Id.*

جواس & جاسوس, *Pl.* جواسيس *Ch.* גשושא, Captator nuncii, explorator. Gen. 42.9, 14, 30. Joſ.2.1. Luc. 20.20 Heb. 11. 31. Jac.2.25. *Erp.* 2, *ſecund. Gjatſous* Gjaſus, *Crem.* Jeſus, medicina ſimplex: facultas & natura ferè ei ineſt, qualis Gjelbehenoco. *Avic.*I. *p.*156.*l.*19. *Ar.* Herba, quæ multùm ſimulatur operationi Ellebori; *vel* Nux vomica. *Bd. ex Sylvat.* 3, *prim.* Senſus *hominis*; مجاس, Cameli palatus, & *Metaph. i. q.* *vel* os. *Proverb. de eo, qui illa teſtetur, quæ apparent, & ex intrinſecis cognoſcuntur; ut camelus, cùm cibus bonus eſt, illo aſpiciendo ſatisfit, abſque quòd illum palpet, & verſet.*

مجسة *Act.*1, I & Locus, ubi quid palpatur exploraturque, *ut à medico ægri pulſus. Gol.* Anguſto pectore quiſpiam. *Gigg.*

المجس Specillum, quo vulnerum fiſtularumque altitudo pertentatur. *Avic.*I.*p.*109.*l.*43,44. *Ar.*

גסא SYR. ܓܣܐ Eructavit, vomuit, effutivit. *Part.* Prov. 15.2. *Pl.* Pſ.94.4.

ܓܣܐ Femur. 2 Reg. 9. *Maſ. Pecul.*

ܓܘܣܐ Ructus, eructatio. *Pl.* ܓܘܣܐ̈

AR. جسا وجسا & c س B B. *Act.* جسا، جساء، جسو، Fut. A. Induruit *manus ex opere.* & Obeſus factus fuit. Deut.32.15. *in Paſſ.* Induruit *terra.* & Exaſperatum fuit *membrum. Avic.* I. *p.*81. *l.*20. & *Part.* Durus. *p.*589.13. *Ar.*

جس Cutis aſpera. 2, Aqua congelata. جساة، جسية،

Durities manûs. جساءة Firmata opere, & indurata *manus.*

جاساة Durities, & aſperitas.

גסד AR. جسد Adhæſit in corpore *illi ſanguis. cc* ل *p.* Siccior evaſit, & agglutinatus fuit. IV. *Tranſ.* I. & *Paſs.* Imbutus, *qs. incorporatus,* tincturâ fuit *pannus.* V. Corpus factus fuit, *ſ.* aſſumpſit carnem, *aut* corpus; *hinc Nom. Verb.* Incarnatio. Pſ.23.*t. et* 28.*t.* & 34.*t.* & 40. *tit.* & Compactus: *Int. Avic.* I. *p.* 167. *l.* 15. *Ar.* & *Part. Adverb.* Corporaliter. Col. 2. 9.

جسد *Act.*I. &, *Pl.* اجساد, Corpus. Gen. 2.24. Pſ.15.9. & 37.4,8,21. & 39.7. Rom.8.12,13. *E.* Gal.5. 24. E. Judæ 8. *Erp.* 2, & جساد. Crocus., & *prim.* Res tinctoria ſimilis. 3, Sanguis. عجلا جسدا *in Cor. Sur.*20.87. Vitulum ex auro fulvum *quidam exponunt.*

جسداني، ة, Corporalis, 4, *prim. c Je fin. i.q.* carnalis. Rom. 8.5,12,13. *E.* Heb.7.16. *E. et* 12.9. *Erp.*

جسد & جاسد Corpori adhærens, ſiccior, agglutinatuſque *ſanguis.*

مجسد, *Pl.* مجاسد, Plenâ, & firmâ tincturâ imbutus *pannus.* 2, & *c Keſra prima pro eo,* Pars corporis, quam tangit veſtis. مجسد Suavis & blanda *vox: cùm extollitur inter plures inflexiones. Gig.*

גסו AR. جسا, *Act.* جسوا وجسا, *contr.* لد لطئ, Durus fuit. *et* Decrepitus evaſit, *qs.* riguit membra *ſenex. et* Conſtricta fuit aqua. III. Adverſatus fuit. *cca.*

جساء، ة, Durities. الجسو, *al. per Schin.* Equus levis. *Gig.*

גסט CHAL. נִסְטְרָא Sectio, fragmentum, res rupta fracta, *vel* diſſecta, *pec.* in partes duas, *qs.* נסי תרי Duæ partes, *Chol. f.* 21. 1. *v.* & *f.* 52. 1. & *f.* 124. 1. עֻ 13. 2. *Sanh. f.* 52. 2. *It.* Vas teſtaceum ruptum, *ac* fiſſum, teſta; vaſculum quod alii vaſi ſupponitur ad recipiendum ſtillas, *Kelim c.* 2. *Schab. f.* 96. 1. *vr. Gr.* γαςὴρ, γάςρα, *vel* γαςέριον, *Mickvaoth* 6. *ſ.* 6. *Miſ. It.* Præfectus, dominator, *Schab. f.* 121.1. *v. et Berach. f.*32.1. Regio, comitatus, *Vajik. rab.*23. נִיסְטְרוֹן *et* נסטרון Fruſtum, *Metz. f.* 23. 2. *It.* Orichalcum, *vel potius* Stannum. *Bochart. Geogr. ſa. p.* 721. *Menach. f.*28.1. *Baſra* 89.2. *It.* Cochlear deſpumatorium, ſpatha, *Sch. f.* 123.2. אֱנִיסְטְרוֹן Privilegium. Pſ.84. Eſa.6. *DP.*

גסל AR. جاسول Urtica. *Sch.*

גסם ÆTH. ገሠም ፡ Cras. Mat.6.34. Luc. 12.28. Act.4. 3.

AR. جسم, *Act.* جسامة, Magno corpore fuit. II. Corporeum, corpulentum, magnumque effecit. V. *Paſſ.* II. Incarnatus, incorporatus fuit. 2, Corporeus, corpore *ſimpliciter, et* magno, præditus fuit. 3, *Tranſ.* Delegit *ex aliis viris: qſ. corpus ſumpſit. cca. et* Petivit ipſam perſonam, *vel* rem, *et* ad eam بأي 4, Majus, & præſtantius contendit. *cca. uti* quid propoſuit ſibi, *et* aggreſſus fuit. & Juxta certam plagam tractumq; cepit ſibi *terram. cca.* & Majore, ac difficiliore parte ſubivit *negotium, aut montem. cca.* Eccleſ. 12. 11.

جسم, *Pl.* اجسام, *i. q.* جسمان, *Ch.* נשם & *per Aphær. Gr.* σῶμα, Corpus. Pſ 83.3. *et* 118. 120. Eccli.11.12. Act.19.12. *Erp.* 2 Cor.10.10. *E. et* Solidum. *Mathem.* & *tert. ipſe* Corporis habitus.

جسيم، ة, *Pl.* جسام، جسام، (اجسم *Comp. et ſuperlat.*) Magnus. Eccleſ.10.6. Sap. 3. 5. Act. 4.33. 1 Tim.2.2. Corporeus. 2, *ſecund. c He fin.* & *prima phath.* Dignitas *honorum.* Sap.2. 22. *et* 6.8. Excellentia *virium.* 2 Cor.4.7.

مجسم Solidus: ternâ conſtans dimenſione. *Eucl.*1.

جسمور Cùm quid à dorſo hominis erectum exſtat.

גסן SYR. ܓܘܣܢܝܐ Cingari, *ſ.* Nubiani. *Ang.* Gypsies *v. Vulcan. de Linguâ Get. p.* 100.

AR. XI. اجسانّ Durus fuit, obriguit.

جسان Qui الدف pulſant: tympaniſtæ. 2, *i. q. Syr.*

جسنة Piſcis rotundi ſpecies duas chelas habens. *Gol.* duos pulmones. *Gigg.* duo cornua. *Bd.*

גסע ÆTH. ተገሠዐ ፡ ተገሰአ ፡ *et* ተገሠአ ፡ Ructavit, eructavit. Pſa. 18.2. *et* 37. 8. *et* 44. 1. *et* 144. 7. *Miſſ. Æth.*170.3. Pſ.118. 171. IV. አገሠዐ ፡ *et* አገሰዐ ፡ *Miſſ. Æth.*172.2.

AR. جسع *i. q.* دسع, *ſ. pro eo, Fut.* A. E rumine, ventreve pabulum rejecit *camela. Gol. et* Obeſa fuit. *Gig.* 2, Vomuit. VIII. *i. q.* 1, I.

جلسع Longinquum *iter.*

جسوع Tenacitas, cùm quis nihil donat, *aut* largitur.

גסף CHAL. גּוּסְפָּן Sella, ſedile. *Pl.* גּוּסְפְּנִין Iſa.10.32. *Ven.* Rhedæ, *vel* currûs genus. *GF. v. Cl. Bochart. Geogr. ſa. p.*746.

SYR. ܓܣܦܬܐ Pinna piſcium. *F.*

גסץ ÆTH. ገሠጸ ፡ Corripuit, arguit, caſtigavit, erudivit; imperavit, increpavit, exhortatus fuit. Pſ. 9. 6. *et* 15. 7. *et* 22. 5. *et* 93. 12. Mat. 16. 20. Luc. 3. 18, 19. *et* 8. 24. Tit. 3. 10. Heb. 12.5,8. *Imp.* Pſ.67. 33. Mat. 18. 15. 1 Tim. 5. 7. *et* 6. 2. 2 Tim.2. 6,15. *Inf.* Tit. 1.9. *Fut.* Pſ. 37. 1. Mat. 16. 22. 2 Theſſ. 3. 12. 1 Tim. 1. 3. Tit. 2. 3. Heb. 12. 6,7,9,10. Apoc. 3. 19. V. ተገሠጸ ፡ Correptus, caſtigatus, inſtructus fuit. Pſ. 89. 12. *Imp.* 2. 10. *Fut.* 2 Tim. 3. 7,17. Heb. 10. 25.
ተግሣጽ ፡ Increpatio, caſtigatio; eruditio, diſciplina. Pſ. 17. 18, 39. & 79. 17. & 107. 8. 1 Tim. 3. 16. Heb. 12. 5,7.
መገሥጽ ፡ Reprehenſor. 1 Tim. 3. 2.

גסק AR. جوسق, *et c* س, *Pl.* جواسق, Arx. Palatium. 2 Par. 14. 7. & 26. 9, 10. & 27. 4. Neh. 1. 1. *et* 7. 2. *et* 12. 38,39. 2 Mac. 15. *fin.*

جسلق Cometa. *Sch.*

גסר CHAL. גוסרוהליא Morbi genus. *Jalkut in* Deut. *init. pro quo in Bemidbar rab. f.* 240. 3. *legitur* נוטה ודלריא Gutta (podagra) & dolor.

SYR. ܓܣܪ Rugivit, mugivit. *Particip.* Apoc. 10. 3.

ܓܣܪܐ، ܓܣܪܬܐ Rugitus, mugitus.

ܓܘܣܪܬܐ Flagellum, flagrum, ſcutica.

ܓܘܣܪܐ Cadaver. *F.*

AR. جسر, *Act.* جسارة, *Fut.* O. Auſus fuit. *cc* على *r.* 1 Sam. 13. 12. *et* 14. 26. Mat. 22. 45. Marc. 15. 43. Joh. 21. 12. 2, Strenuitate, animique audaciâ, *ac* magnanimitate polluit. 3, Definivit, decreto decîdit; & Intermiſit coitum *admiſſarius*; & Pontem validum effecit. *Gig. Ex* V. *Nom. Verb.* Audax. Eſa. 6. 5. VI. *i. q.* 1, I. Rom. 10. 20. *G. Nub.* 24. *l.* 21. *Ar. hinc Nom. Verb.* Audacia. Sap. 1. 10. & Contra invicem animoſi fuerunt, ac ſtrenuitate contenderunt.

جسر & جسر *Pl.* جسور, *Ch.* גֶּשֶׁר, Pons. 2 Sam. 19. 17. & *tert. c He fin.* Trabes *domûs.* Cant. 1. 17. 2, *prim.* & f. *c He fin.* Magnus, validus *camelus*, &c. 3, *tert. primâ Phath.* & *c He fin.* Audax, magnanimus. Procax, præceps. Prov. 9. 13. *et* 13. 3, 17. *et* 14. 14.

جسرب Longus.

גסת CHAL. נסתרא *i. q.* נסטרא *v.* נסט.

געע AR. جع Lutum comedit; & Conjecit aliquem in lutum, *vel* Luto appetiit. *Bd. Gig.*

Q. جعجع In anguſtum locum, carceremve conjecit. *cc* ب *p.* 2, Movit, compulitque *camelos* ad decumbendum, *vel* ſurgendum. *cca.* & In genua procubuit *camelus.* & Procumbentibus camelis conſtitit *vir*, conſeditve, *unà cum aliis* haud quietus. *cc* ب. 3, Duriùs, & importuniùs inſtitit debito exigendo. II. Semet terræ illiſit præ vehementia doloris.

جعجع & جعجاع, Locus angustus & malè olens, *uti carceres quidam.* 2, *inprim. poster.* Locus amplus, & pugnæ. *it.* Terra quævis, *ſpec.* groſſa & aſpera. 3, Vociferans valdè camelus. *et c He fin. ipſa* Vox camelorum; *it.* Strepitus molæ. *et Act. Verbi prac.*

געב A R. جعب *pro* جعف, *Act. ſign.* 2, جعب, Humi ſtravit. *cca.* 2, Evulſit, evertit. *cca. et.* Projecit. 3, Collegit. Repoſuit in pharetram *ſagittas. cca.* V. Humi proſtratus fuit. *Gol. et Part. Paſſ.* Mortuus. *Gigg. Bd.*

جعب Tumulus ſtercoris; *et primâ Damm.* Quod exit à parte ſub umbilico uſque ad oſſa podicis. *Bd. Gigg.*

الاجعب Ventris mole præditus: in opere remiſſus, *et* imbecillus. *Id.*

جعبوب Vir brevi ſtaturâ, viliſque.

جعاب Qui pharetras conficit. جعبة, *Pl.* جعاب, Pharetra. Gen. 27. 3. *Ar. Sam.* 2 Reg. 11. 10. Pſ. 10. 2. Eſ. 22. 6. *et* 49. 2. Jer. 51. 11. v. 12. *Seld.* Lam. 3. 13. Ez. 27. 11. 2, *ſecund. c He fin.* Ars pharetræ factiva.

جعبي, *Pl.* جعبيات, Formica rubra. 2, *c Ain Phath.* Dorſi pars prior. *Gigg.*

Q. جعبى, *Act.* جعباء, *pro* جعب, Humi proſtravit *enm. cca.* II. *Paſſ.*

Q. جعبر Proſtravit humi. *cca.* جعبر *i. q. Perſ.* درشت *Durusjt.* Durus. 2, *et.* f. *c He fin.* Brevis, craſſuſque *vir.*

¶ جعب سعب, *ita junctim, non ſeorſim,* Tumultum concitans, ſeditioſus. *Gol. et prim. ſeorſim Pl.* Viri ob laborem fameſcentes. *Gigg.*

געג AR. جعجرة, *Pl.* جعاجر, Res effigiata ex farinæ maſſa, quæ ſpiſſiori ſapâ tecta & cocta comeditur.

געד AR. جعد, *Act.* جعود, *et* جعادة, Criſpus fuit. II. Criſpavit *comam. cca. Avic.* I. *p.* 208. *l.* 39. & II. 154. 27. *Part.* Incriſpans *medicamentum. ib.* I. 19. 28. *Nom. Verb.* Criſpatio. *ibid.* 150. 24. V. Criſpa *ſ.* criſpata fuit *coma.* 2, In unum contractus fuit.

جعد, f. ة, *contr.* سبط, Criſpus capillus; & *Adject.* Criſpum *dracontium. Avic.* I. *p.* 199. *l.* 33, 35, 36. *Ar. et* Criſpâ comâ *vir. et* Criſpo denſove, & multo crine *camelus. Gol.* Denſus *exercitus. Bd. Gigg.* 2, Mollis terra. *et* Liberalis, honoratus.

جعد 1 اللغام 2 اليدين & الانامل 3 الابدال, *hoc eſt,* 1 Accumulata circa os cameli ſpuma. 2 *et. ſubinde ſine Adjecto,* Avarus. 3 Viciſſim, mutuò, ἐναλλάξ. *R.* 3, *ſecund.* f. Polium: *capitulum habet caſariei canæ ſimile. Plemp. in Avic.* I. *p.* 153. *l. ult.* & 126. 2. & II. 147. 33. *Ar. Dioſc.* III. 124. & ovicula, *quòd lupo grata ſit. Gigg.* قنا الجعدة *Damaſcenis* Adiantum *ſ.* capillus Veneris. *at* ابو جعدة *et* جعادة, Lupus.

جعودة *Act.* I. Criſpatio *ſ.* accumulatio ſpumæ ad os cameli: *et* Criſpitudo *capillorum. Avic.* I. *p.* 38. *l.* 44. *Ar. et* Cùm crines nigri ſunt *et* criſpi, more Maurorum, *quod vitio vertitur. Gigg.*

جعدب Civis. *Gigg.* 2, *c* ذ, *etiam c* ث, Bulla aquæ. 2, Tela araneæ. 3, Coloſtri portio, quæ inter hœdi recèns nati labia invenitur.

جعاديد Res quædam citrina, craſſa, ſicca, in qua laxitas, & enervatio. *Bd. Gigg.* Primum lac, quod à fiſtula uberum prodire incipit, *vel* ſperma adoleſcentum. *Id.*

جعذر Brevis, pumilio. جعدل & جنعدل Durus, & validus. 2, *prius* Camelus magnæ molis, & robuſtus.

جعذري, *et per* د, Heluo, gluto.

געה גָּעָה Mugiit, boavit, *propriè de vitulis dicitur. Inf.* וְגָעוֹ 1 Sam. 6. 12. *Fut.* Job 6. 5.

CHAL. גְּעָא *i. q. Hebr. Part. Plural.* וְגָעַיִן 1 Sam. 2. 5. *et* 6. 12. *Tal.* גועה Mugit. *Chol. f.* 37. גְּעָיָא Mugitus, clamor. *Gram.* גְּעָיָה Accentus Rhetoricus, *ſyllabam retinens, eamque mugitu quodam proferens.* גִּיעָתָא Ovum turturis, *citat GF. ex Midr.* Pſ. 87. *ſed pravè; legitur ibi* בֵּיעֲתָא. גַּעְגַּע Delectatus eſt. *v.* גוע.

SYR. ܓܥܐ Clamavit, vociferatus eſt. Num. 11. 2. *et* 12. 13. Deut. 26. 7. 2 Sam. 22. 7. *Part.* Gen. 4. 10. *Imp.* Gal. 4. 27.

ܓܥܬܐ Clamor, vociferatio. Gen. 18. 20. Heb. 5. 7. Jac. 5. 4. *Af.* Exod. 2. 23. *et* 3. 7.

SAM. ࠃࠏࠁ Fames. *Ar. Sam.* ࠅࠃࠏࠁࠄ Deut. 32. 24.

געו AR. جعو Cumulus merdæ camelinæ, *aut* ſimilis, manu congeſtus. *Gol.* Ligula, *ſ.* aliud quid ad conſuendum. *Gigg.*

جعة Vinum; *ſ.* Zythum, potus ex hordeo, qui loco vini habetur.

جعوة *et* جوة Ex nigro, rubroque color equi.

جاعية Stulta, fatua. جعاوة *et* جاوة Capſa, *vel* theca, in qua ollam recondit viator.

גען SYR. ܓܥܝܢܐ Abominabilis; *i. q.* ܓܥܝܐ *F.*

SAM. ࠃࠏࠁ *i. q.* ࠃࠁࠓ Tranſivit. Deut. 31. 13. *et* 32. 47. *unde* ࠌࠃࠏࠁࠉࠌ *Pl.* Torrentes. Num. 21. 14.

ÆTH. ገዐዘ፡ *i. q.* ገለዘ፡ *vel potiùs pro eo,* Rom. 3. 9. ገዐዝነሁ፡ Adjudicavimus, *ut c Syr. Ar. Oecum. &c. optimè hìc vertit Æth. v.* ገለዘ፡ IV. አግዐዘ፡ Liberavit, libertate donavit, privilegiavit. Joh. 8. 33, 36. Jac. 1. 25. V. ተገዐዘ፡ Liber factus eſt. Rom. 6. 18. ግዑዝ፡ Liber, a. Pſ. 87. 4. ግዕዝ፡ Libertas: *quo ſenſu in Bibliis noſtris non occurrit, neque in Miſſ. MSS. ve Æth. quæ mihi adhuc vidiſſe contigit: hunc tamen ei non denegaverim ſignificatum. Unde proveniunt qui ſequuntur omnes.* Conſcientia, *libertatis immaniter avida.* 1 Cor. 10. 28. 2 Cor. 1. 12. *et* 4. 2. 1 Tim. 1. 5, 19. 1 Pet. 3. 21. Mens. Rom. 8. 5. 2 Pet. 3. 16. *Ejus* exceſſus, ecſtaſis, *quâ anima, corporis per tempus qs. liberatur & ſolvitur compagibus.* Act. 10. 10. Diſquiſitio. Act. 15. 7. Mores, converſatio. Act. 24. 10. *et* 26. 3. 2 Cor. 2. 9. Eph. 4. 22. 2 Tim. 3. 10. 1 Pet. 3. 16. Ordo. Col. 2. 5. 1 Tim. 3. 12. 1 Pet. 4. 3. Natura, indoles, Genius, *poſter. qs. ab Æth. (Naturam & virtutes rerum* Genios *dicebant veteres. Auguſt. d. Civ. D. l.* 4.) Joh. 2. 25. Rom. 8. 5. 1 Cor. 9. 22. Phil. 2. 20, 22. Modus, ratio; *unde Angl.* guiſe. 1 Cor. 7. 7. አግዓዚ፡ m. አግዓዚት፡ f. Liber, a. 1 Cor. 9. 1. Apoc. 5. 11. *et* 6. 15. *et* 19. 18. f. Gal. 4. 22, 30, 31. & አግዓዚይት፡ v. 26. *Pl.* አግዓዝያን፡ Joh. 8. 36. 1 Pet. 2. 16. ግዕዛን፡ Libertas. 2 Cor. 3. 17. Gal. 2. 4. *et* 5. 13. 1 Theſſ. 1. 9.

AR. VII. انجعم *i. q.* جرع *ſ. pro eo,* Obſtupuit. Gen. 27. 33. *Ar. Sam.*

جعر *i. q.* جار, *ſ. pro eo.* جبا جعيران Herba quædam. *Gigg.*

געט SYR. ܓܥܛ Anguſtiatus eſt, coarctatus eſt: Surſum eminuit. *Sch.*

ܓܥܝܛܐ Abominabilis, odioſus. *F.*

ܓܥܛܐ Oppreſſio cordis. *i. q. Avic.* II. 10. 6. *Ar.* انضغاط, & ضغط. *c poſter. conſonat.*

AR. جعط, Expulit, inſectatus fuit, cohibuit *aliquem. Gigg.* IV. Fugit. *Id. Bd.*

جعط Craſſus corpore. 2, Retinere, inhibere.

جنعط, جنعاط, ة, Qui difficilis, *vel* pravæ eſt indolis.

Q. جعطر Fugit, tergum vertit. جعطر Craſſos clunes habens, eoſque gradiendo commovens. 2, *c He fin.* Inceſſus hominis tardi, ac lenti.

جعطار Pumilio craſſus. & Heluo obeſus. 2, *primâ Fhath. et c He fin.* Avidus, guloſus. Vorax & corpore craſſus. 3, *c He fin. i. q.* 2, *prox. ſeq. it.* Diminutus, & exilis mente, & Durioris indolis vir. *Gol. et* qui aliis damnum infert. *Gigg.*

جعطري Rudis & deformis. Craſſus. Vorax. 2, Pumilio, qui re aliquâ, quam non habeat, tumidus videtur, *vel* vanus oſtentator virtutis.

געל נָעַל Faſtidivit, expuit; Repulit, averſatus eſt. *cca.* Lev. 26. 44. *Part.* גֹּעֶלֶת Ezech. 16. 45. *Fut.* Lev. 26. 11. *Niph.* נִגְעַל Faſtidio fuit, rejectus eſt. 2 Sam. 1. 21. *Hiph. Fut.* וְלֹא יַגְעִל Et non faſtidit, *i. e.* cum faſtidio coit, & in caſſum ſemen ejecit. Job 21. 10.

CHAL. *Hithp.* אִתְגְּעַל Inquinatus, pollutus eſt. Iſa. 1. 6. *Part.* מִגְּעַל *pro* מִתְגְּעַל Iſa. 6. 5. *et* 28. 8. *Rabb. Hiph.* הִגְעִיל Abluit, eluit, expurgavit igne, *vel* aquâ; *dcr. de ſupellectili culinaria, et menſaria, de qua v. Orach Chajim, in ritibus feſti Paſchatis.* גְּעָלָה Expurgatio.

SYR. *Pael* ܓܥܠ Commendavit, depoſuit in fidem alicujus. *Aph.* ܐܓܥܠ Id. Lev. 6. 4. *Part.* Act. 15. 40. Rom. 16. 1. *Pl.* Act. 14. 23, 26. *Imp.* 2 Tim. 2. 2. *Fut.* 1 Pet. 4. 19. *Ethpeh.* ܐܬܓܥܠ Depoſitum, commiſſum eſt. Luc. 12. 48. 1 Tim. 6. 20.

ܓܘܥܠܢܐ Depoſitum. Lev. 6. 2, 4. Eccli. 41. 25. Tob. 1. 16. 2 Tim. 1. 14.

ܡܓܥܠܢܘܬܐ Commendatio. *F.*

בַּעַל דִּין Dominus litis, Perſona litigans. דִּינֵי מָמוֹנוֹת Judicia pecuniaria. דִּינֵי נְפָשׁוֹת Judicia animarum, capitalia, criminalia. *Sanh. c.* 11. *De horum Judiciorum ceſſatione v. D. Lightfoot Ho. Heb.* 27. *It.* Opinio, ſententia, ratio. מן הַדִּין הָיָה de jure eſt, æquum eſt, &c. אינו בדין Non eſt æquum. *Midd. c.* 3. 4. *Avoth c.* 1. *et Sanh. f.* 7. *col.* 2. *Nidda f.* 49. 2. *Sanh. f.* 95.1. מְדִינָא Contentio, lis forenſis, contradictio. Pſ.80.7. מְדִינָא *Reg.* מְדִינְתָּא, מְדִינָא *i. q. Heb.* Ezr.5.8. Prov.16.32. *Conſtr.* Dan.3.1. *Pl.* Ezr.4.15. *Emph.* Dan.3.2. Ezech.19.8. *Cùm* מִקְדָּשׁ & מְדִינָה *ſibi opponuntur*; מִקְדָּשׁ Sanctuarium Hieroſolymit. cum tota urbe, מְדִינָה reliquas urbes in terra Sancta *denotat.* מְדִינִי Provincialis, civilis, politicus. פילוסופיא המדינית Philoſophia Politica. Prov.23.12. *in R. Levi.*

SYR. ܕܳܢ *i. q. Heb. et Ch.* Luc. 7. 43. Act. 13.27. *Part.* Iſa.45.9. *Pl.* Luc.12.57. *Aff.* 1 Cor. 6.3. *Fœm.* ܕܳܝܢܳܐ Heb. 4. 12. *P P.* ܕܺܝܢ Judicatus, Joh. 3.18. *Inf.* Joh.8.26. *Imp.* Act. 4. 19. *Fut.* Matth.5. 40. Heb. 10.30. *Ethpe.* ܐܶܬ݂ܕ݂ܺܝܢ Judicatus eſt. *Part.* Act. 23.6. *et* 26.6. *Pl.* Luc. 6.37. 1 Cor. 11. 31. *Aff.* v. 32. f. c.10.29. *Inf.* ܠܡܶܬ݂ܕ݂ܳܢܽܘ Act.25.10. *Fut.* v.20. 1 Pet.4.6.

ܕܰܝܳܢܳܐ Judex, Luc.18.6. Heb.12.23. *Aff.* 1 Cor. 4. 4. *Pl.* Deut.16.18. Luc.11.19. *Aff.* Pſa.2.10.

ܕܺܝܢ, ܕܺܝܢܳܐ Judicium præſcriptum; Cauſa; ratio; lis, diſceptatio, jurgium: pœna. Eccl. 5. 7. *et* 8. 5,6. Marc. 12. 40. *Aff.* Jud. 13. 12. *Pl.* ܕܺܝܢܶܐ 1 Cor.6.2. *Aff.* Rom. 11.33. ܕܺܝܢܰܘܗ̱ܝ

Judicium, ſynderesis. *F.* ܡܕܺܝܢܽܘܬܳܐ ܡܕܺܝܢܬܳܐ Civitas, urbs. Mat.12.25. *et* 23.34. *Conſt.* Mat. 4.5. *Aff.* c.9.1. ܡܕܺܝܢܬܶܗ Luc.8.4. *et* ܡܕܺܝܢܳܬܳܐ Luc. 4. 43.

ÆTH. ደየነ፡ *i. q. Heb.* דון, *cui ſæpius reſp.* ኰነነ፡ *et* ፈትሐ፡ Marc. 16. 16. ይደየን፡ Condemnabitur. ደይን፡ Judicium. Luc.10.12. Act. 24. 25.

AR. دَانَ, *Act.* دُون, *Fut.* O. Inferior, vilis, contemptuſque, *et* ſequior fuit. II. Collegit in unum librum, *ſ.* ſyntagma, *poëmata, &c. cca. et* Scripſit in albo *nomina, milites: vel* in publicas tabulas retulit. *cca.* IV. *Tranſ. et i. q.* I. *ſ.* Debilis *ac* infirmus fuit.

دُون Minus *quàm. Avic.* I. 147. 18. *eo.* 230.44. *flava.* 242.41. Sub. Subter. 12.7. tantùm. 273.35. infra 15. *annos, vel citiùs.* 156.38. *et* 231.17. *eum. cc* مِن. Gen. 1. 17. *it.* Præter *eum.* Ex.10.3. *me.* Deut.5.7. Abſque, ſine. 2 Sam. 19.43. 1 Reg.22.24. Matth. 10.29. 1 Cor. 4.8. *et.* 11.11. Ebr.11.39. *et* 12.14. *Erp. Avic.* I.20.19. *Ar.* potiùs quàm. *ccg.* 1 Sam.14.6. præ *omnibus maximum.* Ex.18.11. ὑπὲρ pro. Rom. 5. 6,7,8. *et* 14.5. Gal.2.20. Eph. 5.2,25. *Erp.* Poſt *eum.* 2 Reg.4. 4,5,21,33. Niſi poſtquam *benedixeris. cc* ان. Gen. 32. 26. *et* Citra: cùm quid non pertingit. Prope, proximè: ferè. *G. Nub. p.* 16. 13. *Ar.* 2, *contr. ſignif.* Supra. *Gol. et* Ante: antequam. *Gigg.* 3, *dicitur* 1 دونك 2 دونكه 3 ادن

دونك 4 هذا اليك دون غيرك, 5

دون باقي: *i. e.* 1 Cape, accipe id 2 Imitandi dictio. 3 Accede ad me, adeſdum: ingredere ad me. 4 Hoc tui muneris eſt, non alterius. *Gigg.* 5 Non alii. *Id.*

دُون Quod inferius eſt: *unde Angl.* 𝔇𝔬𝔴𝔫. *Brit.* 𝔇𝔞𝔫. *et* Danmonii, qui habitant in valle fodinarum in extremo cornu Walliæ. *Geo. ſacr. Boch. p.* 754. Contemptibilis, vilis: ſequior. Joh.2.10. *Avic.* I. 156.39. *Ar.* 2, *Contrà*, Nobilis, eximius. 3, Mandatum. Comminatio. هو رجل من دون *potiùs dcr. quàm* رجل دون. *Gol.* Hic abjectus eſt. *Gigg.*

دِيوان *pro* دِوّان, *Pl.* دَواوين: *et* دَيوان,

Pl. دَياوين, Codex rationarius: Regeſtum. Exod.32.32,33. Eſdr.4.15. Neh 7.5. *et* Album *adulterii*: Eccli. 9.7. *et* in quo militum, qui dona, ſtipendiave acceperint, nomina annotantur. & *pro* מכס Cenſus. Num. 31. 28, 37,38,39,40,41. *Erp.* 2, Opus poëmatum: *unde* Divan Envari Poëtæ. *Gent. in Roſ. Pol. p.* 562. & Plurium librorum, *ſ.* tractatuum Syntagma. 3, Senatus, concilium: tribunal. *Gent. c. lo. & præced.* 1 راس 2 اهل *i. e.* 1 Præſes ejus. 2 Milites. *Gigg. et c Je fin.* Diwani, ſcripturæ Arabicæ genus, quod in forenſibus & quotidianis negotiis Turcæ uſurpant, maximè cùm Turcicè ſcribunt. *Gol. Gram. p.* 6.

تَدُّون *et c* د, Opulentia completa. Commoditas fortunæ.

مَدْوُن Qui divitiis affluit; *et* Qui rectè decantat. *Gigg.*

¶ دان *i. q.* دام Vitium. دون Puer: infans. Bruta. Beneficium. *Gigg.*

دانِ, دانِّ, *caſ. obliquus* دَينِ, *Du.* دانّ, Hi duo. Marc. 16. 13.

دانِكَ, دانِّكَ, *caſ. obliq.* دَينِكَ, *Du.*

داكَ, Iſti duo. Marc. 16. 13. *Erp.* Act. 16. 35. *et* 18. 19. *et* f. 1 Reg.6.34.

דוס SYR. ܨܢ ܕܘܡܣܐ Poſtilena. *BB.*

AR. دَاسَ, *Act.* دَوس, دِيَاس, Ex.26.A, 25. *et Fut.* O. Calcavit pedibus *terram.* Conculcavit *rem. cca.* 2 Sam. 22.43. Pſ. 55. 2. *Ro. et* 90. 13. *et* 107. 10. *Ro.* Trivit in area, terendo excuſſit *fruges. cca.* 2, Subegit *regionem, mulierem. cca.* 3, Polivit, lævigavit *gladium, &c. cca.* VII. Tritus, *et* tribulo excuſſus fuit.

دَوس Politura, lævor. دَائِس Area in qua teruntur fruges.

دَوّاس Leo. 2, Vir ſtrenuus. Solers, ſubtilis. 2, *c He fin.* Naſus. دِيسة,

Pl. دِيس ودِيس Sylva denſa. Ex. 2. 3, 5.

دَواسة, دَوِيسة, Turba hominum. 2, *prim. Pl.* دِيس, Stercus adhærens (*ni fallor, Gigg.*)

أَدْوَس Politus, nitens, reſplendens. 2, Caligantes habens oculos. مَدَاس Calcei genus calce altiore, *ferè ruſticis uſitatum, quod loris, fibulâve conſtringitur: cùm aliàs Orientalium calcei depreſſiore eſſe calce ſoleant, nec ligari.* 2, *c He fin.* Locus, in quo cibus contunditur. *Gigg.*

مِدْوَس, مِدْوَاس, Tribulum, quo è ſpicis diſcutiuntur grana. *Gol. et* Piſtillum. *Gigg. et* Inſtrumentum quo lævigatur quid, *et* expolitur.

דוע SYR. ܕܘܥܬܐ Sudor. Gen.3.19. *Aff.* Luc.22.44. Succus, ſuccinum, gummi, lachryma. ܕܘܥܬܐ 1. ܕܫܟܪܐ 2. ܕܟܢܪܐ 3. ܕܦܐܦܘܪܐ 4. ܦܪܐܘܠܣܡܘܬܐ. 1, Sicera. 2, Succus Cinaræ. 3, Papaveris. 4, Succinum, فرانيقون. *&c. Uſque ad* 19. *ſuccorum ſpecies enumerat BB.*

AR. دَاعَ, *Fut.* O. *i. q.* استن عاديا وسالكا. *Gol.* Corrupta eſt res, *vel* fluendo, *vel* prætereundo. *Gigg.*

دَوع *Coll.* Piſciculus ruber digiti magnitudine. يوم الدواع Dies quædam apud Arab. inſignis. *Gigg.*

دَاعَ, *Fut.* O. Univerſali morbo laboravit *populus.* 2, Vilis pretii fuit *annona.* 3, *Tranſ.* Corrupit, perdiditque *cum æſtus. cca.* 4, داع القوم بعضهم الي بعضهم Alter ad alium ſe contulit, ut recrearentur invicem. *Gigg.*

دَوغ *Perſ.* Lac agitatum, ſeroſumque. *Avic.* I. 93. 11, 12, 16. *et* 100. 45. *et* 410. 45. *et* 411. 17. *Ar.*

دَوعة Morbus Epidemicus. 2, Stultitia. 3, Frigus.

¶ دَاعَ, *Act.* دَوع, *i. q.* اجتاح, & استأصل

اِسْتَاصَلَ cca. IV. Epotârunt, abſumpſerunt, quod in lacu aquatorio erat. cc ب. 2, Aſportavit ſupellectilem ſuam. cc ب.

דוף AR. دَافَ, *Act.* دَوْف, *Fut. O.* Miſcuit. 2, Humectavit, maceravit, & diſſolvit, *aquâ, ſimilive re. cca. Avic.*I.149.33. & 151.31. *et* 230.41. *et* 296.33. *Ar.* 3, Trivit *moſcum. cca.* IV. *i. q.* 2, I. *cca.*

دُوفَان Incubus nocturnus. مَدُوف, مَدْوُوف Maceratus, miſtus, & diſſolutus, *aquâ. Avic.* II. 100. 8. & *c Dſal* I. 341. 24. *Ar. al.* Tritum *moſcum.*

¶ دَافَ, *Act.* دَوْف, *Fut.* O. Contractis paſſibus inceſſit, & divaricatis calcibus. دُوفَان Venenum lethale.

דוץ דוץ Gaviſus eſt, lætatus eſt, exultavit, exiliit gaudio, tripudiavit, gloriatus eſt cum lætitia. Job 41.13.

CH. דוץ *i.q. Heb. Part.* Habac.1.15. Prov.29.6. *Inf.* Pſa. 51.14. *Imp.* Eſa. 66. 10. *Fut.* Habac. 3.18. יְדוּצָן 2 Sam. 1.20. *Sic leg. non* יְדוּצוּן.
דִּיץ Gaudium, lætitia, exultatio. Iſa. 32.13. דִּיצָה Id. *v.* דיץ. אֲדִיצוּתָא Id. Pſa. 51. 10. רִצָּה, דַּץ *v.* רצץ.

SYR. ܕܨ *i.q. Heb.* Luc. 1.41,44. *Part. Pl.* ܕܝܨܝܢ 2 Par. 20.21. *Imp.* Luc. 6,23. *Pah.* ܕܝܨ Exultare fecit, exhilaravit. *Aph.* ܐܕܝܨ Id. *Ethtaph.* ܐܬܬܕܝܨ Exhilaratus eſt. *F.*

ܕܝܨܐ Exultatio, gaudium. Iſa.51.3.

ܕܘܨܐ Exultatio, chorea. *F.*

AR. II. دَوَّصَ Ex alto deorſum deſcendit, *ſeve* demiſit arte.

דוק CH. דוק Advertit, attendit, conſideravit, perpendit, expendit: Expectavit, ſpeculatus eſt, reſpexit, perſpexit, introſpexit, proſpexit, inſpexit, aſpexit cum cura, accurata obſervatione & diligentia: *It.* Comminuit, comminutus eſt, *qs. à* דְּקַק. Dan.2.35. *Fut.* Eſa.14.16. *Aph.* אוֹדִיק Proſpexit. Pſa.14.2. & 53.3. Gen.18.16. *Jon.* אַדְּקֵית *ex for.* דְּקַק Proſpexi. Prov.7.6. *Part.* Job 7.2. *Pl.* מְדִיקִין Pſ.19.2. f. מוֹדִיקָן & מְדִיקָן Pſal.123.2. *Imp.* אוֹדִיק *Jon.* & אֲדִיק *Hier.* Deut. 26.15. *Pah. Part.* מְדַיְּקָא Jud. 5.28. *Fut.* יְדַיֵּק Job 11.12. *in Targ.*2. & יְדַיֵּיק Supputabit. Lev. 25. 50. *Rab. P P. Pah.* נוּסְחָא מְדוּיֶּקֶת Exemplar probatum, correctum. *R. Dav.* 2 Sam. 14. 21. דוּקָא, דוּקָא *v.* דקק. דִּיוּק Obſervatio, attentio, animadverſio, conſideratio. בְּדִיוּק Cum conſideratione, conſideratè, diligenter, accuratè, præciſè, apprimé. דַּיְקוּת Id. דַּיְקָן Obſervator, perſcrutator diligens, & curioſus. מְדַיֵּק Id.
דּוּקְיָא Trabes, *Gr.* δοκὶς *vel* δοκὸς, *Echa rab.* c.1.1. דַּוְקָא Simpliciter, præciſè; ſolummodò, duntaxat: maximè, præſertim. דַּוְקָא כְּשֶׁהוּא כַּךְ Maximè, cùm ita ſe res habeat. *Cum neg. particula,* non tantùm, אינו דווקא non præciſè, *R.Dav.* Amos 6.9. אינם דווקא Illa non ſunt ſimpliciter. *Id.* Pſ. 119. *pr.* לא דוקא non eſt perpetuum. דַּיְיקָא Præciſè, accuratè, exquiſité.
דַּוְקָן Exquiſitum, conſideratum, probatum. ספרי דווקני Libri correcti, probi. *Menach. f.*29.2.f. דַּוְקָנִית *Miſhne* Correcta, & proba.

SYR. ܕܩ *i.q. Chal. Ethpeh.* ܐܬܕܘܩ Proſpectus eſt. *Pah.* ܕܘܩ *i.q.* I. *Fut.* ܢܕܘܩܘܢ 1 Pet.1. 12. *Aph.* ܐܕܘܩ Id. Gen.26.8. Jud.5.28. Pſa.14.2. *PP.* ܡܕܩܢ Proſpiciens, argutus, peritus. Act.18.24. ܕܘܩܐ Speculator, excubitor, inſidiator: Aſpectus, proſpectus, ſpeculatio, ſpecula. Gen.31.48. Iſa.21. 6,8. *Pl.* Num. 23. 14. Ezr.8. 31. Iſa.21.6. & 21.5. *It.* Sartago: Daucus. *BB.*
ܕܘܩܬܐ Speculatio, excubatio. ܕܘܩܘܩܘܬܐ Intuitus attentus, inſpectio. ܕܘܩܘܩܘܬܐ Albedo. *F.*

ܡܕܘܩܐ Bulga viatoria, mantica, pellis. *F.*

SAM. *Aph.* ࠀࠃࠉࠒ *i. q.* דוק *Ch.* Gen.18.16. *et* 26. 8. *et* 9.28. Exod.14.24. *Imp.* Deut.26.15. *Part.* Num.21.20. *et* 23.28. *Fut.* Deut. 33.22.

AR. دَاقَ, *Act.* دَوْق, دُوق, دُؤُوق, *Fut.* O. Deſipuit, demens fuit. 2, Macie extenuatum fuit *pecus.* Deſcivit *à matre* ſtomacho gravato *pullus. cc* عن. Pabuli inappetentiâ, ſ. faſtidio laboravit *pecus.* 3, *Tranſ. i. q. c Dſal,* Guſtavit. IV. Circumdedit, cinxit, *cca.* VII. Inflatus fuit *venter.*

دَائِق مَائِق Stultus, fatuus. دَائِق بَائِق Vilis pretii *ſupellex.*

دَوْقَة, دُوقَة, دُوَاقِيَة, Corruptio, dementia. دُوقُو, *et c Re pro primo Vaw,* Daucus, ſemen paſtinacæ ſylveſtris. *Avic.* I. 160. 16. *et* 222. 18. *Ar.*

مَدَاق Circus, pugnæ locus. مُدِيق, f. ة, Faſtidiens pabulum *pecus.*

¶ ذَاقَ, *Act.* ذَوْق, ذَوَاق, وَمَذَاق, *Fut.* O. Guſtavit. *cca.* 1 Sam. 14.24,27,28,29,30, 43. *et* 28.20. *et* 30.12. Pſ.33.8. Mat.27.34. Act.23. 14. Ebr. 6.4. *Part. Act. Avic.* I. 169. 43. *Paſſ.* I. 54.35. ما ذقت ذوقا Haud guſtavi quicquam. 2, Probavit, exploravit *quid penes alium eſſet. ita et* Attracto nervo expertus fuit *arcum,* quàm validè tenſus. *cca.* IV. Guſtandum propinavit, deditque. *ccga.* V. Iterum *atque* iterum guſtavit. *cca.* VI. تَذَاوَقُوا الرِّمَاح *i. e.* تَنَاوَلُوهَا *Gol.* Acceperunt lanceas. *Gigg.*

ذَوَاق, وَذَوْق Guſtus *vini.* Dan. 5.2. *ſenſus. Avic.* I. 27. 17. *Ar.* 2, *ſecund. c Waw Teſd.* Prægustator.

مُسْتَذَاق Capto ſpecimine probatus.

مَذَاق Saporis *peregrini eſca.* Sap. 16. 3.

דור דור Habitavit, habitavit diu, durabilis fuit, *per totam ſuam vitam in aliquo certo loco* habitavit; ordinatam vitam, *ſeu* ætatem egit, *cùm eſt neutrum: quando eſt activum,* Ordinavit, ordine conſtituit, *et* conſtruit, *ſeu* compoſuit. *Inf.* מְדוּר Pſal. 84.11.

דור *vel* דֹּר m. Ætas, generatio: Homines unâ ætate, *et* generatione viventes. Eccleſ.1.4. Pſ.10. 6. *Aff.* Eſai.53.8. *Pl.* דּוֹרִים Eſai 51.8.f. דורות v. 9. *et* 41.4. *Aff.* Gen.17.7,9. Levit. 25.30. Gen. 17.12. Levit.22.3. Joſ.22.28. מן ג׳ דורות והלאה תורה מחזרת על אכסניא שלה A tertia generatione & ultra Lex ad hoſpitium ſuum revertitur. *Rabb.* כדור Pila. *v.* כדר.
דור m. Pyra, rogus. Ezech. 24. 5.
מְדוּרָה f. Pyra, rogus. Ezec.24.9. *Af.* מְדֻרָתָהּ Pyra ejus. Eſai. 30.33.

CHAL. דור *i.q. Heb. et quod* גור. Peregrinatus eſt, peregrinando habitavit. Gen. 35.27. & 32.4. *Part.* Dan.2. 38. Lev. 25.6. *Conſtr.* דָּאֲרֵי Dan.4.32. *leg.* דָּיְרֵי. *Inf.* לְמֵדַר Judic.17.8. *Imp.* Gen.26.3. 2 Reg.8.1. *Fut.* Pſal.61.5. Dan.4.18 *Pl.* Dan.4.9. *ubi ſcrib. c* י *redund. Pah.* דייר דַּיֵּיר Stercoravit. Nempe faciebant דִּירוֹת caulas ovium in agris, ut ex ovium fimo agri ſtercorarentur. הַמְדַיֵּיר אֶת שָׂדֵהוּ Caulificans agrum ſuum, *Schevüs* 37.1. *p. i. e.* ex agro ſuo caulam ovium faciens, ut ſtercoretur. *Ex Nithpah.* שָׂדֶה שֶׁנִּטַּיְיבָה וְשֶׁנִּדַּיְירָה Ager, qui melioratus (*accuratâ ſc. culturâ*) & ſtercoratus eſt. *Ib.* 38. 1. *Hæc ſtercoratio in die profeſto ſolennitatis illicita dcr. Moed Ka.* 13. 1. Ordinavit, digeſſit, diſpoſuit. *Kiddusſchin* 81.1. דָּרָא, דָּר *i.q. Heb.* דור. Deut.32.7. Eccleſ.1.4. *Pl.* דָּרִין Eſai.51.8. *Emph.* דָּרַיָּא *Ib.* v. 9. *Conſt.* Gen. 9. 12. *Aff.* Joſ. 22. 28. *Pl.* Gen. 6. 9. & 17. 7. *Ib.* v.12. דור Ordo, ſeries, claſſis. *Heb.* טור. *It.* Filorum perplexio. *Sch. Pl. Kelim* c. 16. דָּרָא Id. *Joma f.* 84. 1. *Succa f.* 45.2.
דּוֹרָא Onus. Exemplum. *v. in* דלא.

דור Dolor. גרגר מלח לדורשיני (*ultima, ut una vox*) Granum ſalis pro dolore dentium. *Schab.f.*65.1. דּוּרָא Vermes, lumbrici. *Bemidbar rab. ſ.*7. *ad* Num. 11.20. דּוּרְאָה, דורא דּוּרוֹן, דורונא, דּוּרִיָּה Donum, munus. *Gr.* δωρεά. *Pl.* דורות, דורונות *vel* דורוניות.
דוריה Donum. *Ber. rab. ſ.*53. *Al.* דרורייה Libertas.
דַּוָּר, דְּוָאר Præfectus, magiſter curſorum, ad quem literæ omnes deferuntur, quique ſingulas in ſuum locum procurat. *Schab.f.* 19. 1. *Maimon in Hilchoth Schab. c.* 6. עי׳ *f.* 26.1. *Bava ka. f.* 114.1. *Peſach.f.*25.2.
דּוּרָא *Nom. propr.* loci, *ſeu* vallis in Babylonia. Dan.3.1. Cant.7.9. *T. Sanhed.f.*92.2. A fluvio Eſchel, uſque ad Rabbat, vocatur בקעת דורא vallis Dura. *It. Nomen* lapidis pretioſi, cujus uſus in pavimento regio fuit. וְדוּרָא *Venet.* Et lapis Dura civitatum maris magni, *i.e.* qui ex civitatibus maritimis affertur. Eſth.1.6. *Regia* דּוּרָא: *ita dcr. qs.* דָּרֵי דָּרֵי Ordines ordines; quòd ſcilicet multi ordines lapidum pretioſorum in loco iſto per circuitum fuerint diſpoſiti. Si quis hunc lapidem medio triclinio inferat, lucem præbet accumbentibus (inſtar meridiei) *Gloſſ. Al.* דורא *qs.* דְּרוֹר *q. libertatem à tributis proclamat omnibus mercatoribus, Megilla* 12.1. דַּיָּר, דייר, דִּיוֹר דַּיּוֹר דִּיוֹרֵי Incola, habitator, peregrinus, advena. דַּיָּר Gen. 23.4. *Pl.* דַּיָּרִין Exod.22.21. *Conſtr.* דַּיָּרֵי Job 19. 15. *It.* דַּיָּרַיָּא Eremitæ, *Bechor.f.*30.1. דַּיּוֹר Exo. 12.45. *Jon. Conſtr.* דַּיּוֹרֵי *Ib.* v. 19. דִּיר, דִּירָא דִּירָה, דִּירָא Habitatio, habitaculum, domicilium, hoſpitium: Caula ovium: Caſa paſtorum. Jer. 49.19. 2 Sam.7.8. *Pl. Maſ.* דִּירִין Caulæ. Num. 32.24. *Jon.* f. דִּירָן *Ib. Hier. Conſtr.* Joël 1. 19. Jer. 33. 12. *T. Sanhed.f.* 109. 1. *Dicunt Rab.* 3. *prolongant dies hominis,* אשה נאה כלים נאים דירה נאה uxor pulchra; veſtimenta pulchra, & domicilium pulchrum. דִּיוֹרִין Manſiunculæ, habitacula. *Succa f.*10.1. דָּרָא, דָּרְתָּא, דַּרְתָּא Atrium. 1 Reg. 7.8, 9, 12. *Conſtr. Ib. Aff.* 2 Sam. 17.18. *Pl.* דָּרְתָא Exod. 8. 13. *Conſtr.* Pſ. 84. 11. *Aff.* Pſ.65.5. & 96.8. *It.* דַּרְתַּיָּא Atria. Pſ. 10.8. *qs. c* ח *radic.* דַּרְיוּתָא Vetula, quæ diu in mundo habitavit. *Vajik. rab. ſ.*20. ווי על ברי דרויותא væ filio vetulæ hujus. *GF. Al.* Væ filio ebriæ, *i.e.* conſternatæ hujus mulieris, *à* רְוָה: *Gloſ. hoc vr. melius.* מְדוּר, מְדָר Habitatio, habitaculum. Jer.31.23. *Aff.* Dan. 4. 22. Eſa.22.16. Dan. 2. 11. *Pl.* מְדוֹרִין *Conſtr.* Nahum 2. 11. *Fæm. Pl.* מְדוֹרָתָא Job 38.40.
מְדוּרְתָּא Pyra, rogus. Eſa. 30. 33. *Emph. Eruvin f.*101.1.

SYR. ܕܪ Habitavit. *F.* ܕܪܐ Generatio, ætas. Phil. 2. 15. *Aff.* Act.8.33. *Pl.* Luc. 1. 50. Epheſ.3.5,21. *It.* ܕܪܬܐ ,ܕ̈ܪܬܐ Atrium. Mat. 26. 69. Act.10. 18. *Aff.* Mat.26.3. *Pl.* Exod.8.13.

ܕܝܪܐ Habitatio, habitaculum. *Aff.* Act. 1.20. Tugurium, 2 Sam.7.8. Finis. Job 8. 6. *Pl.* Pſal. 65. 13. *Aff.* Gen. 25. 16. *It.* Monaſterium, cœnobium.

ܕܝܪܝܐ Monachus, cœnobita. *Pl.* Luc.14.25. *t* Eph.6.10. *Off. Mar.* 441. Oſtiarius. *Maſ.*

ܕܝܪܝܘܬܐ Monaſticum inſtitutum, monaſtica vita. ܕܝܪܐ Habitans. ܡܕܝܪܐ Habitatio.

ܕܘܪܐ Denſus. ܕܘܪܬܐ Flamma, ſpuma. Job 41.11. ܕܘܪܐ ܕܫܢܐ Series dentium. *F.* Gingivæ. Exiguus, & arctus ignis ſub olla fumus. Labra. *BB.*

ܕܘܪܐ & ܕܘܘܪܐ Apparatus; ſupellex: Munus quod ſponſus ſponſæ dat. *Angl.* A Dowry.

ܡܕܝܪܐ Contignatio ſuperior, ὑπερῷον, tabulatum, cœnaculum, triclinium, manſiuncula. Gen. 6.16. *Pl.* Gen.6.14. Act.20.9. *v.d. Dieu in l. Conſt.* Job 24.13. *Aff.* Eccli.14.26.

SAM. ࠃࠅࠓ *i.q. Ch.* & ࠃࠉࠓ Id. Gen.25.11. & 36.8. *et* 50.22. Lev. 18.3. Deut. 1. 46. & 29 16. *Fut.* Num. 32.17. & 35.25. *Par.* ࠃࠀࠓ Sedens. Gen.18.1. & 23.10. & ࠃࠉࠓ c. 24.3,37,62. *Pl.* ࠃࠀࠉࠓࠉࠌ Deut.2.23. *Imp.* Gen.26.2. ࠃࠉࠀࠓ Habitator. Gen.34. 30. *Pl.* ࠃࠉࠀࠓࠉࠌ c. 36. 20. ࠃࠉࠓࠉࠀࠕ & ࠃࠉࠓࠅࠀࠕ Caulæ. Num. 32. 16, 24, 36.

AR. دار, *Fut.*O. Circumivit; Gen. 2. 11, 13. *Erp.* Num. 36. 7, 9. Joſ. 6. 10, 13, 14. *et* 15. 3, 10. Eſa. 23. 16. *Seld.* gyrum egit, converſus fuit. *Avic.* I. 273. 28. *Ar.* Pervertit. Eccleſ. 7. 8. Indulſit, condonavit *peccatum.* Eccli. 3. 14. 2, *in Paſſ.* دير به *vel* عليه Vertigine capitis correptus fuit. *Avic.* I. 316. 42, 43, 44. *Ar.* II. *Tranſ.* 1, I. Convertit: in orbem egit: circumduxit. *cca. vel c* ب. *Part. Act. Avic.* I. 317. 19. *Paſſ.* 43. 41. *Ar.* & Rotundum reddidit. III. Obivit: circumivit *cum alio.* 2, Curavit, beneque concinnavit, adminiſtravit. 3, Reprehendit *alium. cca.* IV. *i. q.* 1, II. Convertit. Exod. 13. 18. Obvertit *tergum.* Jer. 2. 27. *cc* الي *p.* 2, *in Paſſ.* ادير به Vertigine capitis laboravit. 3, Avertit *eum à re, vel* convertit *ad rem. ccap.* & عن *vel* علي *r.* VIII. Ambivit, circumivit. X. *i. q.* I. & Avertit ſe. Gen. 42. 24. Gyrum duxit *circum aliquid. cc* ب. & *Intranſ.* Rotundus, gyratuſve fuit.

دار f. *Pl. pau.* ادور, ادار, *Pl. mul.* دور, ديران, دوران, ديارات, دورات, ة, ديار, دارات, دور *Pl.*, دان *i. q.* اداون, ادوار, Domus: habitaculum; locus habitatus; manſio: Atrium. Pſ. 64. 5. *et* 115. 18. *et* 37. 21. *et* 78. 7. *Ro.* Philip. 3. 19. *Erp.* Oppidum. Tribus Arabum. *Gol.* & *tredecimum* Sepulchrum. *Gigg.* Vicus rotundior. Rotundus arenarum cumulus. Terra *quævis* latè patens inter montes. Quicquid ambit rem; & *hinc* Halo, corona circum Lunam; & *Diptot.* Infortunium. 2, *c Art.* Medina, urbs Arab. Petrææ. *Du.* Vita præſens, *et* futura. 3, دار 1 السلام, (& *ut Oppoſ.* הֵּ‍ 2 الحرب) 3 الملك 4 الضرب صيني 5 فلفل 6 شعشان, *i. e.* Paradiſus, (& *ut Oppoſ.* הֵּ‍ hoſticum, Regio imperio Muhammedico ſubdita.) 2 *Juriſc.* Regia. 3 Officina monetaria. & *cùm Dâra Perſis ſit* quod lignoſum, *et quidem* oblongius, *hinc Arab.* 4 Cinnamomum. *Avic.* I. 128. 4. *et* 156. 23. *et* 191. 23. *et* 256. 30. *Ar. Dioſc.* I. 13. 5 Piper longum. *Avic.* I. 159. 8. *Ar.* 6 Aſpalathus, *al.* Radix biſtortæ. *Avic.* I. 157. 13. *et c Sin prior.* 364. 49. *Ar. Dioſc.* I. 19.

دور *Act. et Pl.* ادوار, Gyrus: orbis. Periodus. *Avic.* I. 177. 14. *et* 316. 45. *et* 319. 28. *pec.* Circulus Logicus. *Avic.* I. 2. 14. *it. aëris, febrium, &c.* 42. 7. *et* 195. 38. *Ar. et c Artic. præcedente* علم Muſica. *et Daura* Circum. *ccg.*

دير *pro* دور, *Pl.* اديار, Oratorium, ſacellum. Templum Chriſtianum. *ſpec. i. q. Syr.* Monaſterium, cœnobium. *et Chal.* דיר Chriſtianorum *etiam* anachoretarum mandra. *hinc præcedente* راس *i. q.*

ديراني, ἡγέμενος, caput monaſterii, Cœnobii præfectus, archimandrita; *it. quivis* Sodalium, ſociorumve princeps. 2, *primâ Keſr. c He fin. i. q.* تدوير, Rotundus arenarum collis. *et* Periodica *febris. Avic.* II. 22. 53. *Ar.*

دوار, ة, دوار, ة, Vertigo capitis. *Avic.* I. 316. 41, 42. *ſeq.* & *ſecund.* Vortex *maris.* Act. 27. 17. 2, Templum Meccanum Caba dictum, *à rotunda forma.* 3, *Nom.* Idoli. *Gol. ſpec.* Lapis quidam ex fano Meccano. 4. *prim.* Gyratus, rotundus; &, *ſ. potiùs tert. c He fin.* Res rotunda, *at* immobilis. Circinus. Rotundus arenarum cumulus, circum quem obeunt feræ. *it.* Crinium orbiculus ſub naſo. *et, utì etiam quart. c He fin.* Rotundior pars *capitis. et* Vertigo capitis. *et* Diabetes, profluvium urinæ. *Avic.* I. 549. 20. *Ar. it.* Inteſtinorum ſpira, *ac* orbicularis complexus. Tentoriorum orbicularis vicus, paguſve, *quales Scenitæ habitare ſolent. Gol. et primâ Keſr.* Carcer quidam in Jaman. *Gigg. it. pec. Douwaraton contr. præc. Dauwaraton* Quicquid rotundum, *ac* mobile. 3, *tert.* Vertigines. Eſa. 13. 8. *Seld.* Vagus. Act. 19. 13. Gyrum agens. *et c Je, it. He fin.* Periodicus; *et* talis, *ac* diverſimode verſatilis *fortuna, febris. Avic.* II. 30. 32. *Ar. it.* Tempus, fortuna.

داري *Pl. ſan. i. q.* دوري, *v. in* دب. 2, Qui ſe continet domi. 3, *et. c He fin.* Aromatarius: *à Perſ.* دارو aroma, *vel à* دارين Caſtello maritimo in Bahrein (Dari, *Gigg.*) *quò ex India deferri aromata ſolent. it.* Dracontium *planta. Av.* I. 244. 33. *Ar.* 4, Nauta qui velo præeſt. 5, Commodis vitæ præditus, delicatus. 6, Qui extra aliorum orbem unà cubantium retro manet *camelus.*

دوران *Act.* I. Converſio, gyrus. *Avic.* I. 317. 22, 42, 43. *Ar.* Circulus *viæ.* Sap. 19. 7.

داير, *Pl.* دواير, Circuitus. *Avic.* I. 317. 23. *Ar.* Circulus *æquinoctialis. Avic.* I. 43. 42. *Ar.* Apoc. 10. 1. orbis, ſpira; *pec.* crinium in capitis humani vertice, *et* ſub naſo. *Gol.* Mulier, cujus nares arefactæ ſunt. *Gigg. et ſine He fin.* Rotundus; Ambitus, limbus. 2, Fuga è prælio. 3, Converſio, periodus fortunæ, *pec.* adverſa.

مدور Rotundus. 1 Reg. 7. 16, 23, 31. *et* 10. 19. 2 Par. 4. 5. *G. Nub. p.* 2. 12. *Ar. et* Interior panniculus ventris. *Avic.* I. 596. 33. *Ar. et* Quas circumit paſtor, mulgetque *camelæ.*

تدوير Circumactio, revolutio. *Avic.* II. 145. 32. *Ar. et* Circumferentia, *pec.* Epicyclus. *Aſtr.*

مدار Familiaris. 2 Mac. 27. 18. *et* 35. 1.

مداراه Blandæ converſationes. Eccli. 19. 20.

مداون *Act.* III. *et* Pars corii orbicularis, quæ conſutione in ſitulam expanſioris formæ aptatur, ut eâ hauriri poſſit aqua exiguæ profunditatis.

استدان Ambitus: circumferentia. 1 Reg. 7. 24, 31. *Avic.* I. 32. 31. *et* 157. 29. *Ar.*

مستدير f. ة, Rotundus. 1 Reg. 7. 35. *in Acc.* Circumquaque: Gen. 23. 17. Per circuitum. Ex. 25. 11, 24, 25. *et* 27. 16. *et* 28. 33. *et* 30. 3. Joſ. 15. 12.

¶ دار *i. q.* دعر, *ſ. pro eo, Fut.* O. Terruit. *ccap.* IV. Id. *ccap.*

دوره, *Pl.* دور, Anterior pars ingluviei, in qua aquam defert avis. 2, *ſine He fin.* Terra, pulvis. *et* Aliquid: *non dedit illi* quicquam.

דוש דוּשׁ Calcavit, conculcavit; Trituravit, *pedibus, ſ. alio inſtrumento,* frumentum excuſſit: *Cognationem, ht. c* דוּץ tripudiavit *ſaltando. Nam olim boves pedibus excutiebant fruges, et tempus trituræ affert tripudium, ſ. gaudium.* 1 Par. 21. 20. Jud. 8. 7. *Inf.* Hoſ. 10. 11. דּוֹשׁ 2 Reg. 13. 7. *ac* אֲדוּשׁ Eſa. 28. 28. *c* א *redund. Al. No. c* א *Heemant. al.* א *eſt ſubſtantiale.* Amos 1. 3. *Imp.* Mich. 4. 13. *Fut.* Hab. 3. 12. *Niph.* נָדוֹשׁ Trituratus eſt. Eſa. 25. 10. *Infin. Ib. Hoph. Fut.* Eſa. 28. 27.
דַּיִשׁ m. Tritura. Levit. 26. 5.
דִּישׁ m. Trituratio. *Aff.* Deut. 25. 4.
מְדֻשָׁה f. Tritura. *Aff.* Eſa. 21. 10.
דִּישׁוֹן m. Pygargus. *Al.* Unicornis. Caprea *quædam ſylveſtris, damis non abſimilis.* Deut. 14. 5.
CHAL. דוּשׁ *i. q. Hebr. It. Tal.* Siluit, tacuit. *it.* Aſſuevit. *Part. Pl.* Ezech. 34. 18. *Fut.* Jud. 8. 7. Dan. 7. 23. *Ithpe. Inf. et Fut.* Eſa. 24. 3. *Part.* Eſa. 25. 10. *Tal. Sententia,* Fælix ille qui audit, ואריש & conculcat, *i. e.* tacet: *tranſeunt n. mala ejus centum Sanhed. f.* 7. 1. דשנן בה Aſſuevimus in eo. *Et* דָּשׁ Aſſuetus, um. *Megil. f.* 24. 2. דַּיִשׁ, דִּישָׁא Tritura, conculcatio. Lev. 26. 5. Eſa. 28. 18. *Aff.* Deut. 25. 4. אִתְּדְשָׁא Id. Eſa. 22. 5. *No. Verb.* דְּוָשָׁא (דוושא) Tritura. *Baſra f.* 22. 2. דַּיִשׁ Conſuetudo. *Aruch ex Berach. f.* 16. *Nunc a. aliter legitur.*
SYR. ܕܫ Conculcavit, calcavit, trituravit. *Part.*

Pl. ܕܝܫܝܢ Luc. 10. 19. *Fœm.* ܕܝܫܐ Prov. 27. 7. *Fu.* Jud. 8. 7. Pſ. 7. 6. Iſa. 16. 10. Mat. 7. 6. *It. Metaph.* Tranſgreſſus eſt præcepta, violavit leges, *&c. F. Aph.* ܐܕܝܫ Conculcare fecit. *F.*
ܕܘܫܐ Conculcator. Iſa. 16. 4, 9, 10. & 29. 10. *Aff.* c. 17. 14.
ܕܘܫܐ Conculcatio paſſiva. *F.*
SAM. ࠃࠅࠔ Labor. [illegible] Et ceſſabis ab omni labore die ſeptimo, illumque efficies Coronam ſex dierum. *Lit. Damaſc. Sam.*

AR. دوس Caligavit, compreſſuſque, *aut* diſtortus, & corruptus fuit ex morbo, *oculus.*

دوس *Act. et* id malum. ادوس, f. دوساء, Supradicto oculi malo laborans.

דות CH. דות Conceptaculum aquæ ex lapide, *ſ.* ligno: Ciſterna, *aut* Puteus. *Roſch Haſch. f.* 27. 1. *Gloſſ.* בור *i. q.* דות *Baſra f.* 64. 1. *Kelim c.* 5. *Oholoth c.* 11. דָּאִית Prov. 12. 12. *Ven. malè, pro* דָּאֵג.
ÆTH. ዳዊት፡ David. Pſa. 3. 1.
AR. دوية Fuga ab hoſte, & è prælio.
¶ داب *v.* دو.

דוג AR. ديزج *Perſ.* ديزه, Spadiceus (alacer *Gigg.*) equus.

דוד SYR. ܙܘܙܐ Præfectus, præſes. *F.*

דוה SAM. [illegible] Amovit, amotus eſt. *Fut.* [illegible] Exod. 28. 28. *qs. ex* [illegible] *et* [illegible]; *vel potiùs mendum pro* [illegible], c. 39. 21.

דוק دوق Civitas in Merwa. *Bd. Gigg.*

דחח SYR. ܕܚܕܚܐ Pulvis exiguus, pulviſculus. Job 40. 8. Pſal. 35. 5. Iſa. 16. 4. & 17. 13. *et* 40. 15. *Off. Mar.* 120. *et* 498. *Hinc* ܐܬܕܚܕܚ Excitatus eſt pulvis. *BB.*
ÆTH. ደቃቃን *Pl.* Cavitates. Can. 2. 17. *qs. à* ደቃቅ *i. q.* ደሐየ : *An. Æth.*
AR. دح, *Act.* دح, Occuluit, recondidit *ſub terra rem,* (*et* luſtrum ibi habuit. *Gig.*) *cca.* & دحامحا في Illum cum ea permitte. *Bd. Gigg.* 2, *qs. pro* دع, Impulit, truſitque in cervice. VII. Dilatatus fuit *venter. et* Luxuriavit *pabulo terra. ccar. Gol.* Terræ germina à pluvia tecta ſunt. *Gigg.*

دح دح & دحٍ دحٍ Vox quâ ſilentium imponitur ei, qui quid confeſſus fuit.

دحوح *et* دحلوح Magna mulier, *et* camela.

دحيلح, & ي *pro* ل, *i. q.* دحلاح, *Nom.* inſecti. 2, Ludus puerilis, in quo aberrans ſurgit, *et* in uno pede ſepties ſalit.

دحلاح, ة, دحادح, دحلحة, دحيلحة, *i. q.* دودح, Corpore brevis, pumilio.

دح, ة, *pro* دخان, Fumus. دحح Nigredo.

Q. دحلح Subegit, humilemque reddidit. 2, Cohibuit, prohibuit, avertit. 3, Laſſavit. *cca.* 4, Citò inceſſit, *et* adductis, propinquiſque paſſibus. II. In ſe contractus fuit.

دحمح,

دحدح, دحدوح, Vox quâ ſilentium imponitur, *inprim.* cum contumelia. 2, *prim. c He fin.* Contemptus aliorum. *Gigg.*

دحدح, دحداح دحادح, دحداحة,

دحيدحة, Pumilio. Brevis corpore, *& tert.* Ventroſus.

¶ دح Percuſſio, quæ palmâ fit. Fiſſio, contuſio. 2, Coitus cum muliere.

دودح, *& c* ح Qui polluitur, deficit*ve* ante coitum.

Q. دحدح Contracto acceleravit paſſu. 2, Abreptum diſpulit *pulverem ventus. cca.*

داديح Urbs quædam. *Gigg.*

دحداح Scrutator cujuſque rei. 2, Qui à qualibet re tædio afficitur, *&* ob eam defatigatur. *Gigg.*

دحدحان Eloquens. 2, Qui cingulo Arabum præditus eſt. *Gigg.*

דחב AR. دحب *i.q.* Q. دحبا, *Act.* دحب، دحابة, *Fut.* A. Subegit *ancillam ſuam. cca.* 2, Impulit. *cca. Gol.* & Depulit, expulit, depulſavit *eum. Bd. Gigg.*

دحبة Pecorum, (ovium, caprarum) multitudo.

دحيبة Mulier quædam. *Bd. Gigg.*

דחג AR. دحج, *Fut.* A. *i.q.* 1. دحب. *cca.* 2, Traxit per terram. V. Totus armatus, panopliâ indutus, fuit. 2, *Act.*

دحجان Leniter inceſſit.

دحجاب, دحجان Prominentior pars terræ, *ut ſalebroſo loco.*

¶ دحج *i. q.* سحج *aut pro eo, Fut.* A. Decorticavit. *cca.* 2, De loco in locum traxit, rapuit*que eum ventus. cca.* IV. *i.q.* اقام. *Gol.* Conſtitit. *Gigg.*

مدحج Agger quidam. *Gigg.*

דחד CH. דְּחַד *i.q.* חֲדָה Lætatus eſt. *Pah.* מְדַחְדָא תְּדַחְדוּן Exhilarando exhilarabitis. Deut. 15. 14. *Jon. juxta Scholiaſten quendam Heb. Noſtra exp.* Onerando onerabitis.

AR. Q. دحدر *i.q.* دحرج *aut pro eo,* Volvit. II. *Paſſ.*

¶ دحدبة & دحدبة Quæ compactâ eſt carne.

Q. دحدر Auro obduxit *inaurem. cca.*

دحدار *à Perſ.* تخت دار, Pannus albus, *vel et.* niger, *qui throno regis Perſici quondam inſterni ſolebat: inprim. Darii, unde* Daricus *dici poſſet.*

דחה דְּחָה Depulit, impulit, expulit, propulſavit, extruſit. *Præt. cum inf.* דָּחֹה דְּחִיתַנִי Impellendo impuliſti me, Pſ. 118. 13. *Pah.* Pſ. 35. 5. *P P.* הַדְּחוּיָה Pſ. 62. 4. *Inf.* לִדְחוֹת Pſa. 140. 5. *Niph. Pa. Pl. Cn.* נִדְחֵי Depulſos *Iſraelis,* Iſa. 11. 12. *Fut.* יִדָּחֶה Impelletur. Prov. 14. 32. יִדַּחוּ Impellantur, Jer. 23. 12. *c patach, & penacutum præter normam. Pyh.* דֹּחוּ Impelluntur. Pſa. 36. 13.

דֶּחִי *m.* Impulſio ad lapſum, lapſus, impetus. Pſal. 56. 14. מִדְחֶה *m.* Id. Prov. 26. 28.

CH. דְּחָה *i.q. Heb. Rab.* Confutavit, rejecit: Violavit, *de Sabbatho cum ejus ſanctitas operando depellitur.* Pſ. 118. 13. *Part.* Pſa. 35. 5. *Inf.* לְמִדְחֵי Deut. 6. 19. *Jon. Fut.* Iſa. 22. 19. כל המרחה Quicunque expellit. *Moed katon f.* 22. 1. *Unde Proverb.* קרית חברך ולא ענך דחי נודא רבא שרי ביה *Vocaſti ſocium. t. & non reſpondit, parietem magnum ſupra ipſum depelle; ex* Ezech. 24. 13. *Ithp. Inf.* מִלְאִדְּחָיָא *Sic Bx. in noſtris* מִן לְאִדְּחָיָא Ab impellendo, à *lapſu.* Pſa. 116. 8. *Fut.* יִדַּחֲיָן Impellentur, *ſic leg. pro* יִדְחֲיָן Pſa. 36. 13. *Rab.* אבן אידחה Projectus eſt lapis, *Erchin f.* 30. 2.

דִּיחוּי דְּחִיָּה Depulſio, propulſio, impulſio. *It. apud Aſtron.* ὑπέρθεσις ὑπέρβασις, Tranſlatio unius diei in alium.

דַּחֲוָן Cantiones, *aut* Inſtrumenta muſica, *vel* Muſici. Dan. 6. 18. *Al.* Menſa. *Pl.* דַּחֲוָנוֹת *Rab.*

SYR. ܕܚܐ *i. q. Hebr. Part. Pl.* ܕܚܝܢ Quia repellentes. Act. 13. 46. *Fut.* Act. 27. 39.

ܕܚܝܐ Ejectio, expulſio.

ܕܚܘܝܐ Expulſor.

ܕܚܘܝܘܬܐ Amotio, expulſio.

דחו AR. دحا, *Act.* دحو, *Fut.* O. A. Expandit (بسطها *Ca.* Complanavit. *Bd.*) *terram Deus. cca.* 2, Impulit, truſit. & Propulſavit, expulit *Deus aliquem ad gentes.* Deut. 30. 1. *hinc Part.* VII. Expulſus. *v.* 4. & Projecit, disjecit; *ut pluvia glaream.* Jactâ *juxta terram* nuce impulit, convulſit*ve puer nuces pro ſcopo poſitas. cca.* 3, Subegit *fœminam. cca.* 4, *Intranſ.* Magno, *ac* propendulo ventre fuit. V. *qs.* Volutatim inceſſit *equus*, anterioribus pedibus non multùm ſublatis à terra. V. *et* VIII. Expanſus fuit, *vel* complanatus.

أدحوة, أدحي, مدحي, Locus ubi ſtruthiocamelus in arenis ova ponit, pulloſ*que* fovet: *quod pedibus eum locum expandit ſibi; neque n. nidum ſtruit.*

مدحاة. Lignum cui impoſitus infans per terram ducitur, obvia quæque ſecum abripiens: Traha. 2, *c Dſal.* Terra arboribus carens. *Gigg.*

¶ دحا *Fut.* A. O. Duriùs egit, propulit*que camelos. cca.* 2, Subegit *mulierem. cca.*

דחז SYR. ܕܚܙܐ Impetiginis pharmacum. *B B.*

AR. دحز Coitus. 2, Durus, validuſ*que.* 3, Cùm res tota eſt. *Gigg.* Οργὴ. *R.*

דחט SAM. [illegible] Topaſius; à دحص Scrutatus fuit. *Plin.* 37. 8. *Topazin Troglodytarum linguâ ſignificationem habet Quærendi; Hinc Gr.* τοπάζειν Exod. 39. 10.

AR. دحط *i.q.* دحص, Damnavit, condemnavit. *cca.* Job 9. 20. Pſal. 36. 35. *Ro.* IV. Repulit. Pſ. 59. 2.

דחי ÆTH. ደሐየ፡ Fodit, cavavit, excavavit. Pſ. 7. 16.

AR. دحا, *Act.* دحي, *i.q.* دحا *c* و, *Fut.* I. Expandit. 2, Potu rigavit *camelos. cca.*

دحية Simia *fœmella.* 2, *ſequente* الكلبي, Vir quidam, cujus formam à Gabriele aſſumptam eſſe fabulantur Arabes. *Gigg.* 3, Latibulum in terra. *Id.* 4, *primâ Keſr. Pl.* دحاء, Caput, tribunus, *idiomate Jemen. pec.* Dux *ſ.* præfectus exercitûs.

أدحي *formâ* أفعول, *à* دحي, *Pl.* أداحي Locus ubi ova ponit ſtruthiocamelus. 2, *Nom.* manſionis Lunæ.

دحي *pro* دجي Tenebræ. *hinc* دحياء Tenebroſa *nox.*

¶ دحي, *Fut.* I. Percuſſit *eos ventus* nudos, & diſco-opertos, *vel* ut ſe tegere non potuerint. *cca.* 2, Acceleravit. *Gigg.*

دحي *Act.* & Lanæ percuſſio, quæ malleo fit.

דחך CH. דְּחַךְ Irriſit, ſubſannavit. *Fut.* Job 9. 23. & 22. 19. *i. q.* דחך & Impinguavit.

דּוּחְכָא Irriſio, ſubſannatio. Job 34. 7. *Elias* דְּחֲכָא.

דחל CH. דְּחַל Metuit, timuit. Pſa. 55. 20. *Pa.* Jud. 7. 3. *Pl.* Pſ. 119. 63. *Cn.* Iſa. 55. 13. *Aff.* Pſal. 111. 5. f. 2 Reg. 4. 3. *Inf.* 1 Sam. 18. 29. *Imp.* Prov. 3. 7. *Fut.* Pſa. 3. 7. & 112. 7. *Pah.* דַּחֵל Terruit, perterrefecit. Dan. 4. 2. ארחלא אכרעיך ובינך ובין Dum tremunt (ſabulo aſperſa ſunt. *h. e. quamprimum ad portum appuleris, Cl. Plant.*) genua, mercem tuam vende.

דְּחִילָא דְּחִיל Terribilis, formidabilis, reverendus. Gen. 28. 17. *Jon.* Pſal. 47. 3. *Plur. Fœm.* דְּחִילָן Pſal. 45. 5. *It.* דְּחִילָא, דְּחִילָה Timor, tremor, metus. Jon. 1. 10.

דַּחֲלָא, דְּחַלְתָּא Timor, metus, terror, pavor. Pſal. 55. 6. *Aff.* Prov. 10. 27. *Pl.* דַּחֲלָתָא Pſal. 55. 5. *It.* Idolum, *deus falſus, quem homines ut verum Deum timent.* Hoſ. 8. 6. *At* Deut. 32. 15. *Tal. Hier. ſumitur pro* vero Deo. *Pl.* דַּחֲלָן Idola. Exod. 20. 23.

דְּחִילוּ Terror: *al.* Terribilis. Gen. 18. 17.

דְּחִילִין Lecticæ, pilenta. Iſa. 66. 20. *ſic Elias: at noſtra* בִּרְחֲלִין.

דַּחֲלוּלִין Terricula, terriculamenta, *quæ formâ humanâ in agris, vel arboribus ponuntur ad abigendas aves. Ba. baſ.* 6. 2. *fin.* Cacodæmones.

SYR. ܕܚܠ *i. q. Ch. & ſic cc* ܡܢ. Hebr. 11. 27. Luc. 19. 21. *It.* Coluit, reveritus, veneratus eſt, reverentiam exhibuit: *& ſic cc* ܠ. 2 Reg. 4. 13. Joh. 9. 31. *Part.* Gen. 32. 11. *Pl.* Act. 2. 5. & 9. 26. f. ܕ̈ܚܠܢ Epheſ. 5. 33. *Pl.* Act. 13. 50. *Imp.* Rom. 11. 20. *Fut.* Joſ. 4. 24. Marc. 6. 50. *Pah.* ܕܚܠ Terruit, perterrefecit. *Part. & Inf.* 2 Cor. 10. 9. *Pl.* 1 Pet. 3. 14. *Aph.*

ܐܕܚܠ Id. *F.*

ܕܚܝܠܐ ܕܚܝܠ Terribilis, formidabilis. Heb. 12. 21. *Pl.* Marc. 10. 32. *Fœm.* Marc. 5. 33. *Pl.* c. 16. 8.

ܕܚܠܬܐ ܕܚܠܐ Timor, terror, pavor. Luc. 1. 74. 1 Cor. 2. 3. Religio, cultus, veneratio, *q. Religio V. Teſtamenti in Timore poſita erat.* Eccli. 25. 8, 14, 16. Superſtitio. *Aff.* Act. 25. 19. Deus, numen, Idolum *de vero, & de falſis diis dcr. Bochart. Gr. Sa.* 440. *a.* 2 Reg. 23. 6. 13. *Pl. Conſt.* Act. 9. 30. *Aff.* Gen. 31. 42. Act. 25. 19. *Pl.*

ܕ̈ܚܠܬܐ Terrores, Idola, 2 Reg. 17. 16. Deut. 32. 16. Cultus *idololatrici*, 2 Reg. 18. 4. *Inanes.* Pſ. 31. 7. *Aff.* Act. 17. 23.

ܕܚܠܘܠܐ Timor, horror, larva nocturna. *Pl.*

ܕܚܠܘܠܝܢ Timidi. Eccli. 45. 2.

ܕܚܘܠܬܢܐ Terrens: timidus. *Pl.* Mat. 8.26.

ܕܚܘܠܬܢܘܬܐ Terrefactio, timor. *F.*

ܕܚܝܠܐܝܬ Reverenter, terribiliter, timidè. *Off. Mar.* 424. ܕܘܚܠܐ Tremefactio. *F.*

SAM. ࠃࠇࠋ *i. q. Chal. Par.* ࠌࠃࠇࠋ Timorem incutiens. Deut. 28.26.

AR. دَحَلَ *Fut.* A. Per latera fodit, & in iis ampliavit, *puteum. cca.* 2, *Intranſ.* Foveam terræ ingreſſus fuit, *pec.* supernè anguſtam, infernè latam, patentem. 3, Recepit, continuitve ſe ad latus tentorii, *velut abditum locum. mediâ Keſr.* 4, Opulentus, *ſ.* dives pecorum fuit. & 5, *contrà*, Adverſam paſſus fuit fortunam. & 6, Licitando obtinere ſtuduit, contendit. & 7, Decepit. *Gol.* & In lucta proſtravit illum. *Gigg.* & 8, Pumilio, *ac* propendulo ventre fuit. *v. ult. Nun.* 9, Fugit, (timore perculſus, *Bd. Gigg.*) receſſit *ab eo.* Abditque ſe, latuit. *cc* عن. III. *i. q.* 6, 7, I. *et* Imminuit dolosè captans. 2, Celatâ re, quam noverat, aliam narravit. IV. *i. q.* 2, I.

دَحْل *Act.* 1, 2, 3, I. 2, *uti* دُحْل, *Pl.* دُحْلَان, أَدْحَال, أَدْحُل, دُحُول, دِحَال *Dohlânon*, Foramen in terra supernè anguſtum, infernè patens, ut quis incedere ibi poſſit: *ubi nonnunquam frutex* سدر *germinat*; & Similis in fluvio, alveove, *aut* putei fundo, cavitas. & Congregandæ aquæ factum opus. & Locus in latere tentorii, quo ſe mulier recipit viro aliquo ingrediente. 3, *med. Fhath. Act.* 4, 5, 6, 7, 8, 9, I. 4, *med. Keſr. Ag. pec.* 4, 5, 6, 7, 8, 9, I. & *i. q. quart. primâ Fhath.* Doloſus, impoſtor; Improbus, perfidus: adulator; *it. hoc* Patens, per latera de novo ampliatus, *locus, et* lateribus amplis, ut latiùs confluat aqua; & Camela à camelis aliis recedens. 5, *tert.* Nolle. *Gol.* Prohibitio: cùm quis à re abſtinet. *Gigg.* 6. *prim. c He fin.* Puteus.

دَحْلَة Puteus anguſti oris.

دَاحُول, *Perſ.* دَاهُول, دَوَاحِيل, Ligna, quæ defigit venator ad cogendas, capiendaſque iis, ceu decipulâ, dorcades.

دُحَالِص دُحْلِص, Splendens, fulgens.

Q. دَحْلَط & دُحْلَط, Confusè locutus fuit. *Gol.* & Balbutivit. *Gigg.*

Q. دَحْلَم Defecit, deturbavit de monte, *vel* in puteum.

¶ دَخَلَ, *Fut.* O. Intravit *domum, &c. cca vel c* إِلَى. Gen. 19.8. Exod. 15.19. *Erp.* Pſa. 5.8. & 17.7. & 23.7, 9. & 42.4. & 44.15. & 65.13. Mat. 9.28. Rom. 5.12. Ebr. 9.7, 12. Introivit in potentia *cc* فِي. Pſ. 70.16. Ingreſſus fuit *ad alium.* Act. 1.21. Incidit *in eum nox. cc* عَلَى. Subintravit *lex.* Rom. 5.20. Immiſit ſe *aliis*: *pecul.* advena. & Immiſcuit, accenſuit *aliis. Avic.* I. 68.34. *Ar. cc* بِ *vel* فِي. & Familiaris fuit. 2, Provênit, rediit, *ex arte, aut aliunde, lucrum.* 3, Corrupit, vitio affecit, *etiam* dedecore. 4, Dolo decepit, perfidè egit. 5, Macrum, *ac* mente captum reddidit. 6, *mediâ Keſr. etiam formâ Paſſ.* Corruptione, *ac* vitio, *pecul.* intrinſecus, laboravit *mens, corpus, negotium.* II. *Tranſ.* 1, I. *cca.* III. Interior, *ac* intimus fuit. & Intravit *eum Satanas. cca.* Joh. 13.27. 2, Adiit, ſubivitque *negotium.* 3, Cepit, inceſſitve *eum falſa perſuaſio. cca. faſtus.* Pſ. 72.6. *Ro.* IV. Introduxit. Gen. 43.24. Exod. 15.17. *Erp.* Pſ. 65.11. & 77.54. Act. 9.8. & 21.28. & *Ar. Sam.* ࠉࠃࠇࠋ Introducat. *qs.* להביא *pro Heb.* לבא. Deut. 20.19. Induxit: Immiſit *ſe in dolum.* 1 Tim. 6.10. *Erp. cca.* Protulit *in aliquem judicium. cc* فِي. Judæ 9. *Erp.* V. Ingreſſus fuit *navis ſinum. G. Nub.* 40.7. *Ar.* Ingeſſit ſe, *pec.* Senſim. & Admiſſus fuit, adactusque ad ingreſſum. *cc* فِي. VI. Invicem ingreſſi, immiſtive fuerunt: penetrarunt invicem, *pulſus. Avic.* I. 63.43. *hinc Ag. alter alterum* ingrediens, *ſpecies pulſus inæqualis recurrentis. Ib.* & *Part. Paſſ.* Immixtum *ſubſtantiæ parti genus glandularum.* I. 38.24. *Ar.* 2, Subiit *me. pec.* ſenſim, *de ea re aliquid. ccap.* & مِن *r.* VII. *Poëtis pro* VIII. Ingreſſus fuit. X. Voluit intrare, *aut* ingerere ſe.

دَخْل *Act.* 1, 3, 5. 2, τῷ خَرْج *Oppoſ.* Quod ex arte, *aut* aliunde, ad aliquem redit: acceptum, *pront opponitur expenſo.* 3, Vitium. 4, Dubium; ſuſpicio. 5, & *primâ Keſr. it. c He fin. primâ Fhath. Keſr. et Damm.* Interior, *et* abdita pars *rei, negotiive, pec.* animi, *i. e.* intentio. Inſtitutum, *et* ratio, quam quis ſequitur, *hinc,* هو حسن الدخلة. In ſumma *i. q.* جميع امر رجل ودخلته وبطانته. *Gol.* Omnia viri negotia, *et* res: ejuſdem perpetuitas, *et* arcana. *Gigg.* & Dominium *regis. G. Nub.* 17.1. *Ar.* & Urbs fructibus referta; *it.* Locus in quo apes mel conficiunt. *Bd. Gigg. et c He fin. primâ Keſr.* Colorum in colore uno permiſtio. 6, *mediâ Fhath. Act.* 3, 4, 6, I. & *ipſum* Vitium, corruptio. Morbus. & certa quædam ejus ſpecies. *ac* Fraus. Dolus. Dedecus. *et Coll.* Arbor implexa ramis invicem immiſſis, *et, ferè plurium ſignif.* Εἰσπδημῶν, proſelytus. Act. 2.10. *Erp.* & Qui *aliis* accenſetur, de quibus non ſit. *cc* فِي. *et i. q.* 5, *prox. ſeq.*

دُخَّل, *Pl.* دَخَاخِيل, *Nom.* avis parvæ. 2, دَخْلَل, *et c* ة, *i. q.* دَخْلَة. 3, Craſſo, compactoque corpore præditus. *et c He fin.* Caro quævis in unum compacta. 4, Herbæ, pabulumve ſubiens arborum radices. 5, Plumæ immiſſæ inter alias بطنان *et* ظهران plumas longiores, *ac* breviores. 6, *tert. Dal et Lam. prim. Keſratis,* Caro, *vel* adeps, in carnem aliam excepta; *it. uti etiam quart. primâ Damm.* Intimus, familiaris. Syncerus *amore. ccg. et i. q. quinta præcedens.*

دَاخِل *Ag.* 2, *c* ة f. *Pl.* دَوَاخِل *i. q.* دَخْلَة, & Depreſſa *terra.* 3, Internus. 1 Cor. 5.12. interius *tabernaculum.* Ebr. 9.3, 7. Interior, taliſque rei pars, *ſpec.* f. *negotii, et perizomatis, ſ.* ea facies illius, quæ reſpicit corpus. *et* interiores *libri, i. e.* Canonici. *Bd. hinc præcedentibus* 1 فِي 2 إِلَى 3 مِن : *et* 4 السر, 5 الحب 6 بيت بيتا, 7 قلبي, 8 من الباب, *ſequentibus, i. e.* 1 Intus, intra. *G. Nub.* 40.20. *Ar.* 2, Intró. 3 Intrinſecus, *et* intus. Pſ. 44.14. *et* 54.4. *Ro.* 2 Cor. 7.5. *Scal. Prov.* I. 5. *et* 4 Conſcius arcani, 5 Syncerus amor, 6 Ultra hanc domum domum alteram *ingredieris.* 2 Par. 18.24. 7 Intra cor meum. Pſ. 39.9. 8 Intra portam. 2 Sam. 3.27.

دِخِّيلَى, دُخَّيْلَى, دِخِيلَة, دِخَال, *i. q.* دَخْلَة; *et* دَاخِلَاي Intima *domus.* 2 Par. 18.24. 2, *etiam primâ Damm.* Crines penduli in fronte equi. 3, Cùm camelus modò potus ad aquam redit, *pecul.* ſe ingerens inter duos alios, qui non potârint, *atque* iterum bibens. 4, Articulus, *ſ.* articulatio quæ in corpore fit duobus oſſibus invicem excipientibus, *ſc.* Γιγγλυμός.

دُخُول *Act.* 1, I. Ingrediens. Heb. 10.15. ingreſſurus. Gen. 12.11. & *ipſe* Introitus. Rom. 5.20. *Erp. pec. mulieris poſt partum in templum. Off. Mar.* 518. *Gall.* Relevailles d'une femme. & Adventus *hyemis.* 2 Tim. 4.21. *Erp.*

دَخِيل, *Pl.* دُخَلَاء (أَدْخَل Interior: magis penetrans: familiarior.) Intimus, proprius, familiaris, arcani conſcius. 2, Proſelytus, qui inter alios recipit ſe, *ac* vivit, ex eorum habitus numero, *ſ.* ordine, quamvis revera non ſit. Act. 6.5. *E. & Pl.* πάροικοι. Epheſ. 2.19. *Erp.* Exterus *homo.* 2 Sam. 1.13. هو دخيل فيهم Peregrinus, *ſ.* alienus eſt inter eos. *ita* 3, Peregrina *vox* in uſum admiſſa, *ceu* vernacula. *pecul.* quæ donata Arabiſmo. 4, *i. q.* 4, τῷ *præc. Dichalon*, Articulatio mutui nexûs. 5, Equus, qui proprium ſibi, *ac* peculiare pabulum habet. 6, *in carmine,* Litera inter الف & حرف الروي التأسيس media. دِخِّيلَى Ludi genus quoddam. *Gigg.*

دِيَاخِيلُونِيَة, & دَاخِلِيُون, Medicamenti genus. *Avic.* I. 360.21. & Diachylon *emplaſtra.* II. 63.42. *contra ſcrophulas ſ. ſtrumas.* 73.33. *Ar.*

دَوْخَلَّة Fiſcella, loculuſve qui supernè conſtringitur ex foliis palmæ contexta, reponendis dactylis inſervientia.

مَدْخَل *Act.* 1, I. & *Pl.* مَدَاخِل, Aditus, introitus, ἔσοδον. 2 Sam. 5.9, 25. Pſ. 120.8. Act. 13.24. *Erp.* 1 Theſſ. 1.9. & 2.4. 2 Pet. 1.11. & Locus, *ac* tempus ingreſſus. *pecul.* Veſtibulum, porta. *ſpec. Chronol.* Character *ſ.* feria, quâ incipit annus, menſis. *J. Grav. Epoch.* 9.18. *et* 19.55, 63. *et* 51, 7. 2, *primâ Keſr.* Clavis, & Ἀναστόμωσις *ſ.* Conjunctio *venarum. Avic.* I. 27.6. *Ar. Bartol. Anat. reform. p.* 406. 3, *primâ Damm. Act.* IV. Introductus, intromiſſus. *et* Iſagoge in artem. *et* Introductionis, *vel* immiſſionis locus. 5, *ſecund. prim. Damm.* Valdè prominens *caſtrum. Gigg.*

مُدَّخَل Immiſſus. Spurius, illegitimus. Illaudatus *homo,* viliſque.

مَدْخُول, f. ة, Ingreſſus. & Immiſſus. 2, *pro Dachlon*, Reditus, *ſc.* lucrum. 3, Macer, emaciatus: Mente laborans. *et* Intus corrupta, *ſ.* computreſcens *palma.*

¶ دَخْل, *Pl.* أَدْخَال, دُخُول Talio; vindicta, ejuſque cupido. *aut* Inimicitia. Odium.

Q. دَحْلَم Mactavit, jugulavit; & دهور فتدحلم Congeſtus, *et* in aërem volutus, *it.* jugulatus fuit. *Gigg.*

דחם SYR. ܢܚܬܘܡܪܐ *No.* Piſtoris celebris. *BB. Conv. c Ch.* נחתומר.

AR. دَحَمَ, *Act.* دَحْم *Fut.* A. Validè impulit, truſitque, *et* Subegit *mulierem. cca.* & hoc cum vehementia.

دِحَم Radix. دَاحُوم, *conf.* دَاحُول, Rete quo capitur vulpes. دَحْمَاء *Nom.* Viri. & Validè coiens.

Q. دَحْمَر Implevit utrem. *cca.* دُحْمُور Animalculi, *ſ.* inſecti genus. دَحْمَرِيثَا Diamarte, medicina quædam compoſita contra frigiditatem ſtomachi. *Avic.* I. 440.32. *Ar.*

دَحْمَس, دُ, دِحْمِس, f. ة, *conf.* حِنْدِس Res omnis nigra. Tenebroſus. 2, Uter acetarius in quo acetum conditur. 3, *prim.* Funis ſubtilitas. *Gigg.*

دَحْمَسَانِي, دَحْمَسَان, دُحَامِس, دَحْمِس Fuſcus, craſſus, pinguiſque *vir.* 2, *ſecund.* Strenuus. & *primâ Fhath.* Noctes obſcuræ, *et* illunes: *pec.* ternæ novilunio, utrinque proximæ. 3, *tert.* Fatuus.

دحوق Magnus ventre, et corporis mole.

Q. دحمل, et c ح pro eo (et c د volutavit. cca) Per terram volvit. cc ب. In terra expandit prostratos, et subjecit. cca.

دحامل Superbus. دحملة Macrâ, ac laxâ cute. & contrà Crassâ, ac plenâ carne.

¶ دحم, Fut. A. Vehementiùs trusit, ferè è loco pellens. et subegit mulierem. cca.

Q. دحمر Implevit utrem. 2, Velavit, operuit, texit. cca.

Q. دحمس Celavit te animum, non manifestans, quid vellet. cc علي

p. دحمسة Fraus. دحامس Niger, craſſusque.

דחן

דֹּחַן m. Milium. Ezech.4.9.

CHAL. דּוֹחַן i. q. Heb. et ibid. דחן, דחנתא i. q. דהן pinguedo, vel pro eo. דּוּחִינָא Id. Num.15.19. Jon.

SYR. ܕܘܚܢܐ Milium. Ezech. 4.9. et 27. 17.

ÆTH. ደኅነ : Liber, immunis. Mat.23. 16,18. liberatus, ſalvatus fuit. 2 Tim. 4. 17. Eph. 2. 8. ደኅነ : Servati ſumus contractè pro ደኅነነ : Matt. 24. 22. ዘእምድኅነ : qui ſervatus eſſet. Inf. 1 Pet. 2. 2. cum ሀ : Mar. 10. 26. ይኅን : Fut. Pſal.59.7. et 17. 32. 2 Th. 3. 2. 1 Pet. 4. 18. Reſtitutus eſt. Mar. 8. 25. Effugit, evaſit. Heb.12.25. 1 Pet. 4. 1. IV. አድኅነ : Liberavit, ſervavit, ſalvavit, redemit, eripuit. Pſal.29.4. et, 17. 20. et 33.4. Im. 3. 6. et 7. 1. et 17. 47. Fut. 17. 30. et 26.1. et 29. 4. et 129. 7. 2 Tim. 4.18. Reſervavit. Pſal. 30. 24. VII. አንደኅነ : i.q. IV. Act.27.44. ደእኅን : Salus, ſalutare. 1 Th. 5. 3. አድኅኖት: Id. Pſal. 19.5. et 25.3. & 39.13, 22. 2 Cor.6.2. መድኃኒት: Redemptio, ſalus liberatio. Pſal.11. 6. et 72. 25. Luc. 1. 68. መድኅን : Redemptor, ſalvator, liberator. Pſal. 42. 6. et 68.34. et 77. 39. et 117.14. Deut.32.38. Joh.4.42. Tit.3.4, 6.

AR. دحن Pumilus, & prominente ventre fuit.

دحن Ag. 2, i. q. دحل, Doloſus, improbus.

دحنة, دحونة, Pumilio ventroſus. 2, prim. ſecundâ Keſr.

Eminentior terra. دحنوس Nom. propr. Gigg.

¶ دخن, Fut. A. O. Fumavit, fumum emiſit. et Suffumigavit myrrhâ. cc ب. Avic. I. 140. 43, et 319. 51. Ar. 2, Fumi inſtar elatus fuit pulvis montium. Pſal. 103. 33. Ro. et 143. 5. Mediâ Keſr. 3, Excitavit ac vehementer emiſit fumum ignis, impoſitis viridibus lignis. 4, Fumo infectus fuit, oluitque cibus. 5, Prava, ac improba fuit indoles ejus. 6, et. mediâ Damm. Fumoſo, impuro, ac obſcuro, colore fuit homo, jumentum, herba. II. i. q. 1, 2, I. Pſal. 103. 32. et Tranſ. Fumigavit domum: pecul. accenſo ſuffimento. cca. IV. Granis induruit ſeges. V. Fumo affectus, et ſuffumigatus fuit. Avic. I. 573. 49. Ar. et Ag. Exod. 20.18. VIII. i. q. 1, I.

دخن Act. 1, I. 2, primâ Damm. Milium. Neh. 5, 2, 3, 11. ſ. potiùs Panicum. et c Hha. Avic. I. 165. 9. Ar. al. Furfur. Gigg. & c He fin. Color fumoſus, ſ. potiùs fuligineus, impurus, ad nigrum vergens. Quicquid imponitur igni ad ſuffimentum, fumigandum: ſuffitus. Deut. 33. 10. Ar. Sam. Fumus ſuaviſſimus. Pſal. 140. 2. Ro. ſuffumigii. Avic. I. 573. 49. Ar. Calami aromatici particulæ, aut ſimilia, quibus ſuffitur domus, & veſtes. et ipſa Suffumigatio. Avic. I. 128. 21. et 198. 34. Ar. et præcedente ابو Nom. avis. 3, mediâ Phath. Act. 3, 4, 5, I. et ipſa Malignitas indolis. Odium in animo abditum. هدنة علي دخن Induciæ non ad pacem factæ, ſed ſimulato animo, aut inventâ cauſâ. & Depravatio mentis, & exiſtimationis. Gol. & cùm in ſupputatione erratur. Gigg. it. Fulgor enſis formiculari ſpecie. et i. q. prox. ſeq.

دخان, ح, Pl. دواخن, دواخين, ادخنة, Fumus. Gen.15.17. Joſ.8.20.21. Pſal. 17. 9. et 36. 20. et 67. 3. et 101. 4. Act.2.19. Cor. Sur. 44. tit. Fuligo cedriæ, picis, &c. Avic. I.160. ابنا Abna Dechânin, Dives 10. ſeqq. Ar. et c • et otioſus. 2, prim. cum Je fin. Denom. Fumus, aut fumo ſimilis vapor. &c. Avic. I. 4.34, 35. et 144.9. et Fumoſi coloris ſerpens. II. 149. 11. rutela. 147.9. Ar.

دخون Act. 1, 2, I. دخنان Nubiloſus dies. et c He fin. Obſcura, ac velut fumoſa nox. 2, prima Dam. c Nun. Paſſeris ſpecies.

ادخن, f. دخناء, Fumoſo colore, obſcuro, impuroque præditus aries, ovis. 2, ſecund. i. q. 2 præced. prox.

مدخن Locus ubi excitatur fumus. & primâ Keſr. cum He fin. Foculus, ſ. potiùs thuribulum, vas è quo fumigatur ad ſuffitum. 2, primâ Damm. c He fin. Pruna. Gigg.

دحدس et c س, Robuſtus vir, cameluſve, (et carnoſus. Gigg.)

דחס

CHAL. דְּחַס Arctavit, preſſit, compreſſit, impreſſit, fixit, firmiter poſuit. Jevam 102. 1. ſcribitur et דחש v. Ba. metz. c. 9. init.

דִּיחוּס, דְּחָסָה Compreſſio, oppreſſio, preſſura. Jevam 42.1.

AR. دحس, Act. دحس, Fut. A. Excitavit diſcordiam, ſimultatem inter eos. cc بين. Gol. et Pedibus aliquid attrivit, et commovit; it. Traditionem vitii notavit. Gigg. 2, Manus immiſit inter pellem et peritonæum ovis excoriandi ergô. et 3, Celavit rem. cca et ب, qs. pro دسس. 4, i.q. دحص, aut pro eo, Replevit vas. cca. et Frumento repleta fuit ſpica. IV. Id.

داحس, داحوس, Paronychia, ulcus proveniens inter unguem et carnem, quo ille extirpari ſolet: Reduvia, redivia: Ital. Pannarice. Avic. I. 126. 17. et 165. 25. et II. 175. tit. et ſeqq. 2, prim. Dahes, Nom. equi et belli. Pocock. H. Ar. p. 48, 82, 346. 3, اشأم من داحس Prov. quo aliquem iniquum inſinuant. Gigg.

دكس, دكس, Res omnis, copioſa.

دحاس, د, دِ, Pl. دحاديس, et ح pro د ult. Gigg. Nom. inſecti flavi ſub terra latentis, quo decipulæ impoſito paſſeres capere ſolent pueri.

دحيس Opacus. R. Gigg.

مدحوس i. q. دحاس, Incolis plena, referta, domus. 2, Paronychiâ laborans unguis.

دحسم, دحسمان, دحسماني Valdè fuſcus. 2, Pinguis, et compactus. et Confuſus. دحسمان الامر

¶ دخس Tumore circa ungulæ ſuperiorem circulum laboravit jumentum. V. Impoſitus, ſ. immerſus in cinere fuit chytropus ollæ.

دخس Immerſio rei in terra. 2, Vir carnoſus, et ſucci plenus. 3, Catulus lupæ. 4, mediâ Fhath. Morbus qui ad ungulam jumenti ſuboriri ſolet; et primâ Damm. 5, Delphinus; et mediâ Teſdid. cùm ſtimulo jumentum vexatur, agitur. Gigg.

دخاس Mu'tus. 2, Propinquis annulis contexta lorica.

دخيس Articulus tarſi, & metatarſi in jumento ungulâ prædito. & Oſſiculum in interiore ungulæ parte. 2, Caro in vola manûs. Caro compacta, et multa. & Pinguis obeſa, quævis res, & Multus, numeroſus, pec. Multi tumuli arenacei, multa ſupellex, pabulum multum.

دواخس Chytropi, ollarum pedes. دحسم, دحسم, Craſſus, brevis: niger.

דחף

דָּחַף Impulit, compulit. P P. Pl. דְּחוּפִים Compulſi, feſtinantes. Eſth. 3.15. & 8.14. Niph. נִדְחַף Impulſus eſt, ſeſe impulit. 2 Par.26.20. Eſth. 6.12.

מַדְחֵפוֹת f. p. Impulſiones, præcipitia. Pſal. 140.12.

C H. דְּחַף i.q. Heb. Deut.19.5. Jon. Feſtinavit; perſecutus, inſecutus eſt.

דְּחִיפִין Impulſi, feſtinantes. Eſth. 3. 15. & 8. 14. T. 2.

דחץ

היט AR. هاط, *Fut.* I. Clamavit, ſtrepuit, tumultuatus fuit. III. Id. VI. Congregati fuerunt inter ſeſe, *ac* convenerunt ad concinnandas res ſuas: *Oppoſ.* תמایطوا conveнерunt ad turbandas res.

هيط، هياط، *prim. Act.* I, *ſec.* III. 2, *ambo Oppoſ. τοῖς* ميط، مياط، receſſus, ſeceſſus, Acceſſus, appropinquatio.

היך הֵיךְ Quomodo, ſiquidem, ſicut, juxta, ſecundùm. *i. q.* אֵיךְ, *commutatis* א & ה. 1 Par. 13.12. Dan. 10.17.

CH. הֵיךְ & הֵיאַךְ *i. q. H.* Pſal. 51.3. & *in utroque membro ſimilitudinis.* הֵיךְ אַיְּלָא ſicut cervus, הֵיךְ נַפְשִׁי ſic anima mea, Pſal. 42.2. *Al.* הֵיכְנָא. *It. c* כ *ſeq.* הֵיךְ כְּאַרְיָא ſicut leo, Pſ. 22.14. הֵיךְ כְּמַיָּא ſicut aqua, v. 15. הֵיךְ דֵּין *i. q.* הֵיךְ Job 24.5. *ſic* הֵיכְדֵין & הֵיכְדֵּין & הַכְדֵין *It.* ſic, quomodo. Pſal. 73.11,19. & 48.11. Eccl. 6.8. הֵיכְמָה Id. *Poſt ſe habet* דְ *vel* דִי. Eccl. 11.5. Lam. 1.6. הֵיךְ מָה דִי ſicut, Pſal. 48.9. הֵיכְנָא Quomodo? Prov. 5.12. Sic, ita, ſicut. c. 6.3. Pſ. 48.9. מְטוּל הֵיכְנָא Propter ſic, *i. e.* Propterea, Prov. 7.15. Pſ. 46.3. חִלּוּפֵי הֵיכְנָא Propterea, Pſal. 19.12. *In Ven. quandoque leg.* הֵכְנָא. הֵיכְּרֵי, הֵיכֵי Ubi, ubinam? hîc illic. Eſa. 49.21. לְהֵיכָא Quò? 2 Reg. 6.13. ואתון היכי הוויתון Vos a. ubi fuiſtis? מֵהֵיכָא Unde? *et ſine interrogatione,* unde; *in reſponſione,* inde. כל היכא ubicunq;. כל היכא דאיכא ubicunq; eſt. כי היכי Ut, eo ut, propterea quòd. *Sanhed.* 7.2. הֵיכִי דְ Sic, ſicut ut. הֵיכָן Ubi? ubinam? quomodo? מֵהֵיכָן unde? עַד הֵיכָן quouſque. לְהֵיכָן Quorſum, quò. *Maccos c.* 4. *Sanh.* 6.2.

AR. II. هيك، *Act.* تهييك، Properavit. 2, *i. q.* هوك، *ſ. pro eo,* Fodit.

هيك Perge, *et* rectam inſiſte viam in eo quod agis. (*al. Kef paragogicum eſt. Gigg.*

היל CHAL. הילכך, הֵילְכָךְ Propterea, idcirco. *Hal. Ol.* 127.

SYR. ܗܝܠܐ Ubicunque, quocunque: *It.* Fovea, Chaos. *BB.*

ÆTH. ሀየለ: *Inde fit* ሃለ: Seges, herba frumenti. Cant. 7.7. *IL.* (*Per Metath. conv. c* λήϊον.)

AR. هال, *Fut.* I. Demiſit. 2, Fudit: effuditque *farinam, arenam; pec.* citra menſuram. *ccar. et c* على *p.* 3, *c* ف *e med. v. Rad. med. Vaw.* II. *i. q.* 1, 2, I. *cca.* IV. Id. *cca.* V. *Paſſ.* Fuſus fuit. VII. Id. & Effuſi ſunt *in eum,* irruerunt conviciis, ictibuſque, alii poſt alios. *cc* على *p.*

هال، هيل؛ أهيل؛ هيال، هيلان؛ هيلمان، ـمْ؛ *prim. ſec.* Effuſa, *ſ.* profuſa *arena. tert. Act.* 1, I. & *Heil buwa, i. q. hal buwa, v. med. Rad. Vaw.* 2, *et. quart. quint.* Quod effunditur de arena, *et* ſimilibus rebus. 3, *et. ſext. ſept.* Arenæ, *et* ventus: &, *hinc fo.* Magna copia, *pec.* opum.

هيول؛ مهال، مهيل، منهال؛ *prim.* Atomi in domo conſpicui ſub radiis Solis. *ſec. c ſeqq.* Effuſus, *pec.* citra certam menſuram. *v. med. Rad. Vaw.*

הים CH. מְהֵימַן, הֵימִנֵּו, הֵימִין *v.* אמן. הֵימָךְ. מִמֶּנּוּ Ab eo, ab ea. *H.* הֵימֶנּוּ, הימנה abs te. לא כל הימנו Nihil ex illo fiet. *Ba. ka.* c. 10.3. לא הימך לומר Non ex te eſt dicere, *non ex animo tuo iſta decet decernere. Bemidb. rab. ſ.* 4.

SYR. ܗܝܡܢ *v.* אמן.

ÆTH. ሃይማኖት: *Syr.* ܗܝܡܢܘܬܐ *ab* ܗܝܡܢ. Religio, *ſpec.* Chriſtiana. (cultus Divinus: & *ſic conjunguntur,* አሚን: ወሃይማኖት: religio, & fides. ሃይማኖት: ርትዕት: Orthodoxa religio. ርቱዐ: ሃይማኖት: Orthodoxus. *It.* Fides, virtus Chriſtiana. Mat. 8.10, 26. *et* 9.2, 22, 29. *et* 15.28. *et* 17.20. *et* 21.21. 1 Cor. 13.13. Fides miraculorum, v. 2. Fidelitas. Luc. 16.11, 12. Pſal. 32.4. *IL.*) m. Eph. 4.5. መሃይምን: *v.* אמן.

AR. هام, *Fut.* I. Amore mulieris captus fuit. *et* هام على وجهه Vagatus fuit, palavit, præ amore aliave cauſa, furibundi inſtar. Erravit *per terram* rapi camelus. cc هي. 2, Sitivit. II. Obstupefecit. cca. Ex. 23.27. IV. Dispersit eos Deus. cca. Deut. 7. 23. VIII. i.q. اهتمال, *s. pro eo*, Prospexit, cavit *quæ sibi ipsi. et* لـ p. (*non* Defraudavit. *Gigg.*) *et Ag.* Insaniens *in eos.* cc على, Act. 26.11. X. *i. q.* X. *mediæ Rad. Vaw et ult. Je.*

هيم ، هيم ; هيمان ، f. هيمى ، *Pl.* هيام ،

هائم ، مهيوم ، مستهام ، تهيماء ; (هيم الله Per Deum. *Gigg.*) *prim. Act.* 1, I. *sec.* Sitientes *homines, vel cameli. tert. pec.* talis camelus. *quint. et.* Amore capti, eoque mentem percussi. *sext.* Bacchans. Sap. 14.23. *et c seqq. i. q. Hajûmon,* Attonitus; vagans, errans, *v.* I. *Conj. octav. et.* Vagus, incertus, *animus. non.* Morbus camelorum, *de quo infrà.* 2, *et. quart.* Ex morbo *Hojâmin* vagans, *et* pastum respuens *camela. et* Desertum, ubi nulla est aqua.

هيام ، هـ ، *Pl.* هيم ; الهيماء ; أهيم ;

تهيم ; إهامة ; *prim. c. seqq.* Arenæ, quæ manu contineri nequeunt, quin præ lenitate diffluant. *secund. et. Act.* 2, I. *et* Vehementissima sitis. 2, Furor ex amore. 3, Morbus, qui, camelos ex aquæ restagnantis potu invadens, efficit, ut à pastu abhorreant. *quart. Nom.* aquæ, & tribûs, *et* prælii: *quæ omnia ad Ar. Mohasjanos pertinent. quint.* Αναςφ, stellis minimè conspicuis obscura *nox. sext.* Compositus, *et* elegans incessus. *sept.* Interitus *hominum.* Deut. 2.15. dispersio. c. 7.23.

הין הִין *Hiph.* הֵהִין Paratus fuit, paratum se obtulit, ultro, promptè voluit: conatus est, intendit nervos, obfirmavit se. *Fu.* Deut. 1. 41. *Deducunt Heb. ab* הִי: *q. qui se promptum offert, dicit qs.* הִנֵּנִי ecce me, הִנְּנוּ ecce nos.

הִין Hin, *mensura liquidorum continens* 12 *logos, logus autem* 6 *ova, quæ sunt* 72 *ova. Menach.* 89. 1. Exod. 30.24. Levit. 19.36. *et* 23.13.

CHAL. הִין הִינָא Id. Exod. 30.24. Levit. 23. 13. *et Pl.* הִינִין c. 19.36. הִינָא *i. q.* נָא Crudum, non satis coctum. *Pesach.* 37.1. הִין Sic, ita, *responsionis vocula. Ber. rab. f.* 27. *fi.* הַיְינוּ Est illud, id est. *ex* הִיא *et Af.* נוּ, *ut H.* יֶשְׁנוּ. הַיְינוּ הַךְ hoc ipsum est, ecce id ipsum est. הַיְינוּ הוּא Ille ipse est. הַיְינוּ כַּךְ Id ita est.

ÆTH. ህየንተ፡ Pro, vice, loco, *conv. c Gr.* ἀντί. Psal. 34.14. *et* 37.21. *et* 44. 18. *et* 89.17.

AR. *v. sub med. Rad. Vaw.*

הים AR. هاس, *Fut.* I. Cepit quid magnâ copiâ. 2, Ivit, incessit quocunque modo. 3, *i. q. Dâsa,* Conculcavit, comminuit. 4, Dissipavit, *ac* fugavit *exercitum. cca. v. med. Rad. Vaw.*

هيس ؛ هيس ؛ أهيس *i. q.* أهوس ;

prim. Act. I. 2, Aratrum: *aut* arandi *et* colendi agri instrumentum. (& Pars armenti. *et* armenta. *Gigg.*) *secund. Interjectio excitandi,* Macte: *tert.* Strenuus, audax.

היע AR. هاع, *Fut.* I. A. Expansa fuit *res.* 2, Liquatum fuit *plumbum.* Fusa, fluxa, *s.* liquida fuit *res.* 3, *Fut.* I. A. Pavidus, pusillanimus, fuit. 4, *Fut.* A. Id. & Ignavus fuit. & simul avidè concupivit. 5, Aquam appetivêre, sitiverunt, *cameli.* 6, Esurivit. 7, *Fut.* I. Tædio affectus fuit. 8, Simulavit vomitum. *v. med. Rad. Vaw.* V. *i. q.* 1, I. VII. Fluxit *res.* Se diffudit vapor.

هاع ; هيع ، هـ ; هايع ؛ هـ ; لياع هياع ،

prim. tert. Prava aviditas cum impotentia, *vel* ignavia. لاع هاع *i. q.* لايع هايع, Pavidus, & languidus, pusillanimus, *vir. secund. Act.* 2, 3, I. *tert. et.* Fluxus rei per terræ faciem effusæ. 2, Obscœnum quid. 3, *uti et. quint.* Sonus, *vel* vox vehementior incutiens terrorem. *quart.* Fluxus, liquidus: liquatum *plumbum, s.* fluxile. 2, Obscura *nox. sext. sept.* Rapidus *ventus.*

هيوع ؛ هيعان ; مهياع ، *Pl.* مهايع ;

مهياع ، مهيع ; *prim. Act.* 3, & *sec.* 3, I. *c Fut.* A. *tert. c Pl.* Manifesta *ac* patens *via. quint. sext.* Attonitus, errabundus, *et* ad malum properans.

¶ II. هيّع Multâ adipe condivit *offam. cca. ita et* Largiter *terram* rigavit *pluvia. cca.*

أهيع ; *Du.* الأهيعان ; *prim.* Fertilis, & pabulo abundans *annus. secund.* Cibus, *et* potus. *et.* Victus, & conjugium. Vitæ commoditas. Abundantia bonorum. Multa aqua.

היף SYR. ܗܝܩܐ Ibis, avis. *BB.*

ÆTH. ሀየጸ፡ *Contr.* ሄጸ፡ 1 Sam. 17.49. Lapide ferit; *vel* Sagittâ confixit; Scopum tetigit. ይሄጽዉ፡ ሥዕርተ፡ attingebant capillum lapide è funda misso. Jud. 20. 16. *JL.* (*Conv. c* هيكعل & هكم pertingit)

AR. هاف, *Fut.* A. (*etiam* هيف *Fut.* A.) Collapso ventre, & tenuibus hypochondriis fuit. 2, *Fut.* A. Aufugit *servus.* 3, Ventum *Hifon* exceperunt *cameli,* adversâ facie, aperto ore; *sc.* præ sitis vehementia. IV. Sitientes habuit camelos. V. Vento *Hifin* afflatus, in eove versatus, fuit. VIII. Laboravit siti.

هيف ; هائف ، هيوف ، هيفان ; هافة ،

مهياف ; مهاف ; *prim. Act.* 1, I. & Vehementia sitis. *sec. tert. quart.* Valde sitiens: siticulosus. *quint.* Citò sitiens *camela; sext.* Id. & *homo, etiam* vehementer; & Validus. *sept.* Sitibundus *homo.*

هوف ; هيف ; هياف ، هـ ; أهيف ، f.

هيفاء ، *Pl.* هيف ; *prim.* Ventus calidus, *pec.* à solstitio hyberno flans, *vel* ab Ar. Felice, omnia exiccans. *secund. Act.* 1, & *tert. quart.* 3, I. *quint.* Extenuatus ventre, & lateribus.

היץ AR. هاص, *Fut.* I. Projecit, ejecit.

هيص ; مهيص ، *Pl.* مهايص ; *prim. Act.* Cùm avis excernit stercus. 2, Violentia. Contusio (& tenuitas, *Gigg.*) colli. *sec. c Pl.* Locus, ubi aves ejiciunt stercus.

¶ هاص, *Fut.* I. Fregit antè consolidatum *os. cca.* 2, Recrudescente, *s.* recidivo morbo affecit. *ccap.* 3. Languefecit *eum propensio in somnum. ccap.* 4, *absol.* Stercus excrevit *avis.* V. *Paff.* 1, I. VII. VIII. Id.

هيص ، هـ ; هيصاء ; مهيص ، مهاص ،

مهاص ; *prim. Act.* I. 2, Merda *avis.* 3, Recrudescens dolor, *aut* morbus. *sec.* Id. & Recidivus morbus, dolor, *aut* mœror. 2, Vomitio simul juncta cum alvi dejectione *est in eo.* cc ب. Cholera morbus. *Avic.* I. 142.31. & 177. 13. Colica passio. *Int. Avic.* I. 502. 25. *tit.* Κπ-ψία. *BB. tert.* Cœtus, hominum turba. *quart. c seqq.* Post consolidationem denuo ruptum *os.*

היק AR. هيق & هيقم ; أهيق ;

prim. sec. c Mim servili, Struthiocamelus mas. 2, Tenuis, & longus. *tert.* Longicollis, longum habens collum.

היר AR. II. هيّر *pro* هوّر, Diruit *aggeris partem. cca.*

هيّر ، هيّر *i. q.* أير ، أير ; هيرن ; هيار ;

هير *i. q.* هير ; *prim. sec.* Ventus septentrionalis, boreas. 2, Pars *noctis.* cc من. *quint.* Terra plana, *ac* commoda. *sext.* Lapsus, collapsus. *v. med. Rad. Vaw. sept.* Defraudatus; in rem incidens ob incuriam. *Gigg.*

هيّر ; هيري ; *prim.* Durus *lapis.* & *absol. uti sec.* Saxum durum: *pec.* quod impleat manum: (ad formam volæ. *Gigg.*) 2, Gummi arboris الطلح: *ob duritiem.* 3, Res ludicra, &, *uti sec.* vana, ineptiæ. 4, Eminus apparens falsa species aquæ, سراب dicta. (Nebula diurna. *Gigg.*) *uti sec.* Copiosa aqua. 5, Mendacium. Contentio, lis. 6, Colocynthis. *uti sec. Nom.* plantæ. 7, Venenum. 8, Animal quoddam majus glire. 9, *c He fin.* Cujus multum lac effluat *camela. Gig.*

היש AR. هاش, *Fut.* I. Commotus, *ac* concitatus fuit *populus.* 2, Grassatus fuit inferens malum. 3, Loquax, & verbosus fuit. 4, Leniter mulsit.

هيش ; هـ *i. q.* هوشة ; *prim. Act.* I. (& Cumulatio rei. *Gigg.*) *secund.* Cœtus, *ac* turba hominum, *pec.* permista, & confusa. Tumultus, seditio.

הית ÆTH. ህየተ፡ Pro, [illegible], عوض. Joh. 10.11. & 11.50. & 15. 13. *semel i. q.* ህየንተ፡ *vel pro eo,* Luc. 11. 11.

AR. II. هيّت Inclamavit, *et* vocavit *eum. cca.*

هات *qs.* آت ، f. هاتي ، *Du.* هاتيا ، *Pl.* m.

هاتوا ، f. هاتين ، هاتم Da, cedo *manum.* 2 Reg. 10.15. *digitum.* Joh. 20. 27. Adhibe *seniores.* cc من. Jer. 19. 1. *tert.* affer. 2 Reg. 6. 28, 29. *quint.* Adducite. Gen. 47.16. *sept.* Agite. 2 Par. 20.21. afferte. c. 29.31.

هيت ، هِيت ، هَت ، هيت ; (&, هيت لك *vel* لكم, *aliquando, sc. subjunctâ particulâ Lam c Affixo secundæ Personæ.*) *Sing. Pl.* m. f. Adesdum: adesse.

هيت ; هيات ; *prim.* Pars terræ depressior. (& Cynædus quidam. *Gigg.*) *secund.* Clamosus.

¶ هاث, *Fut.* I. Parum, & modicum dedit. cc لـ p. *etiam* spargendo. III. *i. q.* كاثر. (De multitudine certavit. *Gigg.*) V. Dedit, præbuit. X. Plus petiit. 2, Intulit malum, grassatus fuit.

هيث ، هيثان & c يد ; مهايث ; هيثة *i. q.* هيشة ; *prim. i. q. Heischon, s. pro eo,* Motus. 2, *etiam sec. Act. it.* Perficere in grege id, quo facto opus est; & *contrà,* Nocendo inferre ei malum. (Obtinere, quo egebas; & Contemnere munera. *Gigg.*) *tert.* Qui multum capit, accipitve. *quart. i. q. quint. s. pro eo.* Turba, cœtusque hominum.

הך CHAL. הַךְ Hic, hæc, hoc. *Ba. basra* 58.1. הַךְ כְּתוּבְתָּא hæc Scriptura. הַךְ מִלְּתָא hoc vocabulum.

SAM. ࠄࠉࠊ *Chal.* היך Ivit, &c. Gen. 22.13. *Par.* Exo. 3. 19. & 4. 21. *et* 8. 28. *et* 33. 16. *Fut.* c. 5. 3, 17. *et* 3. 21. Gen. 24. 39. *Aph.* c. 22. 6. *et alibi* ࠀࠄࠋࠊ *eliso* ࠄ.

ࠀࠉࠊ *Chald.* איך Sicut.

ÆTH. ተሀከ፡ Jactatus est. ለይትሄከ፡ eorum qui jactantur (*in alto.*) *Miss.* 168. 2. ተሀከከ፡ Pruriit, fricuit, *Ar.* هكّ. 2 Tim. 4.3. ሀከከ፡ Fluctus, elatio. Psa. 123. 4. Tumultus. Matth. 26. 5. *et* 27. 24. Act. 20.1. Seditio. Mar. 15.7. Rom. 16. 17. Luc. 21. 9. *et* 23. 19. Act. 19. 40. *Conv. c* ሁከት *v.* ሀውከ፡

AR. هكّ Percussit *eum gladio. ccap. et c* ب *instr. Ang.* To hack. 2, Fricando trivit, comminuitve. (contudit pistillo. *Gig.*) *cca.* 3, Validè, *aut* multùm congressus fuit *cum muliere. cca.* 4, *i. q.* هكّ,

هَكَّ, ſ. pro eo, Subegit, ſubjugavit, *virum. cca.* & *i. q.* تَكَّ, ſ. *pro eo*, Cepit, vicitve *eum vis vini. cca.* 5, Eduxit *lac. cca.* 6, *Tranſ.* Merdam excrevit *ſtruthiocamelus; quin eam ejecit nulla non avis.* & Pepedit. 7, Corruit *puteus.* 8, *formâ Paſſ.* Dejectus, *ſ.* collapſus fuit. V. Partui vicina *mulier* laxas circa ilia partes habuit, & magnas mammas. VII. *Paſſ.* 2, I. 2, Victus vino fuit. (& Pertigit *ad illum. cc* مِن. *Gigg.* 3. Dilatatæ fuerunt in partu *quæ circa ilia ſunt corporis partes.* 4, Terræ cohæſit procumbens *camelus.*

هَكّ, *Pl.* هَكَكَة & أَهْكَاك, *i. q.* هَكِيك; مَهْكُوك; *prim. Act. pec.* 1, 7, I. 2, *c Pl.* & *quart.* Qui laborat mente. 3, Repetita, continenſve, quæ haſtâ fit, confoſſio. 4, Merda avis tardæ. 5, Pluvia vehemens. *quart. etiam* Cinædus. 2, Fricando comminutus, tritusque. *quint.* Id. 2, Qui podicem continere neſcit. 3, Impudens in loquendo.

مِهْكَكَة; هَكُوك; هَكُوك *i. q.* عَكُوك; *prim.* Difficulter pariens *mulier. ſecund.* Impudens, qui non curat, quid dicat, faciatve. *tert.* Id. 2, *i. q. quart. ſ. pro eo,* Obeſus. 3, Locus inæqualis, duruſque, & *contrà*, æqualis, & mollis.

Q. I. هَكْهَكَ, *Act.* ة, *i. q.* 3, I. ـّ هَكَّ, (هَكْهَاك 'Οχεύτης, multùm coiens) Venereus fuit.

הכא CH. הָכָא Hîc, huc. Gen. 15. 16. & 19. 12. & 22. 5. & 21. 23. 1 Sam. 16. 11. עַד הָכָא uſque adhuc. מֵהָכָא inde. *Sanhed.* 37. 1. *Repetitum,* Hîc, illic. *c* ל, הָלְכָא. *Ven.* הַלְּכָא, *v.* כָּא.

הכב AR. هَكْب, هِكْب, Deriſio, irriſio.

הכד CHAL. הֵיכְדֵין הַכְדֵין *v.* הֵיךְ.

SYR. ܗܘܟܕܢܐ & ܗܟܕܢܐ *i. q.* ܚܘܝܐ Aſpis, vipera. ܗܘܟܡܗܘܬܐ Identitas, eſſentia: & ܗܘܟܡܗܘܐܝܬ Eſſentialiter, *ex* ܗܘ ܗܘ ܟܡ. *v.* הוא.

SAM. ࠄࠊࠃ *v.* ࠄࠊࠃࠀ.

AR. هَكَّدَ Gravis, & importunus fuit *debitori ſuo. cc* عَلَى.

¶ هَكَذَا, (& هَكَذِي, *Gig.*) *ex* هَا, كَ, ذَا, Sic, iſthoc modo. Pſa. 28. 14. *Rom.* & 127. 5. Matth. 13. 45. Eadem *fortitudo.* Jer. 23. 10. & *prim. repetitum c Vaw* Bifariam. 2 Reg. 2. 8.

הכה SAM. ࠄࠊࠄ *Chal.* הכא Hîc, huc. Gen. 15. 16. & 42. 15, 22. & 44. 28. & 45. 8. Exo. 2. 12. *i. q.* איכא Ubi, Gen. 37. 16.

הכו SYR. ܗܟܘܬ Ita, ſic, ſimiliter, itidem. Joſ. 8. 33. Mat. 20. 5.

SAM. ࠄࠊࠅࠕ *i. q. Syr.* Gen. 29. 15.

AR. III. هَاكَاهُ Exiguo eſſe ingenio dixit, *vel* propterea parvi fecit eum.

أَهْكَاءُ Attoniti.

הכי CHAL. הכין ,הָכִי Sic, ita; *Heb.* כֵּן. לָא תֵּימָא הָכִי Nè dicas ſic. אֲפִילּוּ הָכִי Etiamſi ita eſt. הכי קאמר ליה Sic dixit ipſi. מִשּׁוּם הָכִי Propterea, Pſa. 49. 15. אדהכי והכי Interea, עָן 11. 2. להכי Huc. *Sanhedr.* 104. 1. *Rabb.* Tantundem. כָּל הָכִי Tantopere. *Sanhedr.* 107. 1. *pro quo Rabb.* כָּל כָּךְ. אי הכי Si hoc (ita) *eſt. f.* 13. 2.

ÆTH. ሀከየ: *per Metath. Heb.* יקע. ተሀከየ: Faſtidivit, tæduit, piguit, piger fuit. Pſa. 35. 4. Act. 9. 38. *et* 25. 11. Gal. 6. 9. 2 Theſ. 3. 13. Ceſſavit. Luc. 18. 1. አስተሀከየ: *i. q.* አስተአከየ: *vel pro eo,* Luc. 23. 11. *t.* ሀካይ: Piger, deſes.

Mat. 25. 26. Luc. 19. 22. (ሀኬት: Pigritia, intermiſſio. ዘእንበለ: ሀኬት: *Gal.* Sans ceſse. *Org. JL.*)

הכל הֵיכָל m. Palatium, regia, templum. Ezech. 41. 4, 15. Ezr. 4. 1. *Cn.* Pſa 5. 8. *Af.* Pſa. 27. 4. *Pl. Cn.* Pſa. 45. 9. *Af.* Joel 3. 10. *et* f. Hoſ. 8. 14.

CHAL. הֵיכְלָא, הֵיכַל Id. *ib.* Pſa. 5. 8. *Af.* Pſ. 18. 7. *et* 48. 10. *Pl.* Hoſ. 8. 14. *Em.* Pſa. 45. 9. הֵיכַל יְיָ Jer. 7. 4. *ter dcr. unde Rabb. colligunt tria fore Templa; Salomonis, et Herodis, tertium v. adhuc expectant. Naſir.* 31. *Alii ſic numerant; Hieroſolymitanum,* 2. *Garizitanum, ſ. Samaritanum; quod ſtetit* 200. *annos,* 3. *Ægyptiacum in Nomo Heliopolit. ad Hieroſolymitani ſimilitudinem, pro Judæis Ægyptum incolentibus. Templi a. Hieroſ.* 3. *partes,* דביר Oraculum; היכל Palatium, *et* אולם Porticus; *v.* Joel 2. 17. *In medio* Palatii *erant extra velum* Menſa aurea *panum propoſitionis versùs Septentrionem;* Candelabrum, *versùs Meridiem;* & *in horum medio versùs Ortum,* Altare thymiamatis; *poſthac ad Septentrionem* Tabula marmorea, *continens pulverem pavimenti, ad potandum ſuſpectam. Jurabant olim* הֵיכָל Per Templum. היכלא בידינו היא Per Templum, in manibus noſtris eſt hæc res, *in facultate noſtra. R. Jochanan. Kidduſchin* 71. 1.

SYR. ܗܝܟܠܐ, ܗܝܟܠ *i. q. Heb.* Matth. 21. 12. & 26. 61. *Af.* Luc. 1. 9. Act. 24. 6. ܗܝܟܠ ܕܡܠܟܐ Palatium regis, regia, Dan. 1. 4. ܗܟܝܠ Nunc, itaque.

ÆTH. ሀይከል፡ *Hebr.* היכל Templum, *in quo ſacrificia fiunt. Org.* 2. Sacellum, *quod Abyſſini nunc in Templo Hieroſol. poſſident.* 3. Arca Noæ. *JL.*

AR. VI. تَهَاكَلُوا Certarunt, diſceptarunt inter ſeſe.

Q. هَيْكَلَ Magnus, & procerus fuit. & *c* ة Magna mulier.

هَيْكَل, *Pl.* هَيَاكِل; هِكِّيل; *prim.* Res omnis magnæ, groſſæque molis. *pec. i. q. Hebr.* Ædificium ſublime. Templum. Pſa. 5. 8. & 17. 7. & 26. 4. Act. 17. 24. 2 Cor. 6. 16. Eph. 2. 4. 2 Theſ. 2. 4. & Procerus equus: adulta planta. (Forma, figura. *Gigg.*) *tert.* Inceſſus caballi, & arrogantis mulieris.

هَكَلَّس Validus, vehemens.

הכם AR. II. هَكَّمَ Cantavit *illi, utì per ludibrium, et* in irriſione *fit. cca.* V. Id. 2, Contentus fuit. (Ditatus fuit. *Gigg.*) 3, Excanduit *in eum* vehementi irâ. *cc* عَلَى. 4, *i. q.* تَهَدَّمَ, *ſ. pro eo,* Dirutus fuit, corruit *puteus.*

هَكِم; تَهَكُّم; أُهْكُومَة; مُتَهَكِّم & مُسْتَهْكِم; *prim.* Malignus homo, ſe immiſcens alienis rebus. *ſecund. Act.* V. &, *utì tert. ipſum* Ludibrium, contemptus: deridiculum. 2, Superbior inceſſus; ſuperbia. (& Opulentia. *Gigg.*) & *quart. quint.* Superbiens. 3, Præteritæ rei pœnitentia. 4, Pluvia vehemens, *ſ.* multa, & indeſinens, quam vix imbibere poſſit terra; *ita* 5, Continua, non interrupta, confoſſio.

הכן CHAL. הָכֵן Sic, ita. *Præcedit* אֵיךְ, *vel* הֵיךְ. Prov. 23. 7. הָכֵן *v.* כֵּן *in* כון.

SYR. ܗܟܢ & ܗܟܢܐ Ita, ſic, pariter. Pſa. 63. *t.*

AR. تَهَكُّن Pœnitentia. 2, Acceſſus: audacia. *Gigg.*

הכס SYR. ܗܘܟܣܡܣܐ Aſparagus.

הכע AR. هَكَعَ, هُكَاع, *Act.* هُكُوع, *Fut.* A. Quievit, quietem cepit, commoratus fuit, cubuit: *ita* & in umbra *bos* contra æſtum Solis.

& Locum quietis *apud quoſdam* cepit, ſubſtititve poſt inceſſum. *cc* بِ. 2, Pronus concidit *in terram*, incubuitve *ei. cc* إِلَى. 3, Abiit aliquò, & ibi ſubſtitit: & *ferè* أَيْن سَطَعَ وَهَكَعَ *ſimul dcr.* Quò ſe receperit *neſcio.* 4, Tuſſivit *camelus.* 5, Caliginem immiſit, diffuditve, *nox.* 6, Conſolidatum *os* denuo ruptum fuit. 7, *mediâ Keſr.* Impotens, *aut* impatiens fuit. & Submiſſus, modeſtus, fuit. VIII. Id. & Avertit, cohibuit *illum. Gigg. v. med. Rad. Kaf.*

هُكَاع; عِيّ; هَكِعَة; هُكَعَة;

prim. Tuſſis. 2, Somnus, quem quis laſſus init. 3, Libido venerea. *ſecund.* Venereus, libidinoſus. *tert.* Languens præ libidine camela. *quart.* Fatuus.

הכף AR. هَكَف Velocitas curſûs, *vel* inceſſûs.

هَيْكَف Locus quidam. *Gigg.*

הכר הָכַר Obfirmavit ſe. Job 19. 3. תַהְכְּרוּ לִי *LXX* ἐπίκεισθέ μοι, *V. L.* Opprimentes me; *ſuffragantur Syr. Ar. R. Obad. Sfurno, &c. Conv. c H.* כרה, *Ar.* عَكَر, *et præc.* תגיון v. 2.

הַכָּרָה f. Obfirmatio, obduratio: aſperitas, aggravatio: Durities. *Cn.* הַכָּרַת פְּנֵיהֶם Obfirmatio faciei ipſorum, Eſa. 3. 9. *Al.* Agnitio. *à* נָכַר.

CH. הַכְּרָא, *Al.* חכירא Tenebræ. *Peſach.* 112. 2. *It.* Interſtitium, diſcrimen. *Horai.* c. 3.

AR. هَكِرَ, *Fut.* I. Admiratione captus fuit: Obſtupuit. 2, *Fut.* A. *mediâ Keſr.* Id. & Correptus ſomno fuit. *aut* Dormitavit. V. *i. q.* 1, I.

هَكْر, هَكَر; هَكِر, هَكِر, ة;

مَهْكَر, ة; *priora, Act.* 1, I. Admiratio: *aut* vehementia ejus. *prim. ac tert. et. Act.* 2, I. Dormitatio: *aut* Sopor, profundus ſomnus. & *i. q.* עזות פנים Durities faciei, *i. e.* Impudentia. *Joſ. Kim. quart.* Admirabundus. 2, *utì quint.* Dormitans, in ſomnum proclivis. *ſext.* Admiranda res.

هَكَارِس Ranæ.

הל CHAL. הָלֵין Hi, illi, ipſi; hæc, illa. Prov. 24. 23. & 31. 8. האר *v.* הלא.

SYR. ܗܠܘ ܗܠܝܢ *v.* הלא.

SAM. ࠄࠋ *i. q.* ࠄࠋࠀ Quia. Exo. 10. 4. & *H.* אל Non, nè, v. 28. *et i. q.* ࠄࠋࠊ Ito, Gen. 30. 3.

AR. هَلْ (هَلْ لَكَ فِيهِ, *ſupple* حَاجَة, Num quid ibi habes negotii?) An? num? Gen. 18. 24. *E.* Pſ. 13. 3. & 29. 10. & 72. 11. & 87. 11, 12. Act. 8. 30. *E.* Rom. 9. 20. E. 1 Joh. 4. 1. *Erp. Poc. Togr.* 18. 10. *Avic.* I. 579. 15. 2, *i. q. Bell, ſ. pro eo,* Quin, equidem. (& Sed: verùm; *tum negando, tum reſpondendo. Gigg.*) 3, Imò: jam dudum. 4, *i. q. mâ,* Non eſt *illud niſi malum.* 5, *Particula jubentis, ſed addito articulo Al.*

هَلْ, هَلَا, هَلًا, هَلَّا, & هَلْ, حَيَّ

Haija Hel Poëtis pro Hela, Helâ, vel Helân, (*hoc tn. ſc. Haija Helân, in quo Nunnatio eſt, minùs rectè uſurpatur in greſſu, ſc. pro* feſtina) Agedum: adeſdum. Accedite, venite, *ad hoc, vel illud. cc* عَلَى. *et* حَيَّ هَلَك *i. q.* هَلُمَّ; *at in* حَيَّ هَلَ الصَّلَاة, τὸ هَلَ *pro* عَلَى *eſt: i. e. Haija helaca, i. q. Helumma,* Agedum. *at Haija hâla'ſſlati, i. q.* Venite, *vel* veni, ad precationem.

הלל הָלַל Inſanivit: *Al.* Gloriatus eſt, ſuperbivit. *Pa. Pl.* Pſa. 5. 6. & 73. 3. *Fut.* Pſa. 75. 5. *Niph.* וּבְכָל הַנְּהֻלָלִים

Et in omnibus laudatis: *Al.* vilibus arboribus, dumetis, الأنهار fluminibus. *Ar. Seld.* Iſa.7.19. *Pih.* הִלֵּל *vel* הוֹלֵל Inſanum reddidit, infatuavit: *It.* Laudavit, celebravit. *cc* ב. ל. אֶל. עַל *& accuſ.* Pſa. 10.3. *Pa. Pl.* 1 Par.29.13. *Imp.* Pſa. 104. 35. הַלְלוּיָהּ Laudate Dominum; *ubi primò occurrit Acclamatio, pro more in fine Pſal. poſt mentionem deſtruendi peccatores, quemadmodum poſt illam abolendi Antichriſtum primò uſurpatur in N. Teſt.* Apoc. 19. 3. *in principio a.* Pſal. *Exhortationis vim habet. At ſunt, qui aliter ſentiant. Fut.* Job 12.17. *Pyh.* הוּלַּל & הֻלַּל Laudatus, celebratus fuit, *epithalamio.* Pſa. 78. 63. *Hinc Thalamus nuptialis* בי הלולא *der. Pa.* Pſa. 18. 4. & מְהוֹלָל Inſanus, ad inſaniam redactus. Eccleſ. 2. 2. *Pl. Af.* Pſ. 102. 9. *Fut.* Prov. 12. 8. *Hiph.* Splenduit, luxit, claruit; & ſplendere, lucere fecit. *Inf.* בְּהִלּוֹ Job 29. 3. *pro* בְּהַהִלּוֹ. *Fut.* יָהֵל Job 31. 26. & *c epenth.* יַאֲהִיל c. 25.5. *Al. ab* אהל *ducunt. Hithp.* Jactavit, laudavit ſe, gloriatus eſt. Jer. 46. 9. *Pa.* Prov. 25. 14. *Inf.* Pſa. 106. 5. *Imp.* Pſa. 105. 3. *Fut.* Jer. 9. 23. הֵילֵל m. Lucifer, *ſtella matutina.* Iſa. 14.12. *Affi. Gr.* ἧλιος. הִלּוּל m. Laus, laudatio, carmen laudativum. *Pl.* Lev. 19. 24. Jud. 9. 27. *ubi Kimchi* Lætitias, hilaria *exponit.* הוֹלֵלָה f. Inſania. *Pl.* Eccleſ. 1. 17. & 2. 12. & 7. 26. הוֹלֵלוּת f. Id. Eccleſ.10.13. מַהֲלָל m. Laus; *Al.* Laudans. *Af.* Prov.27.21. תָּהֳלָה f. Lux, ſplendor, gloriatio. Job 4. 18. Stultitia. *Ab. Ezr.* Stupor, pavor, *Syr. & Ar. ex uſu* هلل *vertunt.*

תְּהִלָּה f. Laus, laudatio. Jer. 49. 25. *Conſt.* c. 48. 2. *Af.* Hab. 3. 3. *Pl.* תְּהִלּוֹת Pſ.22.4. תהלים. *v. Chald.*

CHAL. הַלֵּל Laudavit, *&c. It.* Laude, *vel* carmine nuptiali celebratus fuit. *Rabb.* הַלֵּל Laudatio; hymnus: *pec.* ille qui complectitur Pſalmos 113, 114, 115, 116, 117, & 118. *Hunc dixerunt in principio menſis, in feſto Dedicationis, & in 3. feſtis majoribus; viz. Septimanarum, Tabernaculorum, et Paſchatis: Confer* Mat.26.30. *ubi vox* ὑμνήσαντες *hunc ritum planè reſpicit. De quo, &* הלל הגדול hymno magno, *v. Ex. qui doctis, atque validis proba*[illegible] *argumentis D. Chriſtum in hoc traditiones obſervâſſe Judæorum.* הִלּוּל, הִלּוּלָא Laus, laudatio: Epithalamium, carmen, *et* feſtum nuptiale. *Sanhedr.* 105. 1. Nuptiæ: Lætitia. Eccleſ. 3.4. Exo.2.1. *Jon. Celeriter cape, ede, et bibe, mundus n. iſte ex quo imus,* כְּהִילּוּלָא *nuptiali feſto ſimilis eſt: Confer* Eccli. 14. 11. *Erubh.* 54. 1. *Hinc Hellotia. Boch. Geogr. Sac.* 456. *C.* 457. *A.* תְּהִלָּה Laus, laudatio. תהלה לדוד *pec. dcr.* Pſ. 145. *quem qui quotidie ter recitet, ore, corde, linguâ, filium futuri ſeculi pronunciant veteres Hebr. Pl.* תְּהִלִּים (& תִּלִּים, *unde* Telo, *oppidum. Boch. Geogr. Sacr.* 456. *C.*) *et* תְּהִלּוֹת. סֵפֶר תְּהִלִּים Liber laudum, *Pſalmorum Davidis.* עֹז 19. 1.

הִילֵּל Hillel, *olim* Hellel, *Princeps fuit Phariſæorum paulò ante Chriſti tempus, certæ ſectæ, familiæ, ſ. ſcholæ caput, quæ ab illo appellabatur* בית הילל. *Peſach.* 66. 1. *Suc.* 28. 1. *Bav. bath.* 134. 1. *v. et Epiph. l.* 1. *contra Hæreſ.*

SYR. *Pah.* ܗܰܠܶܠ Laudavit. *Pa. Pl.* Luc. 2. 20. *gem.* 1. *rad.* ܗܰܠܗܶܠ Elongavit, rejecit, amovit. *BB.* *Ethp.* ܐܶܬܗܰܠܰܠ Deriſui habitus eſt. *Aph.* ܐܰܗܶܠ Irriſit, contempſit, vilipendit. *Ethtaph.* ܐܶܬܬܰܗܰܠ Irriſus, contemptus eſt. ܗܠܗܠܡܫܐ Ex flavo & nigro commixtum. *BB.* ܡܗܰܠܠܽܘܬܳܐ Laudatio.

ܗܰܠܶܠܽܘܝܰܐ Hallelujah, *v. Heb.* ܗܽܘܠܳܠܳܐ Laudatio. ܗܠܠܢܝܐ Contemptibilis, deſpicabilis. *Off. Mar.* 109. ܗܰܠܡܳܫܳܐ Cælaturæ artificioſæ. *i. q.* ܗܠܝܠܓܐ ܗܠܝܠܓܐ Poma myrobalana. ܗܠܠܝܦܣܝܣ Ellipſis. *BB.*

ܡܶܬܗܰܠܠܳܢܳܐ & ܡܶܬܗܰܠܠܳܢܽܘܬܳܐ Irriſio, ſubſannatio.

ܡܶܬܗܰܠܠܳܢܳܐ Irriſor, ſannio. ܗܽܘܠܳܗܳܠܳܐ Variatio, mutatio, viciſſitudo. *F.*

SAM. ࠇࠋࠋ Concavum. Ex.27.8. *et* 38.7. *v.* חלל.

ÆTH. ሃሌሉያ ፡ Hallelujah. Pſal.104.*t. et ſeqq.*

AR. هَلَّ, Apparuit, ſplendere cœpit, *nova Luna.* 2, Eluceſcente Lunâ inivit *menſis.* 3, Ingens effuſa fuit, cum vehementia defluxit, *pluvia.* & Elapſum fuit *ferrum de manubrio.* Deut.19.5. *Ar. Sam.* 4, Exultavit, præ lætitia exclamavit, *homo.* 5, *Helela, ſ. Helila* Pavidus, *et* puſillanimus fuit. 6, Lunaticus fuit, inſanivit. *R. Gigg.* II. *i. q.* 4, I. & Fugit. 2, Retro manſit, abſceſſit, receſſit. *cc* عن. 3, Lunari formâ effinxit, curvum*ve* fecit. *cca.* 4, *Hebr.* הלל, Laudavit, *ſ.* veneratus eſt *Deum. cca.* Jubilavit *Deo. cc* ل. Pſal. 46. 2. *et* 80. 2. *et* 94. 1. Cecinit Deo cum *Pſalmis. cc* ل *p. et* ب *inſtr.* v. 2. *pec.* dicendo, لا اله الا الله, haud ullum exiſtit numen, *ſ.* adorandum quid, præter Jehovam. *et* Ipſa hæc pronunciavit verba. 5, Scripſit epiſtolam. III. In menſem, ſingulos*ve* menſes, certâ conditione *cum eo* pactus fuit. *ccap.* IV. Conſpexit *novam Lunam. cca. et quidem* 2, Percepit, vidit*que*, novilunium *hâc, vel illâ nocte. cc* عن. 3, *et. ſimpliciter* Ad eam reſpexit: *atque* ita obſervavit ineuntem *menſem. cca.* 4, *ſed minùs rectè, i. q.* 2, I. Initium cepit *menſis.* 5, Extulit vocem *infans*: *et.* qui ſacra faceret, *Motêmiron* مُعْتَمِر، لَبَّيْكَ *Lebbeica* dicendo: *atque* ſic invocavit, laudavit*que* Deum. 6, Ritè mactavit dicens, باسم الله in nomine Dei, *et qſ.* Deo conſecravit *animal. cc* ب & علي *r. unde in Paſſivo,* لا اهل لغير الله به haud celebratum fuit aliud, quàm Dei nomen, ea ſuper re, *ſc.* cùm mactaretur, *aut* jugularetur. *v. Lud. de Dieu in* Act. 15. 20. *Cor. Sur.* II. 172. 7, Suſtulit ad palatum, retraxit*ve* linguam, ſalivæ, *aut* humidi quid captans, *homo ſitibundus.* 8, *formâ Paſſivi, pro quo perperam Activi, Hebr.* הוהל, *i. q.* 1, I. *contrà, hâc Paſſ. formâ non rectè uſurpatur ad ſignif. i. q.* 2, IV. *antè Act. formâ expreſſum fuit.* V. Solutus, lætus*que* fuit, *qſ.* reniduit, nituit, *vultus.* 2, Exultavit, jubilavit. Pſal.13.11. *et* 15. 9. *et* 39. 17. *et* 47. 10. *et* 52. 7. *et* 19. 5; *et* 62. 6; *et* 95. 11. *Rom.* Act.2.26. *Erp.* 3, Splenduit *nubes fulgore ſuo. cc* ب. 4, Manavit è fonte *aqua*, profluxerunt copioſæ ex oculis *lacrymæ*: & eas effuderunt *oculi.* Ejulavit. Jer. 30. 3. Ululavit *paſtor.* c. 32. 34. VII. *i. q.* 3, I. *et* Lacrymis manavit *oculus.* VIII. *i. q.* 3, V. 2, Denudavit, (ridendo. *Gig.*) ſtrinxit, dentes, *qſ.* micuit illis. X. *i. q.* 1, 4, V. 2, Primam pluviam fudit, *pec.* cum ſono, *ſ.* fundere primùm incepit, *cælum.* 3, Primam edidit vocem, *aut* cum fletu extulit, *natus infans.* 4, Suſtulit vocem, *aut* dimiſit *quicunque loquitur.* 5, *i. q.* VII. اسْتَلَّ *Iſtella, ſ. pro eo,* Strinxit, vaginâ eduxit, *gladium. cca.* 6, *i. q.* 7, *formâ Paſſ. i. q.* 1, I. *Ab. Phar. H. Dyn. p.* 10.

هَلٌّ *i. q.* 1, 2, هِلْهِلٌ ; هِلٌّ ; هَلَلٌ ;

هِلَّةٌ ، هِ ; مُسْتَهَلًّا ; هِلَالٌ *Pl.* أَهِلَّةٌ ;

مُهَلِّلٌ, f. ـةٌ ; *prim. i. q.* 1, 2, τῶ *Halhalon.* 3, Prima pluvia, ejuſ*ve* initium. *tert.* Unam eandem*que* quotidie, *vel* quotidianam, veſtem induta *mulier. Quart. Act.* 5, I. 2, Tela araneæ. 3, Cerebrum elephanti: *quod venenoſum habetur.* 4, *Coll. i. q.* 3, *præc. prim. Quint. horum Nom. Unit.* Pluvia una. 2, *ferè ſubſeq. ſimili* بَلَّة *Bellaton*, Aliquid, quicquam, *non voce apparuit.* 3, Lampas, vaſculum continens oleum, & ellychnium. 4, *i. q. ſext.* Initium *menſis. Septim.* Initio menſis. *Octav. Act.* III. 2, Luna nova, ejuſ*ve* phaſis. *Avic.* II. 69.49. *Scal. d Emend. T.* 102, 103. *vel* primum Lunæ, *et* poſtremum lumen; *ſc.* diei unius, bidui, tridui: (*nam* reliquo menſis tempore ap-

pellatur Luna قمر *Kâmaron*;) *vel* à fulgore, *ut Hebr.* הילל; *vel è contrario* hoc, *ſc.* ſplendor, *à ſignific. ſeq. ſc.* 3, Falcatæ Lunæ forma, lumen; *unde et. ſeqq. ferè omnia.* & *c Je fin.* Lunare *apoſtema. Avic.* I. 466. 16. *et* 456. 26. *fractura, incedens in latitudine, et longitudine.* II. 108.10. *Ar.* 4, Cuſpis haſtæ: *et quidem* biceps: *aut* tale verutum, *vel* venabulum, quo in venandis feris utuntur. & Inſtrumentum, quo impetuntur ſuffragines aſinorum. *et c Je fin. perforatio* lunaris. *Avic.* II. 70. 10. *Ar.* 5, Ferramentum, lignum*ve*, connectens duos incurvos ſellæ camelinæ aſſeres, حنوان *Hanwâni* dictos. 6, Camelus macilentus, & præ macie incurvatus. *et* Gibboſus, *ac* in medio protuberans, dactyli nucleus. 7, Serpens: *ſc.* mas ejus. *et.* Senecta anguis. 8, Mola latus ſuum, *ſ.* extremitatem fractam habens, *aut* ipſum tale latus, *vel* extremitas. 9, Pars ſoleæ contingens terram. 10, Signum quoddam, lunaris formæ, camelis inuri ſolitum. 11, Modicum aquæ, *pec.* in puteo reſiduum. *quin et* Una pluviæ effuſio, *ſ.* imber unus. 12, Pulvis. 13, Ordine poſiti, ſtrati*que* lapides. 14, Albedo unguium, *ſ.* alba lunula circa unguium radices; ἀναϑολὰ dicta. 15, *Nom.* Medici inſignis. *Ab. Phar. H. Dyn.* 310. Hiſtorici. 317. 330. & tribûs Ar. ex هوازن *Hawâzinis.* & Alilæi, *i. q. Hebr.* ירחים Jerachæi, *qſ.* Lunares, *ſ.* filii Hilal. *G. Nub.* 54.60. à dea Alilat. *Scalig. d E. T. in fragm.* 27. *Seld. d D. Syr.* 289. *Sched. d D. Germ.* 273. *Boch. G. S.* 124, 125. *Non. Pl.* τῶ *Hilâlon præc. ſignif. quâvis, præter* 1, 2, *et ultimam, aut præter reliquas ab undecima omnes.* & Plenilunia. Matth.17.15. & Lunulæ, ornamenti genus regum, *vel* in capite, *vel* collis camelorum. Jud. 8. 21, 26. *Decim.* Lunaris, in falcatæ Lunæ formam curvatus. & *pec. i. q.* 6, *octav. præc.* præ gracilitate incurvus *camelus.*

هَلِّي ; هَيْلَلَةٌ ; هَلَلِيَّةٌ ; تَهْلِيلٌ ;

هَوْلَوْل *v.* هَوْل. *prim.* Jubilum: lætitia poſt mœrorem. *ſecund.* Laus Dei, *et* veneratio, quâ dicitur, *&c. v.* 4, II. *tert.* Exultantis, ludentis*ve* populi, *aut* talium puerorum, voces. *quart. Act.* II. *et* Exultatio, jubilatio. Pſal. 62. 6. *et* 125. 6. *et* 67. 3; *et* 91. 3. *Rom. et* Plorans, ejulans. Jer. 30.3.

هَلِيلَةٌ ; أُهْلُولٌ ; دهب بِهِلِّيَانٍ

et بِذِي هِلِّيَانٍ ; هَلِيلَج *v.* اهل ;

prim. Præ vicinis aliis compluta terra. *ſecund.* Vanum, & inane. *tert. c ſeqq.* Abiit in incertum, *et* incognitum locum. *Confer prim. Rad. Be. quart.* Myrobalana. *Avic.* I. 126. 3. & 128. 39. & 132.22. & 162.25, 31. & *cum Je fin.* ex iis *collyrium.* 348. 25. *Ar.*

Q. هَلْهَلَ Leviter, tenuiter*que*, & raris liciis texuit *pannum. cca.* 2, Per rem tenuem, raram*que* cribravit *farinam. cca.* 3, Reciprocavit *vocem. cca.* 4, Increpuit, *et* appropinquare juſſit *equum*, dicendo, Hela. *cc* ب. *v. ult. Rad. Eliph.* 5, Præſtolatus fuit: *et* patiens moræ fuit. 6, هلهل ادركه *i. e.* كاد, Vix poterat aſſequi illum; *vel* tantùm non aſſecutus fuit. II. Extenuata fuit textura *villorum ſtomachi. Avic.* I.426.38. *Part.* Laxæ hujuſmodi texturæ. *ib. l.* 33. *Act. et ipſa* raritas texturæ. *ib. l.* 6. *Ar.*

هَلْهَل *i. q.* هَلْهَالٌ & هَلَاهِلُ ; مُهَلْهِلٌ

& *ult. He*; *prim. i. q. ſeqq.* Levis, raræ*que* texturæ *pannus.* 2, Tenue, *et* ſubtile *carmen.* 3, *Perſ.* Toxicum lethale: *aut* certa ejus ſpecies. Gummi napelli. *Avic.* II. 120. 4. *quart. Part. Act.* Qui ſubtile facit carmen. *Quint. Part. Paſſ.* Tenuiter, *et* raris liciis textus *pannus.* Subtiliter conditum carmen.

هُلْهُلٌ ;

هُلَاهِل ؛ ذُو (ـة) هَلَاهِل ؛ هُلْهُل ;

تَهَلْهُل i. q. أُهْلُول ; *prim.* Nix. *&* *c He fin.* Raritas texturæ. *Avic.* I. 427. 4. *ſecund.* Medicamenti ſpecies ex Ar. Felice. *tert.* Aqua limpida, *et* copioſa. *quart. i. q. ſeq. &* Reſolutio *apoſtematis. Avic.* I. 467. 14. Relaxatio, raritas, *meatuum renum.* 528. 30, 37. *&* 588. 31. *et* 602. 11. *venarum.* II. 89. 48. *Ar.*

הלא הָלְאָה Ultra, ulterius, deinceps, *loci et temporis.* Gen. 19. 9. *et* 35. 21. Lev. 22. 27. *Pa. ex Niph.* וְהַנַּהֲלָאָה & procul diſſita, *vel* ejecta, Mich. 4. 7.

CHAL. הֲלָא Laboravit; *ab H.* לָאָה. *Fut.* Iſa. 65. 23. Jer. 51. 58. *Pah.* Defatigavit, moleſtus fuit. *Fut.* Iſa. 7. 13. *per* ח *in Ven.* לְהַלָּא, לְהַלָּן, מֵהַלְאָה Ultra, ulterius, longè, procul. Gen. 19. 9. *&* 35. 21. Lev. 22. 27. *T. H. pro quo* מִן הָאֵל Gen. 32. 24. *Jon. It.* לְהַלָּן Ibi, illic. *Rab. It.* הֲלָא *Annon, i. q.* ࠊࠉ *Sam?* Gen. 6. 3. *Jon. & T. H.* Iſa. 41. 7.

SYR. ܗܠܐ, ܠܗܠܐ Illuc, deinceps, ulterius, longè. Gen. 19. 9. Lev. 22. 27. Num. 15. 23. 1 Sam. 10. 3. Iſa. 18. 2, 7.

SAM. ࠊࠉ *H.* כִּי, Quòd, quia, quoniam, *&c.* Gen. 1. 4. 5, 6, 7, 10, 12. *et* 4. 12. Niſi. Ex. 3. 19. ࠊࠉ ࠀࠌ Id. 8. 21. ࠊࠉ ࠏࠌ Sed. Gen. 32. 28.

AR. ـة ، هَلِّي ؛ هَالِ ، هَالِ ؛ هَلَّا & ـة ، هُلَيْل, *Dimin.* τῶ هَلَّا ; *prim.* An non? 2, *ut et ſec. tert.* Vox increpantis, vocantis, propellentis, *vel* accedere propiùs, recedereve, jubentis equum. 3, *v. in Hel. Tert. cum ſeqq. Dimin.* τῶ *Halan*, *ceu Nominis. Gol.* Natiuncula. *Gigg. v. med. Rad. Vaw, vel prim. Eliph. Quart. i. q.* ὕλη. Eſſentia, exiſtentia rei. *Bd.* Utrum ſit, an ſit. *R. Gigg. Int. Avic.* I. 2. 1, 2, 7. *Ar.*

הלב CHAL. הַלְבְּשׁוּשׁ Cicatrix, vibex, livor, plaga, vulnus. Exod. 21. 25. *Jon. noſtra leg.* הַלְבְּשִׁישׁ *Pl. Cn.* Pſal. 22. 18. *cum* ח *Ven. Al.* Cruſta, obductio vulneris, ejus indumentum, *qſ. à* לבש *vel* חבש. הלבון *Sic Aruch pro* חלבון.

SAM. ࠇࠋࠁࠁࠉ *Chal.* איברו Verùm, *&c.* Gen. 42. 21.

AR. هَلَبَ Setas evulſit *animali.* Depilavit *illud. cca.* 2, Rore, *vel* conſequente pluviâ madefecit, *ſ. hominibus* illa immiſit *cœlum. cca.* 3, Curſum ſuum perſecutus eſt, *ſ.* continuavit *equus.* 4, Contumelioſè, *&* ſatyricè traduxit, proſciditve, *linguâ ſuâ. ccap. &* ب *inſtr.* II. *i. q.* 1, 4, I. *cca.* IV. *i. q.* 3, I. V. *Paſſ.* 1, I. Setis, crinibuſve, *pec.* evellendo, ſpoliatus, *ſ.* depilatus fuit. VIII. Id.

هُلْب ؛ هَلَب ؛ أَهْلَب , f. هَلْبَاء ;

مَهْلُوب ; *prim. Coll.* Crines. *ſpec.* Setæ porcinæ, *et* equinæ: ſimileſque craſſi, *&* rudiores pili. *ſecund.* Setoſitas, *ſc.* craſſiorum crinium copia. *tert.* Setoſus *equus.* Piloſus. 2, *pec. c Artic.* Cauda præſecta, *vel* carens pilis; *aut contrà*, iis abundans. 3, Pluvioſus *annus*, *et* proventu abundans. *quart.* f. Hirſuta. 2, Podex, ejuſve pili. *quint.* Setarum evulſionem paſſus *equus.*

هَالِب ؛ مُهَلَّب ؛ هَلِيب ؛ ـة ؛ هُلَّاب

هَالِبَة ؛ السَّعْر ; *prim. i. q. ſec.* Frigidus, *et* pluviam apportans ventus. 2, *i. q. tert. quart. quint.* Rigidiores Januarii, mediæve hyemis, dies. 3, Ventoſus, *et* pluvioſus *annus, dies, ut ſext.* pluvioſa *nox. ſec.* Quod exit à ſecundinis, velut mucus. *Gigg. v. ult. Rad. Te.*

أَهْلُوب ؛ هُلُوب ؛ ـة ، هُلْبَة *Plur.*

أَهَالِيب *i. q.* فَنّ *Pl.* فُنُون, *prim. ſec.* Vehementia hyemis. *it. prim. Nom. Unit.* τῶ *Hulbon. ſecund.* Adverſa, *et* dura *temporis* fortuna: *unde* هَلْبَة هَلْبَاء Calamitas calamitoſa. *v. prim. Rad. Kef et Gjim. tert.* Quæ ſæpe, *&* familiariter ad conjugem ſuum accedit *mulier. et. contrà*, Ab eo alienior, *&* ſejuncta.

هِلْبَجَة ؛ هُلَابِج ، هَلَبِيج ؛ هِلَّبُوت ،

هَلَبِع ؛ هُلَابِع ; *prim.* Fatuus, ſtultus. *ſecund. tert.* Lac craſſum. *quart.* Id. 2, Fatuus, craſſus, balbus, heluo: homo, qui colluvies eſt omnis mali. *quint.* Avidus cibi, vorax. *hinc* 2, Lupus. 3, *utì ſext.* Homo corpulentus, ignavus, impurus.

مَا عَلَيْهَا ـة ؛ هِلْبِسِيس ؛ هِلْبِس

v. حَرْبَصِيصَة ; *prim.* Familiaris aliquis, *aut* cum quo verſeris, *non eſt illic. ſecund.* Id. 2, Parum quid, modicumve, *haud contigit tibi.* 3, *utì tert.* Veſtimenti, *aut* ornatûs quid *non eſt in corpore illius fœminæ*; *non niſi cum negatione uſurpatur.*

הלג AR. هَلَجَ, *Fut.* A. Narravit incredibilia. 2, Excoriatus fuit. *Int. Avic.* I. 477. 29. *Ar.* IV. Occultavit, celavit. *cca. v.* IV. *ult. Rad. Sin.*

هَالِج ؛ ـة ؛ هَلْج ; *prim. Act.* I. *ſecund.* Confuſæ viſiones in ſomno, quæ explicari nequeunt. *tert.* Qui multa ſomniat vano eventu.

هِلَّجَاب ؛ هِيلَاج *pro* رَبّ البَيْت, *à Perſ.* هِيلَه dominus domûs; *prim.* Magna olla; cacabus magnus. *ſecund. Gr.* Ἀφέτης, Dominædio, *Lat. vet.* Hyleg, *Aſtrol. Salm. de ann. clim.* 383. *& c Je fin.* Hylegialis *locus*, dignitati Hyleg in ſchemate cœleſti conveniens. *Bd.*

הלד CHAL. הוֹלַד Holad, *Nom. propr.* urbis inter Midianitas, ubi bonorum camelorum fuit copia. Iſa. 60. 6.

AR. هَلَكَ Corripuit *homines*, graviterve affecit, *febris. cca.*

هِلْدِم Indumentum ex panniculis conſutum. *et* Pannus coactilis rudior, groſſiorque.

הלה CHAL. הַלָּה Illic. *Metz. f.* 113. 2. Ille, Iſte. *Sanhed. c.* 6. 1. *It.* Alius, *Schab. f.* 108. *CL.*

SYR. ܗܠܝܢܘܢ *v.* הלל.

SAM. ࠇࠋࠉ *Ithp.* ࠀࠕࠇࠋࠉ *Ch.* אתחלי Dulcuit. Exod. 15. 25.

AR. III. هَالَاهُ *pro* لَاهَاهُ ; تَهِيلِي ; *prim. pro ſec.* Certavit, diſceptavit cum eo. *tert.* Properavit *equus. Gigg.*

הלו CHAL. הַלְוַאי *i. q.* לְוַי Utinam, Gen. 17. 18. *Jon.* Pſa. 81. 14.

ÆTH. ሀለወ፡ (*et* ሃለወ፡ Marc. 1. 4. Joh. 2. 1. *et* 12. 33. *Fu.* 15. 11.) *Def.* ሀሎ፡ (*et* ኃሎ፡ 1 Joh. 4. 12.) *Utrumque reperitur, ſub diverſa ſignificatione. Poſterius in præterito, præſentis ſignificationem habet:* Eſt, adeſt. Gen. 2. 16. Præſens eſt. *ut* ዘሀሎ፡ ὁ ὤν, qui eſt, Apoc. 1. 8. ምስሌክሙ፡ ሀሎኩ፡ Matth. 28. 20. ወኢዘሀሎ፡ neque id quod præſens eſt, Rom. 8. 38. አመ፡ሀሎ፡ cùm eſſet, Pſal. 62. *t. nec obſtat locus* Pſ. 71. 17. እምቅድመ፡ ፀሐይ፡ ሀሎ፡ ስሙ፡ *agit enim de æternitate Meſſiæ, et reddi poteſt per* Eſt. (Pſal. 49. 12. *et* 54. 21. *et* 90. 15. *et* 103. 34.) *Vulgò Imperſonaliter accipitur pro* Datur. Reperitur, *Gall.* Il y a. *Interrogat etiam de ſtatu valetudinis, ut,* እፎ፡ ሀሎከ፡ quomodo vales? *Fut.* ይሄሉ፡ Erit, Pſa. 76. 10, 27. Marc. 9. 19. Manendi, permanendi *ſignificationem quoque habet; ut,* ይሄሉ፡ ለዓለም፡ Manebit in æternum, Pſal. 32. 11. *et* 88. 36. (ኢይሄሉ፡

non ſubſiſtet. Pſ. 102. 15. Habitavit. 132. 1. *et* 83. 6. Joh. 15. 10, 11. *Var. Lect.* 1 Cor. 7. 17, 20. 1 Tim. 4. 15. *It. i. q.* ሐለየ፡ Pſal. 126. 2. እለ፡ ይሄልዉ፡ *R. C. et Pocock. i. q.* ይኄሊ፡ *vel pro eo,* Cuſtodit, curam habet, diligenter attendit.) *At prius* ሀለወ፡ (*i. q. Ch.* הוא, *ut* ይለወ፡ *i. q.* יהוא) *præteriti tam perfecti quàm imperfecti, rariùs præſentis ſignificationem habet; ut, quòd in iis quæ patris mei ſunt* ሀለውኩ፡ fuerim, Luc. 2. 49. እለ፡ሀለዉ፡ qui erant *in convivio*, Luc. 14. 7. ለዘ፡ ሀለወ፡ ድልወ፡ ei qui eſt paratus, 1 Pet. 4. 5. *Et cum particula* እንዘ፡ *ut, Confiſus ſum tibi,* እንዘ፡ ሀለውኩ፡ cùm eſſem, Pſ. 21. 9. (Pſ. 145. 1. *Gr.* ὑπάρχω. ሀለውኩ፡ Phil. 1. 27. ኢሀለውኩ፡ ἀπών, c. 2. 12. *Sy.* ܦܝܫ ܐܢܐ Abſens ſum. *It.* Manſit, permanſit, perſtitit, Joh. 15. 9. Act. 26. 22. 1 Pet. 1. 23. 1 Cor. 8. 7. *Imp.* 7. 24. Heb. 13. 5.) *Futuro junctum per ellipſin particulæ* ከመ፡ ut, *commodè redditur Latinè per* Oportet (*Syr.* ܘܠܐ) *ſequente infinitivo, ut,* ሀለወክሙ፡ ትትወለዱ፡ ዳግመ፡ Oportet vos naſci denuo, Joh. 3. 7. *ſ.* Regenerandi eſtis: *nam et h. m. periphraſin Futuri infert. ut,* ዘሀለዎ፡ ይምጻእ፡ quem venire oportebat, *ſ.* qui venturus erat, Matth. 11. 14. ሀለወክሙ፡ ትስምዑ፡ audituri eſtis, Matth. 24. 6. ዘሀለወ፡ ይኩን፡ quod oportet fieri, *ſ.* quod futurum eſt, Apoc. 1. 19. *Semel expreſſam habet particulam* ከመ፡ *ut,* ሀለወኒ፡ ከመ፡ እዜንዎን፡ Oportet me ut annunciem illis, Luc. 4. 43. *Etiam ſubſequenti futuro Imperfecti ſignificationem tribuit; ut,* ሀለወ፡ ዮሐንስ፡ ያጠምቅ፡ Erat Johannes baptizans, *i. e.* Baptizabat, Marc. 1. 4. (Joh. 3. 23. *Et Partic. futur. format.* Joh. 12. 33. *&* 6. 6. *ſciebat* ዘሃለዎ፡ ይገብር፡ quid eſſet facturus.) Habendi *ſignificatione uſurpatur.* Eſt *Latinum cum Dativo.* Pſal. 72. 24. ምንት፡ብከ፡ ተሀሉ፡፡ quid mihi eſt? *Infinitivus nominaſcit; ut,* ሀልዎ፡ præſentia, 2 Cor. 10. 10. *et cum affixo* ሀልዎቱ፡ præſentia ejus, 2 Pet. 1. 16. (Phil. 2. 12.) Præſens ſtatus valetudinis *vulgò.*

ህልው፡ *adject. pro* ህሉው፡ *propter ultimam* ወ፡ ὁ ὤν qui eſt. Præſens, exiſtens. *Gall.* Eſtant: *ut,* ዘህልው፡ qui eſt, Apoc. 1. 19. 1 Pet. 3. 4. ከመ፡ እኩን፡ ህልወ፡ ut ſiam præſens, *Lect.* 1. *Tract. Æth. Organ. Mar. plur.* ህልዋን፡ *Gall.* Eſtans. *ibid. Fœm.* ህልውት፡ præſens *de fœmina.*

ህልወ፡ *Adv.* Reverà, re ita ſe habente, Joh. 16. 7.

ህሉና፡ Eſſentiam *ſignificare ait Æthiops meus: ut, in Deo eſt* አሐዱ፡ ህሉና፡ una eſſentia: *quanquam frequentior ſit in hac ſignificatione ſequens vox* ህላዌ፡ ህሉና፡ ሥላሴ፡ Eſſentiam Trinitatis, *Lit.* 172. *d. i. e.* Trinitatem.

ህላዌ፡ (*et* ኅላዌ፡ quæ in Chriſto ምንትው፡ duplex. *N. T. Æth.* 125.) *Variè vox hæc accipitur; nam modò* Eſſentiam, *modò* Subſiſtentiam, *vel tantùm* Exiſtentiam *ſignificat; ut ſequentes loquendi modi ex Abyſſinorum ſcriptis, imprimis tractatu illo ſuprà allegato, deſumpti docebunt. Quò cautiùs tam in interpretatione, quàm applicatione hujus termini agendum, nè vel Abyſſinis de Deo Uno, et Trino, orthodoxè ſentientibus, hæreſeos nota impingatur, aut illius ſuſpicio præbeatur. Primò igitur ſignificat* Eſſentiã: *ut,* እግዚአብሔር፡ ሥሉስ፡ ዘእንበለ፡ ፍልጠት፡ ወአሐዱ፡ በጽምረት፡፡ ኅቡረ፡ ህላዌ፡ ወዕሩየ፡ መለኮት፡፡ Deus *eſt* trinus ſine diviſione, & unus connexione. Par Eſſentiâ, & æqualis Divinitate, *quæ pro noſtro loquendi modo ſic accipienda,* Deus eſt unus in una indiviſa eſſentia, & trinus in perſonis coæternis, & coæqualibus. *Item in* προσφωνήσει *illa,* ለቅዱስ፡ ሥሉስ፡ ዘኅቡረ፡ ህላዌ፡ O ſancta trinitas, cujus æqualis (una) eſt eſſentia, *Lit.* 160. 1. *&* 162. 1. *NB. Retulit mihi Æthiops meus, quoſdam hanc vocem* ህላዌ፡ *pro* natura *in Chriſto uſurpare, quòd quælibet natura ſuam peculiarem retineat eſſentiam, ac ideò dicere in Chriſto eſſe* ክልኤቱ፡ ህላዌያት፡ duas eſſentias. *Propterea monere ſe velle, ſi fortè hæc phraſis uſpiam occurreret, nè fortè crederemus Abyſſinos duas ſtatuere in Chriſto perſonas. Nam vocem* ህላዌ፡ *etiam* ſubſiſtentiam, *ſeu* perſonam *denotare poſſe, ut mox ſequetur: Communiùs autem duas in Chriſto naturas,* ክልኤት፡ ባሕርያት፡ *dici. Secundò paſſim ſignificat* Subſiſtentiam *ſeu* perſonam. *Quod niſi bene diſtinguatur, maximè contentionibus aut erroribus cauſam præbere poteſt. Etenim Autor ſupradicti tractatûs lect.* 7. *poſtquam probavit Sp. S. æquè eſſe Spiritum Filii ac Patris, ut etiam probet illum eſſe perſonam diſtinctam per ſe ſubſiſtentem, ſic ait* ዐቢ፡ ከመ፡ ኢንበል፡ ሊሀሉ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ በአካሉ፡ ፍጹም፡ ትቤሉሙ፡ ለሐዋርያት፡ አፈኑ፡ ለክሙ፡ ከልአ፡ ጰራቅሊጦስ፡ ወበዝ፡ ለእግምርነ፡ ከመ፡ ህልው፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ ኅበ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወህልው፡ ካዕበ፡ በህላዌሁ፡፡ አኮ፡

ሕከ፡ ዘይትከፈል፡ ምንፈስ፡ ኀበ፡ ወልድ፡ ወኀበ፡ ህላዌሁ፡ ካዕበ፡ ለሰ፡ ዐውእቱ፡ ህልዉ፤ በህላዌሁ፡ ወህልው፤ ኀበ፡ አብ፡ ወወልድ፡፡ *Quæ verbotenus ſic ſonant :* Porrò nè *forſan* dicamus; Non eſt Spiritus ſanctus in perſona ſua perfectus; Inquit *Chriſtus* Apoſtolis, Mittam vobis alium Paracletum. Et ex hoc cognoſcimus quòd Exiſtens *eſt* Spiritus ſanctus apud Patrem & Filium, & exiſtens etiam *eſt* in ſubſiſtentia ſua; Non quod dividatur Spiritus in Filium, & ſubſiſtentiam ſuam etiam; ſed unus eſt,& exiſtens in ſubſiſtentia ſua, & exiſtens apud Patrem & Filium. *Quæ per Paraphraſin ſic reddi poſſunt : Nè verò quiſpiam ex ſupra dictis inferat, Spiritum ſanctum non eſſe perfectam, & diſtinctam perſonam : Ideo dixit Chriſtus Apoſtolis; Mittam vobis alium Paracletum. Unde cognoſcimus, Spiritum ſanctum exiſtere ſimul cum Patre et Filio, et ſimul etiam in propria ſubſiſtentia (ceu perſona.) Non quod Spiritus partim in Filio, partim etiam in propria ſubſiſtentia ſit; Sed unus et idem eſt, et exiſtens in ſubſiſtentia propria, et exiſtens cum Patre et Filio. Huc facit locus in Liturg. p. 171. c. 2. quem quia impreſſus habetur huc tranſcribere ſuperſedemus. et col.* 4. ዘለሠለስቱ፡ ህላዌ፡ *Huc pertinet locus ille miraculum perſonalis unionis duarum in Chriſto naturarum adumbrans.* ለዋቀ፡ ዕፁብ፡ትስናእዎ፡እሳት፡ወማይ፡በዐ ህላዌ፡፡ *Org.* 30. O valde ſtupendum! conciliari ignem & aquam in una ſubſiſtentia; *ſeu* ignem & aquam ſimul in uno ſubjecto ſubſiſtere poſſe. *Tertiò* Exiſtentiam *ſignificat in hac allocutione ad Chriſtum,* አልቦ፡ ቀደም፡ ህላዌ፡ ለአብ፡ እምኔከ፡ በእንተ፡ ዘወለደከ፡፡ *Verbotenus :* Non eſt prioritas Exiſtentiæ Patri præ te, ideo quod genuit te. *Seu, non ideo Pater prior te exiſtit, quia te genuit : Item* Præſentem quandam Exiſtentiam, *ut cùm autor ſuprà allegatus de nativitate Chriſti ſic loquitur*, ሊሀሎኩ፡ ህየ፡ በህላዌ፡ ሀለውኩ፡ በሃማኖት፡፡ *Org.* 41. Non ſum ibi in Exiſtentia, *ſeu* præſentia, ſum in fide; *i. e. non quidem nunc præſens ibi ſum corpore; per fidem tamen ſic animo meo impreſſi, ut ceu præſens rem omnem cernere, et audire mihi videar.*

Ante annum, et quod excurrit à Clariſſimo, Excellentiſſimoque viro, Operiſque hujus amantiſſimo D. D. JOBO LUDOLFO, Sereniſſimo Principi VINARIENSI à Conſiliis, Specimen accepi Lexici Æthiopici, (animo, et promiſſo illud excudendi, ſed alia ejus optione interveniente præpedito) ab ipſo mira, ac planè inimitabili elegantia ſcripti, at maxima contextum eruditione, atque judicio : in cujus limine ſolito prolixior, vocem hanc prout deſcripſi, non minus doctè, quam fusè explicavit : inde uſque Collectiones ſuas accuratiſſ. vocabulorum præſertim minus uſitatorum (quibus nominis ejus merito maximi literas initiales, ſc. J L. adjeci) benignè tranſmiſit : qua de cauſa ab omnibus verè Æthiopicantibus, gratias meretur in æternum agnoſcendas.

הלז CHAL. הִילוו, *Aruc. v.* לחו.

AR. V. هَلَّمَ Accinxit ſe, & expedivit.

הלט SYR. ܗܰܠܛܳܐ ܣܰܡܳܐ Extrahens venenum, antidotum : Ranunculus : Allium. *It. i. q.* دُنُون, *BB.*

AR. هَالِطٌ ; هَلْطَةٌ *i.q.* لَهْطَةٌ ; هِلْطَوْسٌ *i. q.* ذَبَاب ; *vel* ذُبَاب ; *prim.* Laxus ventre. & Luxurians, *ac* convoluta ſeges. *ſecund. i. q. tert. ſ. pro eo. Quart.* Exilis, *ſ.* minuto corpore muſca; *vel, ſi pro quinto legend. ſext.* Lupus.

הלי CHAL. הליסטון, הליסטיון Solare, Sole exiccatum, *vel* aduſtum *vinum*, *à Gr.* ἥλιος, *qſ.* ἡλιαστὸν, *vel* ἡλιοκαυστόν. *Menach. c.* 6. 6. *in Miſchnajoth Bartenoræ* אליוסטן, & *in Aruch* אלייסטון *i. q.* הילסטון. *Ba. ba.* 97. 2. *Fo. à Gr.* ἑλλὰς, *q. d.* ἕλληστον, *vel* ἑλλάσιον, Græcum *vinum. Conf. Plin. XIX.* 8, & 19.

SAM. ࠄࠋࠊࠋ *Lat.* Hallus, Pollux. Levit. 8. 23, 24. & 14. 14. 17. 25.

ÆTH. ሀለየ፡ *v.* ሐለየ፡

הלך הָלַךְ Ambulavit, inceſſit, ivit : *Met.* Converſatus eſt. *c* אֶל Adivit, acceſſit; *c* מִן Abivit, tranſiit; *c* אַחַר Secutus eſt. *Motum denotat à loco, vel perſona, alio tendentem; ut* בוא *aliunde in locum, ſ. ad perſonam.* הלך *uſitatum in Præt. & Benoni Kal.* ילך *non in illis, ſed in Imp. Inf. Fut. Kal. ubi etiam interdum* הלך. Pſ. 1. 1. הֶהָלְכוּא Qui venerant. Joſ. 10. 24. *c* א *parag.* הָלַכְתִּי Iviſti. f. Jer. 31. 21. *c* י *parag. Pa.* f. הוֹלַכְתִּי, 2 Reg. 4. 23. *c* י *parag. Inf.* Gen. 8. 5. *Melior eſt viſio oculorum, (præſtat rebus præſentibus frui,)* מהלך נפש quàm ambulare, *(animo huc illuc vagari.)* Eccl. 6. 9. *Imp.* Jer. 51. 50. *Fut.* יַהֲלֹךְ, Pſa. 58. 9. תִּהֲלַךְ Pſa. 73. 9. *Niph.* נֶהֱלָכְתִּי Ambulavi, abivi, præteritus ſum, evanui. Pſa. 109. 23. *Pih.* Ire fecit, deduxit : ambulavit. Job 24. 10. *Pa. Pl.* Eccleſ. 4. 15. *Imp.* c. 11. 9. *Fut.* Pſa. 85. 14. *Hithp.* Itavit, obambulavit, indeſinenter ivit; *pec.* Miniſtravit; officio, munere ſuo functus; converſatus eſt. Exo. 21. 19. אם־התהלך Si officio ſuo functus fuerit, *ut ipſi ſit non tantùm lucrum ceſſans, ſed emergens.* 1 Sam. 2. 25. *R. Jona per* שמש *verbum vigilantiſſ. expon.* c. 30. 31. *c* את *de Deo, in timore, & obedientia* verſatus eſt *(*Deo placuit, *LXX. Ar.)* Gen. 6. 9. *Onk. Jon. Ar. Er. cum* לפני Id. c. 24. 40. *et* 48. 15. *LXX. Ar. &c. Pa.* Prov. 20. 7. *Inf.* Pſa. 56. 14. *Imp.* Gen. 17. 1. *Fut.* Job 18. 8.

הֵלֶךְ m. Ambulatio, itio, fluxus, 1 Sam. 14. 26. Viator, ambulator. 2 Sam 12. 4. הֲלִיךְ m. Ambulatio, inceſſus, iter, greſſus, veſtigium. *Pl. Af.* Job 29. 6. הֲלִיכָה f. Id. *Af.* Nah. 2. 6. *Pl.* Job 6. 19. *Af.* Pſa. 68. 25. מַהֲלָךְ m. Iter, profectio, tranſitus. *Cn.* Jon. 3. 3. Ambulacrum, deambulatorium. Ezech. 42. 4. *Af.* Neh. 2. 6. מַהֲלְכִים m. *Pl.* Viæ, itinera, ambulandi loca. Zach. 3. 7. תַּהֲלֻכוֹת f. *Pl.* Progreſſiones, proceſſiones. Neh. 12. 31.

CHAL. הֲלַךְ *i. q. Hebr. Inf. cum Fut.* Pſa. 126. 6. *Rabb.* קולה הולך Altiſonans, ſtrepera, ſonora *mulier. Breſhor. ſ.* 17. *Pah.* Id. Pſa. 1. 1. *It.* Duxit, deduxit. Deut. 29. 5. *Jon. Pa.* Prov. 23. 31. *Inf.* Lev. 18. 4. *Imp.* Gen. 13. 17. *Fut.* Pſa. 85. 14. *Rabb.* מהלכי שתים Ambulantia duobus, *viz.* pedibus; Bipeda. *Ithpa. Fut.* אֶתְהַלַּךְ Ambulabo. Pſa. 101. 2. & 116. 9.

הִלּוּךְ Itio, inceſſus, ambulatio. *Jom. c.* 2, 3 *Membra offerebantur* דרך הלוכו *eo modo quo animal vivum incedebat, caput primò, tum cætera partes eo ordine, quo in corpore formatæ erant.* Peſtis. *Sch.* הֲלִיכָה Id. *Pl.* הֲלִיכוֹת Pſa. 68 25. לכת *v. in* ילך. הֲלָךְ Vectigal, tributum *tranſeuntium per viam regis* (publicam.) *Ab. Ezr.* Reditus *ſolitus.* Ezr. 4. 13. כא *v.* הִלְכָא.

prim. Act. 1, 2, I. 2, ipſa Perennitas, æternitas. et Perennis vita. Rom. 5. 17; 1 Tim. 1. 16. Erp. et Æterna beatitudo: Paradiſus. 3, Reſiduum. Gig. et Superſtitem in vitâ eſſe. Cam. 4, Senectæ viror. 5, Sanguis. Gig. fo. legit Ar. דם pro דואם quod bis habet Cam. 6, Coll. Mus campeſtris at cæcus, ſc. c Pl. irreg. talpa, (ſed fœmina Cam.) à Ch. חלד occultavit, et perforavit, Lev. 11. 29. al. redd. muſtela. v. Ar. גרד. 7, Species Guleritæ. Cam. Allodola. Ital. 8, Genus quoddam tunicæ Arabum; Inauris: armillæ pulchritudo. Gig. fo. hac ſignif. ex Pl. Heteroclito Ar. מנאגר deſumpta. v. Ar. נגר. ſec. Unit. nom. τῦ primi. tert. Mens, animus. Sic dicunt Ar. מא וקע דלך פי חלדי Non incidit hoc in animum meum. et Cor. Cam. quart. Pedes & firmiores partes (extantia fragmina) petræ. & i. q. Ar. אתף Tripodes. Fulcimina montium. Cam. 2, Montes. 3, Saxa. Cam. quòd contra ventorum impetus perſtant. quint. Ag. et Perennis vita. Rom. 6. 23. Cor. Sur. 98. 6. 8. hinc, Pl. ſan. Ar. אלחאלדאת Perennes ſc. inſulæ, ſ. Fortunatæ, hodiè Canariæ. G. Nub. 8. 22. & 45. 12. J. Grav. præf. Choraſm. p. 8. Ab his Ptolom. et al. longitudines regionum deduxerunt, et hucuſque pervenit Alexander, atque inde reverſus. 2, etiam c He fin. Nom. Propr. Cam. ſext. Canis. ſept. Jugiter durans. Gig. oct. Act. 1, 2. I. & ipſa Æternitas; perpetua manſio. Cor. Sur. 50. 34. et Pl. τῦ primi. Immortalitates. Bd. ex Comm. in Gen. I. 3. 2, Senectæ vegetus vigor. non. Nom. Propr. Cam.

خَلَدَة 2 ـة Pl. خَلَدٌ، ـة 3 خَلَدِيٌّ

4 مُخَلَّدٌ 5 مُخْلِدٌ 6 مُخَلِّدٌ 7 خاليدونون

pro خاليدونون 8 خلدانيين ; prim. Inauris. 2, Pericarpium. 3, Cognom. alicujus Abdor-rahman; 4, Caſtellum Elmanſuri, quod destructum et in diverſorii formam reductum eſt. ſec. Id. unde tert. cognom. Giafaris. quart. Perennis, ſtabilis firmum fundamentum. 1 Cor. 3. 15. 2, Vegetæ ac virentis Senectæ vir. 3, brutum, Cujus duo dentes molares remaneant, donec prodeant quatuor alii. Gig. 4, Nom. Propr. Cam. quint. Æternitate donatus. et Senio confectus nunquam. Cor. Sur. 66. 14. ubi Sancti ἄβροτοι & ἰσάγγελοι intelliguntur. 2, Non tranſiens terminum famulatus. Cam. pro quo Ar. ולדאן מחלדון exponit Gig. Conſilium ineuntes, qui nunquam in fugam convertantur, vel è ſuis finibus excedant. 2, Inauri vel pericarpio ornatus. ſext. Act. 1, II. Gj. ſept. Chelidonium. Avic. I. 275. 7. tit. oct. Chaldæi profeſſione. Dan. 3. 48. Seld. Horn. ad Sulp. Sev. p. 24. al. ſcrib. per Kef.

חלה חָלָה Ægrotavit, ægrotus, æger, infirmus, fuit. (Gr. χαλάω, χωλάω.) Eſa. 39. 1. Pa. 1 Sam. 22. 8. Sollicitus eſt, conv. c. Æth. ሐለየ: f. Cn. חוּלַת ægra. Cant. 2. 5. Fu. וַיֶּחֱלֶא 2 Par. 16. 12. per Apoc. וַיִּחַל 2 Reg. 1. 2. Niph. נֶחֱלָה ægritudine, morbo, affectus, infirmatus, eſt. Dan. 8. 27. Jer. 12. 13. Pa. f. נַחְלָה ſc. מַכָּה ægra plaga. Eſa. 17. 11. Nah. 3. 19. Jer. 14. 17. Pl הַנַּחֲלוֹת ægræ. Ezech. 34. 21. Pih. חִלָּה ægrotare fecit, morbo affecit. Deut. 29. 22. In. Af. חַלּוֹתִי Infirmare meum. Pſal. 77. 11. v. et חלל. Aliàs ſemper jungitur פָּנִים facies, eſtque Precatus, deprecatus, obteſtatus, eſt aliquem. (Solicitavit; ſec. Sam. Syr. Chal. Ar. Vulg. Lat. &c. Miniſtravit, ſervivit vultibus, coluit perſonam, conf. Exod. 32. 11. cum Prov. 19. 6.) Pſal. 119. 58. Im. per Apocop. חַל־נָא deprecare quæſo. 1 Reg. 13. 6. Pyh. חֻלֵּיתָ infirmatus fuiſti. Eſa. 14. 10. Hiph. הֶחֱלָה Hoſ. 7. 5. Quando vacarent rebus principes cum rege non loquebantur de aliquo fortiter agendo, de vincendis hoſtibus, &c. ſed de cibo & potu, adeo ut החלו R. Da. Per Apocop. הֶחֱלִי morbo affecit. Eſa. 53. 10. Mich. 6. 13. Pa. f. הַחֲלֵה facit ægrotare. Prov. 13. 12. Hop. הָחֳלֵיתִי ægrotus factus ſum. 1 Reg. 22. 34. Hithpah. In. לְהִתְחַלּוֹת ut morbo conflictaretur. 2 Sam. 13. 2. Im. per. Apocop. הִתְחָל ægrotum age et ſic Fu. ib. v. 5, 6.

חֳלִי m. Morbus, infirmitas, ægritudo. Eccl. 6. 2. in pausâ חֹלִי Eſa. 53. 3. Af. חָלְיוֹ 1 Reg. 17. 17. Pl. חֳלָיִם Deut. 28. 59. Aliâs חֳלָאִים (ut א ſit pro י) ſicut חֳלָיִים 2 Par. 21. 15. Af. חֳלָיֵנוּ Eſa. 53. 4.

חֲלִי m. Ornamentum, monile. Prov. 25. 12. Pl. חֲלָאִים Cant. 7. 1.

חֶלְיָה f. Id. Af. חֶלְיָתָהּ Hoſ. 2. 13.

מַחֲלֶה m. Morbus, infirmitas. Cn. מַחֲלֵה 2 Par. 21. 15. Af. מַחֲלֵהוּ Prov. 18. 14.

מַחֲלָה f. Id. Exod. 23. 25. 1 Reg. 8. 37.

מַחֲלַת Machalath, qſ. Cn. prac. Nom. abſolutè a. uſurpatur. Pſal. 53. t. et 88. t. de inſtrumentis perforatis, quæ dicuntur Pneumatica, ut tibiæ, tubæ, exp. R. Salom. Initium Poëſeos cujuſdam tunc decantari ſolitæ. A. Ezra; Ægritudinem animæ Doctorum legis, alios in veritate non inſtruentium, R. Gaon.

מַחֲלִיִּם m. Pl. Morbi. 2 Par. 24. 25.

תַּחֲלֻאִים m. Pl. Id. Jer. 16. 4. Cn. תַּחֲלוּאֵי 14. 18. Af. תַּחֲלֻאֶיהָ Deut. 29. 22.

CHAL. חֲלָא, חֲלִי i. q. Heb. חָלָה. לא חלי ולא מרגיש גברא דמריא סייעיה Non eſt ſollicitus, nec quicquam curat is, quem Dominus adjuvat. Joma. 22. 2. Ba kama. 20. 2. v. הלא pro quo חלא Ven.

חולי, חלי. Schab. 11. 1. Morbus longus & inveteratus, qui accreſcit, & corpus debilitat, ut febris, &c. כאב dolor, qui abit & redit, ut dolor dentium: מיחוש Paſſio vulgaris, momentanea, & levis. & חלי 1 גולגולת 2 ידיים 3 כפייה & הנכפה 4 הנופל 5 מחנק 6 ירקון 7 מסס מעים Hinc רבים של צדיקים מתים בחלי מעים 8 נסים 9 נשילת גידים 10 הסיאור 11 צלעם 12 קילבון 13 נקמו 14 קרדייקוס 15 רגלים 16 שחדונא 17 שחפה 18 שחפתא 19 שיחתא 20 השלשול Morbus 1 hemicranicus, 2 manuum (chiragra,) 3 caducus (epilepſia,) 4 ſtrangulatorius (angina,) 5 auriginoſus (icterus,) 6 (i. q. 14.) 7 cœliacus: Prov. Pleriq; juſtorum moriuntur morbo viſcerum (ventris profluvio) qui morbus omnium mitiſſimus. Rab. 8 ilioſus (quo ilia malè affecta,) 9 reſolutionis nervorum (paralyſis, ſ. hemiplexia, vel apoplexia,) 10 phreneticus (phrenitis,) 11 laterum (pleuritis,) 12 iſchiaticus, 13 ex uteri relaxatione proveniens, 14 ſtomachi (καρδιωγμός,) 15 pedum (podagra, arthritis,) 16 iſchiaticus, 17 ex ulceratione pulmonis proveniens (phthiſis,) 18 intumeſcere faciens corpus (hydropiſis,) 19 hæmorrhoidis, 20 Dyſenteria. Plur. חֳלָאִים.

חוֹלֶה Ægrotus, ægrotans. Decem res reducunt את החולה ægrotantem לחליו, & reddunt morbum graviorem; ſcil. eſus carnis bubulæ, caro pinguis, caro aſſata, caro avicularum, ovum aſſatum, raſura, ſeu tonſio capillorum: שיחליים ficus immaturi, lac, caſeus, balneum. Beracoth 57. 2. Talmud. Sex ſunt quæ ſanant ægrum, &c. עָ׳ 29. 1. Et ſex ſunt ſignum bonum pro ægroto: ſternutatio, ſudor, diarrhæa, ſomnus, ſomnia, gonorrhæa. Jalkut in Leg. 10. 1. חוליות, חולידה vide חול.

2 חֲלִי Dulcuit. Ithpehel אִתְחַלּוֹן Dulcuerunt. Exod. 15. 25. Jon. אִתְחַלְיָין ib. Hieroſ. noſtra אִתְחַלְּיָן, אִיתְחַלּוֹן. Part. fœm. מחליא Dulcem reddit. עָ׳ 39. 1.

חֲלִי Dulce. Ezech. 3. 3. Pl. חַלְיָן Prov. 9. 17. & 2. 16. f. חֲלִיאָתָא Pſa. 19. 11. quod דְחֵילָא Prov. 24. 13. pro דְחַלְיָא Compluten. It. חֵילַת Ezech. 27. 18. It. חליתא Schab. 109. 2. חַל Id. Deut. 8. 8. Jon.

חלתא Alveus apum. Sanhedr. 107. 1.

חוּלְיָא Dulcedo. Jud. 14. 14. Af. חוּלְיֵי c. 9. 11. Megilla 7. 2. Pl. עָ׳ חוליי 38. 2.

חַלְיוּתָא Id. Prov. 16. 24.

3 חלי דיחמורתא Ova bubali. Bechor. 7. 2. Al. דִי חֲמוּרְתָא Aſinæ, pro דְיַחֲמוּרְתָא.

חלדה i. q. Gomer, menſura aridorum.

SYR. ܚܠܐ Dulcis factus eſt. Exo. 15. 25. Pah: ܚܰܠܺܝ Edulcavit.

2 ܚܠܝܐ f. ܚܠܝܬܐ Plur. ܚܠܝܐ, ܚܠ̈ܝܢ

ܚܘܠܝܐ 5 ܚܠܝܐ 4 ܚܠܝܢܐ 3 ܚܠܝܘܬܐ

6 ܡܚܠܝܢܐ 7 ܡܬܚܠܝܢܐ ; prim. Dulcis, ſuavis, jucundus. Eccleſ. 11. 7. Plur. Jac. 3. 11, 12. Pſa. 150 4. f. Jucunda. ſec. Dulcedo. Cant. 8. 2. Off. Mar. 463. tert. Veneni genus. quart. Dulcedo. quint. Habitator cavernarum. ſext. Suavis. Ruth 3. 7. ſept. Fœniculum.

SAM. ࠇࠋࠄ vide חול. ࠄࠇࠋࠉࠌ Dulces. Gen. 26. 10, 19.

חלו ÆTH. ተሐለወ: Manſit. Pſa. 32. 11. & 39. 23. v. ሀለወ:

AR. حَلَا، Fut. O. Dulcis, & ſuavis fuit crambe, ſaliva, &c. Avic. I. 46. 49. & 196. 15. & 574. 18. & Dulcorata fuit aqua. Exo. 15. 25. & ult. Je, guttur. Prov. 24. 13. 2, Placuit oculis, animo. cc فِي، vel c بِ. & c أَنْ، ut feſtines. Avic. II. 114. 4. 3, Tranſ. Donavit quid in penſationem citra mercedem. ccap, & عَلَى r. pro qua. 4, Cepit ſponſalitia dona filiæ; quæ poſt mortem mariti, vel repudium deberentur. 5, i. q. Ar. חלי. Ornavit ſuo mundo mulierem. II. Rem dulcem effecit. Gig. 2, Demulſit aliquem. cc عَلَى p. Eccli. 13. 13. III. Dulcem ſe præbuit alteri. cca. IV. i. q. II. & Dulcem comperit. cca; etiam ultimâ Hamzatâ. ſic Ar. לא אמר ולא אחלו Haud ullum fecit verbum, opuſve nec amarum, nec dulce. Cam. V. i. q. II. Suavem reddidit rem. Gig. VI. Dulcedinem, & ſuperbiam oſtendit fœmina. 2, Medium occipitis oſtendit. Gig. X. Dulce accidit, it. habuit, vocavit, & reddidit. XII. i. q. 1, I. ſed cum intenſione; 2, i. q. II. Gig.

حَلْوٌ 2 *Pl.* حَلْوَاتٌ 3 حُلْوٌ 4 ة 5 حِلْوٌ

6 حَلَاءٌ 7 حَلَاةٌ 8 حِلْوٌ 9 حَلْوَةٌ 10 أَحْلَاءٌ; *prim. Act.* 1, 2, I. 2, *i. q. Ar.* חלי *Châljon. Gig. ſec.* Placentæ dulces. *Bd. v. Ar.* חלאוה *contr.* τῷ *Ar.* מר, Dulcis. Jud. 14. 14. Pſal. 118. 103. Prov. 9. 17. Eccl. 11. 7. *et* 16. 21. Jer. 3. 3. *Avic.* I. 141. 21. *et* 201. 17, 19, 20, 22, 28. *et* 516. 25. 2, *et Pl. ſan.* Jucundi mores. *Avic.* I. 284. 14. *v. Ar.* חלק & Agilis, *et* jucundus *vir*; 3, *Vir* Perſa. *Gig. ſed Cam. i. q. Ar.* פרס, Equus. *quart. i. q.* 2, *tert.* 2, Dulcius. *cc* من. Pſal. 18. 11. *Avic.* I. 131. 42. *quint.* Inſtrumentum textorium; 2, *i. q.* 1, *tert. et* Amœnus. *Gig. ſext.* Dulcedine ſuperans *mel. cc* من. Pſ. 18. 11. *Neb.* & Medicamentum quoddam liqueſcens. *Gig.* & illitum *unguentum. Avic.* I. 590. 33. *ſept.* Bullæ, & ornamenta *enſis.* 2, *ſine Nunnat.* Mons quidam. *Gig. octav.* Lapis, ſuper quo collyria teruntur. *non.* Pluvia admodum amœna. *Cam. dec.* Dulcius *melle. cc* من. Jud. 14. 18.

حَلْوَى 2 حَلْوَى *et* حَلْوَاءُ 3 حُلْوَانٌ

4 ةٌ 5 حَلْوَانِيّ 6 حَلَاوَة 7 ةٌ حَلَاوَاءُ

8 حَلَاوَى 9 مَحْلَاة 10 مُسْتَحْلًى ; *prim. contr.* τῷ *Ar.* מרי, Res dulcis. *ſec.* Edulium ex melle, *vel* ſaccharo confectum: *eſtque multigenum. tert. Act.* 1, 2, I. *quart. Act.* 2, 3, I. 2, Honorarium auguris. *it.* Merces, ſalarium, proxenetæ: *quæ vetita erant. Cam. Gig.* 3, *Diptoton, Nom.* Urbis in Babylonia. & *Nom.* Pagi in Ægypto 2 paraſang. à Fuſtata, auſtrum verſus. 4, Dos mulieris. *Cam. quint.* Dulciarius piſtor, *aut* eduliorum dulcium venditor. *ſext. Act.* 1, I. 2, *ipſa* Dulcedo. Jud. 9. 11. *Avic.* I. 201. 10. 516. 25. *ſermonum.* Prov. 16. 24. *inde* Alabus, Siciliæ fluvius, ad quem Hyblæi colles mellificio celebres. *Boch. Geogr. S. p.* 593. 3, Herbas maſculeas gignens *terra. Gig.* 4, Monile muliebre. *Gj. v. Ar.* חלי. 5, μακροθυμία, *vel* χρηστότης. *Bd.* 6, *Pl. ſan.* Dulciaria. *Avic.* I. 84. 48. *ſept.* Media pars *occipitis. oct.* Id. 2, *Pl. ſept. prioris. Gig.* 3, *Nom.* herbæ. *non.* Qui in ſpatio tenetur *lapis. Av.* I. 539. 12. *v. Ar.* חלין. *dec.* Jucundum *bellum.* 1 Reg. 20. 11.

خَلَا *Fut.* O. Vacuus, *et* deſertus fuit *locus.* 2, Vacuus, *et* liber *ab aliquâ re* fuit *homo. cc* من. *Cam. expon. per Ar.* פרע. *uti et Conj.* IV. & X. *i. e.* Vacavit *à labore. it. à ſignificatione. Avic.* I. 286. 17. & *c* عن. Evacuata fuit *via ab eo.* 502. 1. 3, Abfuit, receſſit, abſtinuit *ab ea.* Diſceſſit *ab eis.* 2 Cor. 2. 13. *Erp. cc* من *vel* عن *et c* ب. Seceſſit *cum re.* 2 Mac. 59. 77. depoſuit *illam.* Ex. 16. 33. *Erp.* Defecit *carcere detentus.* Deut. 32. 36. 4, In ſolo loco, *et* ſeceſſu fuit, *et* tali loco adfuit *alteri, vel* ut adeſſet *eum* rogavit. *cc* ب, *vel* مع, *vel* الى. *ex. gr. Ar.* חלוא אלי שיאטינהם, *pro* מע, *Gj. ex Cor.* 5, Soli accidit *alicui ſ.* propria fuit *res. cc* ل. 6, Satis habuit, *re aliquâ* ſolâ contentus fuit: *ita* ſolum comedit *panem*, ſolum *lac*, &c. *cc* على. 7, Præteriit effluxitque *tempus.* 8, Dimiſit *aliquem. cca. ut Ar.* חלא נדירא Valere juſſit monitorem. *Gj. ex Cor.* 9, Reſtitavit ſuo loco refractaria *camelus*, cùm eundum eſſet. 10, *Ar.* חלא מכאנה Mortuus fuit. *et Ar.* חלאך לום Abiuit à te vituperium, *et* culpa, excuſatione dignus fuiſti. 11, Irriſit, ludibrio habuit. *cc* ب *p.* 12, *Fut.* I. Succîdit *gramen*, meſſuitque in pabulum. *cca. et* Præbuit pabulum *jumento ſuo*, eoque nutrivit *illud. cca.* II. Vacuum fecit, vacuavit. *cca.* & *cum* من. Jud. 20. 31. 2, Neglexit *juſſum regis.* 1 Par. 21. 6. *et* Liberum dimiſit, miſſum fecit *eum. cca.* 1 Reg. 20. 42. 1 Par. 14. 12. 2 Par. 7. 22. *et* 28. 6. Neh. 2. 6. Marc. 15. 36. *et Ar.* חלי סבילה. Id. 3, Reliquit *in manibus. cc* في. Neh. 9. 28. & Relictus fuit ei *filius. cc* ل *p.* 2 Par. 21. 17. 4, Repudiavit *mulierem.* Marc. 10. 4, 12. 5, Dimiſit *rei curam. Gig.* Dereliquit *conſilium*, &c. Num. 17. 4, 7. *Erp.* 2 Par. 10. 13. *et* 13. 12. *et* 15. 2, 7. *et* 21. 10. *et* 24. 18, 20, 24. *et* 29. 9. Eccli. 25. 32. *et* 6, Præcluſit *ei egreſſum. cc* ل *p.* 2 Par. 16. 1.

III. Reliquit, miſſum fecit, valedixit. *ccap* & *r.* 2, Studuit *alium in luctà* proſternere, *aut* fallere. *Cam.* IV. *i. q.* 1, I. *Cam.* 2, Solo loco fuit; 3, Petiitque eo eſſe; *et ſi cum alio. cc* ب. 4, Peculiariter accidit, *aut* proprium fuit. *cc* ل *p.* 5, *Tranſ.* Privavit *aliquem gratiâ.* Gen. 24. 27. *et* Vacuum reddidit *locum, it.* deſertum. *et* Deſolavit. *cca. it.* Fecit *hominem* ſolum eſſe. *Cam.* Deſeruit *aliquem.* 1 Par. 28. 9, 20. 6, Solum, *ſ.* loco ſolo reperit *cum ſolo, ccar et* مع *p.* In vacuum, *aut* ſolum locum, *ſ.* ſeceſſum abduxit. *ccap.* 7, Pabulum dedit, eoque fovit *jumentum. cca. et Intranſ.* Pabulum produxit *terra*, eo abundavit. 8, In os indidit *frænum equo. ccga. ceu pabuli buccellam.* 9, Fovit, *ac* ferveſcit *ollam* ſubter fomite, *ſpec.* fimo camelino, accenſo: *qſ. dato pabulo. cca.* V. *i. q.* I. *ſc.* Receſſit, abſtinuitque *et cc* على. Declinavit *virga ab oppoſito. Avic.* I. 572. 1. & 2, *i. q.* II. *ſc.* Reliquit. *cc* من, *vel* عن. Extricavit *ſe bello.* 1 Reg. 20. 11. 3, Solus, ſolove loco, *aut* vacuo *cum aliquo* manſit. Ruth 1. 5. 4, Solumve eum adhibuit, *aut* uſurpavit. *cc* ب. 5, Peculiari uſui, *aut* ad aliquid certi, duntaxat adhibitus fuit. *cc* ل *p.* 6, *i. q.* 2. IV. & Vacuus eſt effectus. *Gig.* VIII. *i. q.* I. Solus in ſeceſſu, vacuo loco, *cum alio* fuit. *cc* ب. 2, Penetravit, amputavitque, *gladius manum. cca.* X. Solus, ſolitario vacuove loco fuit. 2, Vacuus fuit *locus.* 3, Vacuus eſſe voluit, *it.* in ſolo, *ac* vacuo loco. In ſeceſſum avocavit. Mat. 16. 22. Seceſſum captavit. 4, *Tranſ.* Rogavit *alium*, ut vacuum redderet locum, quo ſolus cum eo eſſe poſſet. *ccga.* XII. Multum lactis bibit. *Cam. fo. ex Ar.* חלא. Dulcem eſſe.

حُلْو 2 ة *Pl.* أَحْلَاءٌ 3 حَلِيّ 4 حَلْوَا 5 حَلَا

6 حَلًا 7 حَلَاة 8 حَلْو 9 ة 10 حَلْو رِيدٍ &

حَلْوهُمْ مِنْ زَيْدٍ 11 حَلَاءٌ 12 حَالٍ f.

حَالِيَة 13 حَلِيّ f. حَلِيَّة 14 أَحْلِيَاء 15 حَلَايَا

16 إِحْلِي; *prim.* f. *c He fin.* Vacuus, inanis, *et* otioſus. 2, *Act.* 1, I. *Cam.* Evacuatio *ventriculi. Gig. ſec. i. q.* 1, *primi.* f. *c, et ſine He fin.* Liber *ab eo ſum. cc* من. *Gig.* Vacuitas *à ſignis. Avic.* I. 545. 6. *tert. Act. utriuſque* 8, I. *quart.* Excepto *peccato. cc* من. Ebr. 6. 15. *quint.* Præter, citra. *cca, vel cg.* niſi. *Avic.* II. 3. 50. *et* 93. 16. *et* 316. 15. *et Ar.* חלא ען Id. *et* מא חלא Id. *cca.* Ebr. 4. 15. *Erp. ccg.* Act. 8. 1. *et Ar.* חלא אן Præterquam quòd, niſi quòd. Act. 24. 18, 21. *Erp.* Veruntamen. Num. 13. 29. 1 Reg. 15. 14. *et cc Ar.* מן. Præter *pueros.* Ex. 12. 37. Act. 26. 22. *Erp.* Ex hoc *elapſus dies.* Gen. 8. 5. *ſext. Coll.* Pabulum, *ſpec.* virens. 2, Deſolatio. Job 15. 34. *ſept. Unit.* 1, *prox. præc. oct* Camelus loco ſuo reſtitans, cùm progredi debet. *non. Act.* 1, 2, 3, 4, 7, 11, I. *dec.* Præter Zeidum: cùm non eſſet penes illos Zeidus. *conf.* Eccl. 2. 25. *ſilentium.* Cant. 4. 1. Sine *his.* Sap. 11. 21. Rom. 3. 28. Ebr. 11. 6. *undec.* 1, 2, 3, 4, 11, I. 2, *dicunt Ar.* אנא מנך חלא *Chalâon*, Abſolutus *atque* à te liber ſum, ita ut nihil tibi in me competat. *Gj.* 3, Latrina, ſeceſſus, ubi ventrem exonerant, *et* ſe aquâ mundant. *Av.* I. 549. 9. 4, Locus vacuus, ubi (nemo. *Cam.*) *et* nihil eſt: deſertum. *G. Nub.* 3. 22. *duod. c Pl. ſan.* Vacuus. *Avic.* I. 34. 23. *et* liber *aliquâ re. cc* من. 2, *i. q. Ar.* חלו *prox. ſeq. pec.* à conjuge; Cœlebs. 3, *abſol.* Vacuus ſollicitudine, opere, curâ: otioſus. 4, Præteritum tempus. *ſic Ar.* איאם אלחאליה. *Cor.* 69. 17. 5, Deſertus, *et* incultus *locus.* 1 Sam. 6. 3. Ruth 1. 21. *et* 3. 17. Pſal. 131. 6. *dec. tert. c Pl. ſan.* Liber ab aliquo: *ita ut non debeat quid.* 2, Vinculis ſolutus *camelus.* 3, *i. q.* 1, *undec.* Vacuus, *et* expers, *pec.* à *mœrore, cura, opere. cc* من *quin et abſol. poſitum.* Vacuus ab iis, *et* otioſus. *uti et* 4, Cœlebs. 5, f. *Camela*, quæ cum alia unius, ejuſque alieni, pulli tenetur amore: *ita dicta, quod à ſuo abducta. Hoc a. fit ope Ar.* חואר *Hawârin. de quo v. ſ. l. namque ita cameleæ lac augetur, quæ pullū illum non lactat, ſed tantùm ad mulctram ſervatur.* 6, f. *Metonym.* Repudium uxoris. *et Ar.* אנת חליה מני. Tu à me libera, *aut* relicta eſto, *ipſa eſt repudii formula* 7, Cibus acidus, qui ex uvis paſſis, ficubus, lentibus, carnibus, minutim conciſis, *et* acido aliquo ſyrupo confici ſolet. 8, Alveare apum. *v. Ar.* חלב. 9, Navis major, *Hiſp.* galeon: *quòd libera à nautarum remigio & impulſu. dec. quart. Pl.* τῶ *duodec. et dec. tert.* Vacui, otioſi; Cœlibes. *dec. quint. Pl.* τῶ *dec. tert. ſc.* Naves magnæ; *et* Alvearia apum. *dec. ſext. Comparat.* Magis vacua *junctura. Avic.* I. 602. 30.

حَلْوَة 2 فِي خَلْوَة 3 خَلَاوَة 4 مَخْلًا

5 مُخْلِي 6 ة 7 مَخْلَاة *Pl* مَخَالِي 8 مُخْلٍ

Pl. مُخْلُونَ 9 مُخْلِيَة 10 مُخْلِي ; *prim. Act.* 1, 2, 3, 4, 11, I. 2, Seceſſus, locus ubi quis agit ſolus: *ſ.* conclave *ſ.* ſolitudo. *Avic.* I. 315. 3. II. 19. 6. & Deſolatio Jer. 9. 11. *ſec.* Seorſim. Marc. 4. 34. in ſeceſſum. *c.* 24. 3. *tert. Nom.* Viri fil. Subéji: *unde Proverbialiter, Ar.* אנא מן הדא אלאמר בן חלאוה Ego liber ſum hâc abs re & innoxius. *quart.* Falx, *ſc.* inſtrumentum quo pabulum demetitur. *et* Novacula, *quâ ex. gr. verrucæ reſecantur. Avic.* II. 168. 40. *quint.* Dimiſſus, miſſus factus. Remotus. *Avic.* II. 168. 35. 2. Vacuus factus. *ſext.* Ungularis *Cr.* curva *additio cornuum. Bell. Avic.* II. 168. 40. *ſept.* Saccus pabulatorius; *qui cum pabulo de capite appenditur jumento, ut ex eo alimentum capiat.* 2, Pera. 1 Sam. 6. 8, 11, 15, *et* 17. 40, 49. *oct.* Pabulator, qui pabulum ſuccîdit demetitve. *non.* Remiſſio, dimiſſio *vinctorum.* Eſ. 58. 6. *et* 61. 1. Luc. 4. 18. *Erp.* Dimittenda *uxor.* Matth. 1. 19. *dec.* Vectes. 1 Par. 22. 3. *et* Solutum *inteſtinum. Avic.* I. 597. 19.

חלז CHAL. *Pah.* חַלֵּיז Elevavit, הנביה; *Al* Solvit, extraxit. *Heb.* חלץ. חִילוּזָא, חִלוּזָא Peplum, ornamentum capitis muliebre; *ſ. potius*, veſtitus, veſtimentum. Eſt. 1. 3. *et* 6. 11. *Tar.* 2. *al.* Caligavit. חִילִין Suffuſio oculorum; albugo, macula alba, quâ oculus vitioſus fit, lippitudo. Levit. 21. 20. *ac* חִלְזוֹן *ib. Jon.* & יְחַלְזוֹוה *Hier. pro* וְחִלְזוֹנָא *aut* וְחַלְזוֹנָה *Bechor. c.* 6. *in Miſchna.* 2 חַלְזוֹנָא *Aruc.*; *nra.* חֲלַזוֹנָא, *Ven.* חַלְזוֹנָא *pro Heb.* צְלָצַל *quod Al.* Sideratio, *Al.* Locuſtæ ſpecies, *Al.* Limax. Deut. 28. 42. *Jon.* 3 חִלְזוֹן *vel* חַלְזוֹן Limax, cochlea. *Pl.* חלזונות. *Sanhed.* 91. 1. 4 חלזון *pec. pro* Limace, conchylio, murice, purpura, *vel ſimili aliquâ turbinatorum ſpecie, ex cujus ſanguine, ſ. ſucco fit color hyacinthinus. et* חַלְזוֹנָא Deut. 33. 19. *Jon. ubi* שְׂפוּנֵי tecta, occulta, *per* חִלְזוֹן Chalſon, limacem, conchylium, purpuram: טְמוּנֵי abſcondita, *per* טָרִית Taris, piſcem magnum, thunnum: *et* חול *exp. R. Joſeph* arenam, vitrum album. *Megill.* 6. 1. *Gl* Chalſon *aſcendit ex mari in montes, et tingunt colore ejus hyacinthinum, venditurque caro pretio. It.* Chalſon, *hujus corpus (color ejus) ſimile eſt mari, & ſtructura corporis ejus ſimilis eſt piſci: ſemel a. duntaxat aſcendit ſingulis* 70. *annis*, &c. *Schab.* 26. 1. *ad* 2 Reg. 25. 2. *Torculatores piſcem* חִלְזוֹן Chalſon *ſolent premere ad ſanguinem ejus eliciendum. ib.* 75. 1. *Beres rabb. ſ.* 91. *fi.* Chalſon *quamdiu creſcit, creſcit ſimul cum ipſa, teſta ſ. concha ejus. Medraſh. ſchir. c.* 4. *v.* 11. *Scriptores dicunt* Chalſon *capi in Tyro, & Purpuram Tyriam, ut longè omnium præſtantiſſimam commendant. v. Geſn. de Aquat.* 762. *In* יצירה *praf.* 18. 1. Oſtrea: *exp.* חלזון Oſtrea, *non conſtat an ad piſces, an ad plantas ſint referenda. Ita etiam Galens d. uſu part. lib.* 14. *Albertus*, Alzun (חלזון) *exp.* Oſtreum. *Geſ. de Aqu.* 648. 5 חלזון *pro* Inſtrumento ferreo, ad ſimilitudinem cochleæ facto. *Kelim. c.* 12.

SYR. ܚܠܙܘܢܐ , ܚܠܙܘܢܐ. Conchylia, &c. *i. q. Ch.*

AR. حَلَزَ Nudavit pilis *pellem* (excoriavit) *et* cortice *lignum*, (decorticavit. *Cam.*) *cca.* V. Accinxit ſe *ad rem. cc* ل. & *ſic i. q. Ar.* חלו. 2, Superſtes & reſidua fuit *res. Cam.* 3, Dolet *cor. Id.* VI. *Ar.* תחאלונא בלאכלום *Cam.* Dixit mihi & *ego* dixi illi, *aliquid. Gig.* VIII. Captavit *jus ſuum. Cam. vel* Quod ſibi debebatur accepit. *Gig.*

حَلِزٌ 2 ه 3 حِلْزَةٌ 4 حَالِزٌ 5 مُحَلِّزٌ

6 حَلَزُون Pl. حَلَزُونَات & 7 حَلَازِين

pro 8 حَلِيزُون 9 حَلَزُوف ; *prim.* Brevis, *et* avarus. 2, *i. q. Ar.* אלסי אלחלק *Cam.* Male complexio. *Bd.* 3, Planta quædam; 4, Dies. *Cam.* 5, Animalculum quoddam. *Cam.* limaci ſimile; 6, Anguſtus animo. *Gig.* 7, *Nom. Propr.* viri. *Cam.* *ſec.* f. *primi prac.* 1, *ſign.* Brevis *mulier tenaxque.* *tert.* Ulceroſum *hepar.* *Cam.* *quart.* Anguſtum *cor.* *Id.* *quint.* Reſiduum *rei.* *Gig.* *ſext.* Limax. Cochlea. *Avic.* I. 177. 38. *tit.* & 242. 3. *et* 341. 33. *Pl.* Limaciæ. 458. 16, 44. *ſept.* *Pl.* *Quadr.* *pro quo oct. habet.* *Avic.* I. 376. 5. *non.* *i. q.* *ſext.* 241. 42.

חלח CHAL. חֲלַח *Nom.* Loci. 2 Reg. 17. 6. *Ar.* חלואן. *BB.*

SYR. ܫܘܚܠܛܘܬܐ & ܡܫܚܠܛܘܬܐ Denudatio, ſpoliatio. *BB.* *v.* חלל.

AR. جلنجبين Saccharum roſatum. *Avic.* I. 83. 48.

חלט חָלַט Proprium fecit, præciſè exploravit, vertit, tranſmutavit, (*Gr.* ἀλάττω) rapuit, arripuit. Familiare quid quæſivit, venatus eſt, *quale illud* Frater meus. *v. Syr.* *Fut.* יַחְלְטוּ 1 Reg. 20. 33.

CHAL. חֲלַט, חֲלַט Miſcuit, commiſcuit, *pec.* *maſſam farinæ ad collyras, placentas, collyras*, paravit, pinſuit, *ſ.* coxit. 2 Sam. 13. 8 *Fut.* תַּחֲלוּט *ibid.* v. 6. *Ithpe.* *Pa.* מִתְחַלֵּט Immiſcet ſe. Prov. 14. 16. *Fut.* 20. 19. *et* 24. 21. *Rab.* חולְטין Miſcent. *Peſach.* 74. *id.* *Ch. alibi dcr.* חלטי *Cholin* 111. 1. חֲלוּט, חֲלוּטָה, חֲלִיטָה, חֲלִיטָא Placentatum, collyrizatum; placenta, mattya, ſpira, ſtriblita; *uſum panis habet, et ex farina factum eſt.* *Challa* c. 1. *Hier.* *Pl.* *Em.* חֲלִיטָתָא 2 Sam. 13. 8, 10. חֲלִיטִין, חֲלִיטָתָא Monilia, ornamenta aurea. Eſa. 3. 20. *Cu.* Hoſ. 2. 13. 2 חֲלַט *Niph.* נֶחְלַט Proprium, ſingulare, abſolutum, ſimplex fuit, *vel* factum eſt: ſimpliciter, *et* abſolutè declaratus, pronunciatus eſt. *Hiph.* הֶחְלִיט Simpliciter, abſolutè, declaravit, pronunciavit. *Tria verba habent de inſpectione leproſorum.* פָּטַר Dimiſit, *i. e.* *Liberum, et immunem pronunciavit à leprâ:* הֶחְלִיט Abſolutè, *et* ſimpliciter *ad primam inſpectionem pro leproſo* declaravit, *et* pronunciavit: הִסְגִּיר Incluſit, *per* 7. *ſc. dies, ut videatur interea, an plaga accreſcat, et quid de ea ſit ſtatuendum; cùm ſc. res eſt dubia.* *Negaim.* c. 1. *in hoc ſenſu.* Levit. 13. 11, 51. *Jon.* *Rab.* מצורע מוחלט Leproſus ſimpliciter. חֲלָטָא Proprietas, appropriatio: שטרי חלטאתא Literæ proprietatis, *Bava metzia* 16. 2. *Sic vocantur ibi literæ, quibus Judices bonum aliquod malæ fidei debitoris, creditori in judicio, ob non ſolutum debitum, adjudicatum atteſtantur, quod ex ſententiâ judicii creditori ceſſerit, et obtigerit, tanquam proprietarium.* חָלוּט, מוּחְלָט, הֶחְלֵט Abſolutum, ſimplex: abſolute, ſimpliciter: *Sim. Log.* 24. בְּמוּחְלָט *et* בְּמֻחְלָט *Sch.* בהחלט *potiùs.* *DD.* Id. בַּחֲלוּטִין, לַחֲלוּטִין Abſolutè, ſimpliciter, prorſus, præciſè; *ut*, Terra non vendetur לַחֲלוּטִין Abſolutè, in perpetuum, *ſc.* *ut emptoris propria fiat, in ejuſque poteſtate ſemper maneat, neque venditor recuperationis jus unquam habeat.* Levit. 25. 23, 30. *venit* בחליטין ſimpliciter (nudus) in mundum. *Bereſ. rab.* *ſ.* 41. חֲלָטִי Abſolutus. חוּלְטָנִית Abſolutio, *h. e.* *abſolutiſſimè, prorſus.* *Ber. rab.* *ſ.* 28. *Gl.* לחולטנית *i. e.* לִצְמִיתוּת. *Sanhed.* 29. 2. *Hier.* חֲלְטְתָא Lacerta, ſtellio. *Gr.* κωλώτης. Lev. 11. 30. *v.* לטא. חֲלִיטַר Placentarius, artocreatarius, à חליטא Placenta; *ut à* סנדל, *fit* סנדלר. *Hier.* *Bava kama* c. 2. חליטריא *Schab.* c. 6. *f.* 8. 1. *Pl.* חלטריא *Scheviith.* c. 7. *in Gem.* חֲלַט Fervet: Iratus eſt. *DP.* Donavit. *Plant.*

SYR. ܚܠܛ Miſcuit, conjunxit, copulavit. Iſa. 5. 8. Luc. 13. 1. Marc. 15. 23. *Pah.* Commiſcuit, participem fecit; *Ethpa.* Commiſtus, particeps factus eſt, commercium, familiaritatem habuit. 2 Reg. 18. 23. 1 Cor. 5. 9. 11. 2 Theſſ. 3. 14. Heb. 3. 14. *Off.* *Mar.* 97.

ܚܘܠܛܐ 2 ܚܘܠܛܢܐ 3 ܚܠܝܛܐ

4 ܚܠܝܛܘܬܐ 5 ܚܘܠܛܐ 6 ܚܘܠܛܢܐ

7 ܡܚܠܛܢܐ & ܡܚܠܛܢܐ ; *prim.* Mixtura, mixtum, miſcellanea. Lev. 19. 19. Deut. 22. 9. *cum Syr.* דמרטוטא Tunica goſſipio ſuffarta. *ſec.* Zea. *tert.* Plebs promiſcua. Num. 11. 4. Cynomia, ricinus vernus, ſcarabæus: multitudo animalculorum immundorum, muſcarum caninarum copia, inſectorum mixtura. Pſal. 78. 45. *et* 105. 31. *quart.* Miſcellanea. *quint.* Permiſtio. *ſext.* Id. & Commixtio, communio, commercium, familiaritas, *convenit cum Chald.* חולקא *qd.* *v.* 2 Cor. 6. 14. Convenientia, harmonia *inter res inferiores, atque ſuperiores.* *Kirch.* *Oed.* II. 417. 357. *ſept.* Miſcens.

AR. حَلَطَ Juravit. 2, Pervicatius contendit. *et i. q. Ar.* לח *Cam.* Coëgit. 3, *i. q. Ar.* עצב. Iratus fuit. *at i. q. Ar.* עצב. *Cam.* 4, Citus, *et* feſtinus in re fuit. *ſc. mediâ Keſr.* *Cam.* IV. *i. q.* I. 2, *i. q. Ar.* נזל בדאר מהלכה *Cam.* Deſcendit in domum illius direptor. *Gig.* in locum periculoſum. 3, *i. q. Ar.* אעצב *Cam.* Iram alteri excivit. *Gig.* Provocavit, irritavit. *Bd.* 4, *i. q. Ar.* אקאם *Cam.* Conſtitit. *Gig.* 5. Studio, zeloque uſus fuit, *pec.* in jurejurando. VIII. *i. q.* I. 2, Conturbatus fuit in ſermone. *qſ. cum Ar.* ח̇ Animi anxit. *et Act.* Ira. *Gj.*

¶ خَلَطَ, *Fut.* I. Miſcuit *rem* ب *p, vel r. cum alia.* *ccar.* *et* مع *potiùs.* *Gj.* *Avic.* I. 125. 44. *et* 341. 33. Commiſcuit. *cc* مع. Luc. 13. 1. II. Id. *et eâd. conſtr. cum quâdam intentione.* 2, Confuſum perplexumque reddidit *negotium.* *cca.* Confudit, perturbavit, corrupit *illud*, perperam, *et* perverſè agens. *cc* في. III. Immiſcuit ſe *rebus, hominibuſve.* Commerciū habuit, converſat⁹ fuit, tractavit *c aliquo.* Exod. 23. 1. Pſal. 25. 4. *Rom.* Prov. 4. 16. *et* 11. 15. Eccli. 13. 2, 4. 2 Theſſ. 3. 14. Implicatus fuit *rebus.* 2 Pet. 2. 20. *aut res* inter ſe commiſcuit: *et* Conjunxit *eos.* Gen. 30. 40. *Erp.* *ccap.* *vel r.* 2, Miſcuit corpus, coivit *cum ea.* *ccap.* *et* Commixtus fuit *cum ſcortatoribus.* 1 Cor. 5. 9, 11. 3, Affecit *eum*, involvitque *noxâ.* *ccap.* 4, *Ar.* חאלטה אלדא *i. q.* חאמרה *Cam.* Dementavit *illum morbus.* *Gig.* 5, *Et ferè Paſſ. formâ*, (*qſ.* Q *Gig.*) Perplexus, *et* confuſus fuit *mente.* *ſ.* dementiæ aliquid paſſus fuit. *cc* في. IV. Miſcuit *admiſſarium camelum* cum fœmina: *i. e.* Juvit ad coitum, veretro in vulvam immiſſo. *cca.* 2, *Intranſ.* Defuit, defecitve in curſu *equus.* V. *i. q.* 5, III. VIII. *Paſs.* 1, I. Commixtus fuit. *cc* ب. Joſ. 23. 7, 12. 1 Reg. 11. 2. Pſal. 105. 35. Ebr. 3. 14. *Erp.* Judæ 4. *Avic.* I. 69. 49. 2, Perplexum, confuſumque *illi* fuit negotium. *cc* على. *p.* 3, *i. q.* 2, IV. 4, *i. q.* 1, III. *cca.* *Cam.* 5, Perturbatus fuit *mente.* *Gig.* 6, Pinguis fuit *camelus.* *Cam.* IX. Miſtus fuit, miſcuitve ſe cum fœmina; *camelus.* X. Id. *Cam.* *ſc.* ſuâ ſponte.

خَلْطٌ 2 خِلْطٌ Pl. أَخْلَاطٌ 3 خَلْطٌ

4 ه 5 خِلَاطٌ 6 ه 7 خَلُوطٌ 8 خَلِيطٌ

9 Pl. خُلَطَاءُ & 10 خُلْطٌ ; *prim.* *Act.* 1, I. Mixtio. *Avic.* I. 125. 49. *ſec.* Res miſta, miſcella. Colluvies. Miſtio *belluarum.* Exod. 8. 22. Promiſcua *turba.* c. 12. 38. 2, Miſti generis homo. Ignobilis. 3, Homo fatuus. 4, Humor: *quales in corpore humano quatuor ſunt, quibus conſtat ſanguinis miſtura.* *Avic.* I. 5. 47, 48, 50. *tit.* 51. *et* 6. 5. *et* 125. 49. *et* 127. 9. *et* *Pl.* *cum Ar.* עקל, Deſipientia. I. 69. 47. 5, Sagitta (*et.* arcus)

quæ cum ab origine curvi ſit ligni, recta reddi nequeat. 6, Dactyli, qui cum aliis generibus rerum commixti ſunt. *Cam.* *tert.* *i. q.* 5, *ſec.* *Cam.* *quart.* Miſcens. *quint.* *Act.* 2, III. 2, Miſcella turba ex hominibus, camelis, pecudibuſve aliis, conſtans. 3, *Diptoton*, *Nom.* Urbis Armeniæ. *ſext.* *i. q.* 1, *quint.* *Gig.* *ſept.* *i. q.* *quart.* Commiſcens. *oct.* *Sing.* & *Pl.* Miſtus, permiſtus. 2, Conſors, qui rem habet cum alio communem. 3, Vicinus. 4, *Univerſaliter*, Genus miſcellaneum. 5, *ſpec.* Pabulum ex fœno & ſtramine miſtum. *et* Miſtura ex luto *et* paleis, *et* ex frumento, furfuribuſque. 6, Conjux; 7, Conſobrinus. *Cam.* *non.* *Pl.* τῦ *oct.* *Cor.* *Sur.* 38. 23. *dec.* Id.

خُلْطَةٌ 2 ه 3 خِلْطَةٌ 4 أ 5 خِلْطِيَّةٌ

6 خِلْنْطِي 7 خَلِيطَةٌ 8 مِخْلَطٌ, مِخْلَاطٌ

9 مُخَلَّةٌ مُرِيل 10 مُخَالِطٌ 11 مُخَالَطَةٌ

12 مَخْلُوطٌ 13 مُخْتَلِطٌ f. ه 14 اِخْتِلَاطٌ

15 تَخْلِيطٌ 16 اِخْلَاطْنِيَّةٌ ; *prim.* Conſuetudo ſociorum: conſortium. *cc* بين. 2 Cor. 6. 14. *Erp.* 2, Mixta *mulier.* *Cam.* quæ cum viris congreditur. *Gig.* *ſec.* Societas mercimonii. *Gig.* *tert.* conſortium *ſ.* conſortem eſſe. *quart.* Id. *Gj.* *quint.* Humoroſa *res.* *Avic.* I. 6. 5. *ſext.* Confuſio, *ſ.* confuſum, perplexumque negotium, *aut* opus. 2, Miſcella hominum turba. *ſept.* Cùm camelæ lac ſupra ovium, *et* ovium ſupra caprarum emulges. *et contrà.* *Gig.* *oct.* Qui ſe negotiis ingerit, *et* immiſcet, *imprimis* alienis; *et* Ardelio. 2, Cochlear ad miſcendum. 3, *prius è primâ Damm.* Commiſtum. Ez. 27. 33. *non.* *i. q.* 1, *oct.* 2, Ingenioſus, lepidus. *Gj.* *dec.* Commixtus; *undec.* *Act.* III. *et* Congreſſus *viri cum muliere*, &c. *Gig.* *et* Concordia. Philip. 1. 16. *duodec.* Miſtus. *cc* ب. Matth. 27. 34. Apoc. 15. 2. *Erp.* Commiſtus. *Avic.* I. 125. 46. *et* 209. 24, *dec.* *tert.* Obeſus *camelus*, *cen* adipe carnibus permiſto. 2, Miſcellanea *turba*, &c. Permiſtus. Deut. 22. 10. Jer. 27. 37. *et* 32. 19, 24. Ez. 27. 16, 17. 19, 25, 27, 34. *dec.* *quart.* Commixtio. *Gig.* 2, *cc Ar.* גנון Dementia. *Avic.* I. 507. 39. 3, Commercium. 2 Par. 20. 37. *dec.* *quint.* Opus perperam *et* perverſè factum. 2, Cùm res في *Gj.* 3, Delirium, mentis corrumpitur. *cc* alienatio. *Avic.* I. 304. 24. 4, Commovens humores. 146. 26. *dec.* *ſext.* Humoralis. 132. 4.

חלי ÆTH. ሐለየ፡ Meditatus, imaginatus fuit, cogitavit; Pſa. 35. 4. *et* 76. 5. *et* 9. 23. *et* 20. 11. *et* 27. 7. *et* 118. 59. *Fu.* Luc. 6. 8. *et* 12. 22. Pſa. 4. 5. Rom. 8. 27. *Im.* 18. Heb. 12. 3. Attendit, Pſa. 21. 2. Exiſtimavit, 1 Pet. 5. 12. Sapuit, Rom. 8. 5. Curam habuit, ſollicitus eſt (*H.* חֹלֶה 1 Sam. 22. 8.) 2 Cor. 11. 18. 1 Tim. 5. 8. Pſa. 39. 23. ደኀሊ፡ Cantavit, Pſa. 100. 1. *et* ኀለየ፡ 136. 4. 5. Apo. 14. 3. IV. ለሐለየ፡ Cogitare fecit, 1 [illegible] 5. (In mentem revocavit. *Org.* *JL.*) [illegible] Sollicitus fuit. Act. 17. 9. ሐሊና፡ (ህሊና፡ *Homil.* *Æth.*) m. Mens, animus. Rom. 11. 34. 1 Cor. 2. 16. Eph. 3. 4. *et* 4. 18. Phil. 4. 7. Tit. 1. 15. Heb. 4. 12. *et* 8. 10. *et* 10. 16. Jac. 2. 4. 1 Pet. 3. 8. Jud. 10. *Miſſ.* 172. 1. *It.* Meditatio, cogitatio. Pſa. 9. 41. *et* 18. 15. *et* 138. 19. Cura, ſollicitudo. Mar. 4. 19. 1 Pet. 5. 7. Rom. 8. 6, 7. Merces, munus. c. 6. 23. ሕልዮን፡ Id. Pſa. 14. 6. *R. C. et P.* መኀልይ፡ ማኅሌት፡ f. Canticum. Pſa. 29. *t.* Eph. 5. 19. Apo. 14. 3. Luc. 15. 25. Chorus. ማኅሌብ፡ Canticum. Pſ. 38. *t.* *et* 47. *t.* *et* 68. 35. (ኀላዊ፡ Cantor. f. ኀላዊት፡ Cantatrix. 1 Sam. 18. 6. ሐላዊ፡ብዕራይ፡ Cuſtos boum. *JL.*)

AR. حَلَي *Fut.* I. Ornavit monilibus, mundove ſuo *mulierem.* *cca.* 2, *pro Ar.* חלו. Dulcis. *et* ſuavis fuit. *pec*, *mediâ Keſr.* *Cam.* *Fut.* A. *et* O. *Gig.* Placuit *oculis, animo, mu*lier. *cc* في *vel c* ب. *et* 3, Ornata ſuo mundo fuit. 4, *in Paſſ.* *Ar.* לם יחל מנה באלטאיל Non multum inde percepit utilitatis, *nec* quod gratum eſſet audivit, et Ar. חלי מנה׃ בחיר Contigit illi ab iſto bonum. *Cam.* 5, Dulcoravit *ſaccharo. cc* ب. *Av.*I.407.42.*ubi* ב *pro* ח. II. *i.q.*1, I. Monilibus ornavit *gladium. it. mulierem*, eam*ve* talem dixit *et* appellavit, *ſicuti et virum* epitheto ornatum, *Gig.cca.* 2, *Tranſ.* 2, I. *cca.* Dulcem reddidit *cibum.* & Commendavit *rem cc Ar* פי עינה׃ alicui; & Exſiccavit *ptiſanam. Gig.* 3, Deſcripſit ſuâ formâ, *et* ſuis ſignis indicavit *hominem. cca.* V. Monilibus, *et* mundo ornatus fuit. VI. Dulcedinem *et* ſuperbiam oſtendit *fœmina. v. Ar.* חלו. Oſtentavit ſua ornamenta, *et* admiranda. *Gigg. ex Gj.*

حلي , *Pl.* حلي 2 ـ *Pl.* أحلية

3 حلي 4 ة , *et c* ـ *vel* ـ , *Pl.* حلي

5 حلية *Pl.* حوال 6 حالية 7 حال *Pl*

حوالي 8 حلية 9 احلي 10 تحلي

11 تحلي 12 ة ; *prim.* Mundus muliebris, Ornatus. 1 Pet. 3. 3. *G. Nub.* 12. 16. monile gemmeum, *etſ. Gig. ſec.* Herba jam craſſa, *et* areſcens. *v. Ar.* נצי. *tert.* Nuclei albi dactylorum, ex quibus conſertis monile conficitur. *Gig. quart.* Ornatus gladii præcipuè in capulo, *et* vagina. 2, Externa forma, deſcriptio*que* viri. Gen. 39. 6. Deut. 21. 11. 3. Imago *viri, et* epitheton. *Gig. Sic leg. in Comm. in* Gen. 49. 9. *Conſpexit lupus Ar.* חליותה׃ *i. e.* umbram ſuam, *putavitque agnum fuiſſe. Bd. quint.* Mundo ornata *mulier. ſext.* Id. 2, Odoramenta. *Cam. Gj. ſept. i. q. quint. oct. Nom.* Trium locorum. *Cam. non.* Dulcius. Pſa. 18. 11. *Rom. Avic.* I. 154. 19. II. 23. 10. *dec.* Mundo, monilibuſ*que* ornatus. 2, Dulcis effectus. 3, Deſcriptus: laudatus. *undec.* Solitudo. *Avic.* I. 314. 1. *v. Ar.* חלו. *duodec.* Forma *angeli.* Jud. 13. 6.

חלך חֵלְכָה׃ m. *c* ה *Parag.* Pauper, afflictus. Pſa. 10. 8. *et in pausâ* חֵלֶכָה׃ v. 14. *Pl.* חֵלְכָּאִים v. 10. *juxta Maſoret.* חֵיל כָּאִים Turba attritorum.

AR. حلك *Fut.* O. Valdè niger fuit. XII. Id.

حلك 2 ة 3 حلك 4 حالك 5 أسود

حالك 6 حلكوك 7 ـ 8 حلوك ; ة

prim. Nigredo *corvina. Gj. ſec.* Id. 2, Roſtrum *corvi*; *tert. i. q. prim. Gj. quart.* Niger. *Id. quint.* Multò nigerrimus: piceus, coracinus. *ſext.* Valde niger. *Sept.* Id. *Cam. oct. Act.* I.

حلكة 2 ة , حلكاء 3 تحلولك

i. q. حالك 4 حلكلك *i. q.* حلكوك

5 حلكم , حلكم 6 حلكمة

7 بن خلكان ; (*prim.* Summa nigredo. *Cam.* 2, *i. q. Ar.* חכלוה׃ *per Mathath. lit.* τὸ impeditæ linguæ eſſe. *Cam.* Barbaries ſermonis. *Gig.* 3, *i. q. ſec. Cam ſec.* Animal lacertæ ſimile, ſe immergens arenis. *tert. i. q. quart. ſupra. Cam. quart. i. q. ſext. ſup. Id. quint.* Niger. & Omnium aterrima *res. Cam. ſext.* Nigror. *ſept.* **Ebn Chalecan, vel Challecan.** *Nom.* Hiſtorici. *Poc. ſpec. Ar.* 41. 364.

חלם חָלַם Somniavit: convaluit, revaluit: auctus, impinguatus, confortatus, robuſtus, fuit. Geneſ. 37. 9. *Fut.* וַיַּחַלְמוּ Et ſomniaverunt. c. 40. 5. & Revaleſcent, roborabuntur, concreſcent, pingueſcent. Job 39. 4. *Hiph. Par. Pl.* מַחְלְמִים Somniare facientes. Jer. 29. 8. *pro* מַחֲלִימִים. *Fut. Af.* תַּחֲלִימֵנִי Revaleſcere facies me, *i. e. ſanabis.* Eſa. 38. 16.

חֲלוֹם m. Somnium. (*Hung.* Alom, id. *Gr.* Ἀλάομαι, *inter ſomniandum maximè oberrat imaginatio.*) Geneſ. 37. 6, 9. *Af.* c. 41. 22. *Plur.* חֲלֹמוֹת c. 42. 9. *Af.* c. 37. 8, 20.

חַלָּמוּת f. Vitellus, *Al.* Albumen ovi. Job 6. 6.

נִחְלְמִי Somniator, peritus interpres ſomniorum; *ita dcr. Semahjahu.* Jer. 29. 24. *quia hanc peritiam ſibi ſumebat, de ea gloriabatur apud populum, quum mendaciis eum dementaret.*

אַחְלָמָה׃ f. Amethyſtus, *gemma, ſ. lapis pretioſus, cor confortans, & geſtantibus, ſomnia inducens.* Exo. 28. 19. *v. d. Dieu in loc.*

חַלָּמִישׁ m. Silex, petra duriſſima. Pſa. 114. 8. Deut. 8. 15. *Conſt.* חַלְּמִישׁ c. 32. 13. *Ar. Sam.* גלמור *plane ab Heb. unde de ſignificatu optime conſtat: Suffragentur ſenes, Chald. Syr. Ar. nr. Ro. Neb. Æth.* አዝኅ: *quod conv. c Turc. Taſch.*

CHAL. חֲלַם Somniavit. Gen. 41. 1. *et* 37. 9, 10. *Par.* Deut. 13. 1. *Inf.* Eſa. 29. 7. *Aph. Pa. Pl.* מַחְלְמִין Jer. 29. 8. חֵלֶם m. חֶלְמָא, & *ex dialecto Hier.* חוּלְמָא, *ac Talm.* חלום Somnium. Dan. 4. 2, 3. *Af.* v. 6. *Pl.* חֶלְמִין c. 5. 12. *Em.* חֶלְמַיָּא Gen. 37. 19. *Af.* חֶלְמָנָא Somnia noſtra. c. 41. 12. *Tria genera ſomniorum* החלום 1 הנבואיי 2 הפשוט 3 הקסמי Somnium 1 propheticum, 2 ſimplex, 3 divinatorium. *Berach.* 55. 1. 2 חֲלַם Solidus, integer fuit: *Pib.* Conſolidavit, compegit, conſuit *arctè, & ſolidè.* חֲלִים, חלום Integrum, ſolidum, compactum: *It.* Sanus, validus, valens, integer: *oppoſitum* חוֹלֶה׃ *Roſch haſcha.* 28. 1. *Cholin* 123. *Kidduſch.* 25. 1. עָ׳ 69. 2. *Gl.* חלים דבר. Res, quæ optimè cohæret. טיט חלים Lutum ſolidum. *Peſachim* 78. 2. חַלְמָה, חֶלְמָה׃ Soliditas, integritas. *Schab.* 91. 2. *It.* Lutum argillaceum, *quod tenaciter cohæret, Gr.* λῦμα, Limus, illuvies tenax, *veluti* חלמון, *aut* albumen ovi. *Kelim c.* 11. חֶלְמוֹן, חֶלְמוֹנָא Vitellus ovi. Job 6. 6. *quod coagulatus eſt, & tenaciter cohæret.*

חַלְמִית Malva, herbæ ſpecies. *Kilajim c.* 1. חלמות *Aruc.* & חלמת *Gem. Hier. Kilaim c.* 4. *fin.* חוֹלֶם *Gram. Nom.* Vocalis O *longa, quod integro ore pronunciatur.* חלימה׃ Veſtis è pilis confecta.

SYR. ܚܠܡ *i. q. Heb. & Chal.* Gen. 37. 5. Act. 2. 17. *Ethpeh.* ܐܬܚܠܡ Sanatus, ſanitati reſtitutus eſt, convaluit. Iſa. 38. 21. Joh. 4. 52. *et* 5. 4, 9. 2 Reg. 8. 8. ܐܬܚܠܡܠܡ Somniavit: *It.* Pollutus eſt in ſomnio, effudit ſemen genitale per quietem. *Aph.* Sanavit, ſanitati reſtituit, ſanum, incolumem reddidit. Joh. 7. 23. Act. 28. 8. *Ethtaph.* Sanatus eſt.

ܚܠܝܡܐ ,ܚܠܝܡ *Pl.* ܚܠܝܡܝܢ ,ܚܠܝܡܐ

f. ܚܠܝܡܬܐ ,ܚܠܝܡܬܐ *Pl.* ܚܠܝܡܬܐ 2

ܚܠܝܡܘܬܐ 3 ܚܠܡܐ 4 ܚܠܝܡܐ ܕܝܢ

5 ܚܠܡܬܐ 6 ܚܠܡܬܐ 7 ܚܠܡܢܐ 8

ܚܠܡܢܝܬܐ ; *prim.* Sanus, ſalvus, incolumis. Valens, validus, integer. (*Hinc Lat.* Columis, incolumis.) Joh. 5. 11. Act. 4. 10. ܚܠܝܡ ܗܘܝ. Vale. c. 23. 30. *Plur.* Marc. 2. 17. f. c. 5. 34. *Pl.* 1 Tim. 6. 3. 2 Tim. 1. 13. *ſec.* Sanitas. Sap. 7. 10. Act. 3. 16. *tert.* Somnium. Mat. 1. 20. & 2. 12. *Pl.* Act. 2. 17. *quart.* Effluxus nocturnus ſeminis. *BB. quint.* Cicer; Opobalſamum: Vitellus; *Heb.* חַלָּמוּת, & *ibid.* ܐܚܠܡܣ *BB.* Anonis? *Dioſc.* III. 21. *ſext.* Papilla. *ſept.* Incolumitas, ſanitas. *oct.* Stellio; Avis quædam (*inquit F.*) dorſum habens nigris, & purpureis pennis diſtinctum. Lev. 11. 30.

SAM. ࠇࠋࠌࠄ Somnium. Gen. 41. 32.

ÆTH. ሐለመ: *i. q. Heb.* Pſa. 75. 5. Act. 2. 17. IV. አሕለመ: Conſopivit. Marc. 5. 26. *in cod. autem Rom. eſt* አስሐተመ: *v.* ሰሐመ:

ሕልም: Somnium. Pſa. 75. 5. Act. 2. 17.

ሐላሚ: Somniator. Gen. 27. 19. *JL.*

AR. حَلَم Somniavit. *ccar.* 2, *mediâ Dam.* Longanimis, *ac* mitis fuit, iræ*que* continens. 3, *mediâ Keſr.* Convoluta, ut emolleſceret, corrupta fuit, & ſubnatis vermibus laboravit, & corroſa fuit, *pellis, coriumve: atque* indè parte illa tenuior evaſit. 4, Pinguis fuit *camelus. Cam.* II. Vocavit *eum* benignum, & juſſit talem eſſe. *Gj. Tranſ.* 2, I. Longanimem effecit. *ccap.* IV. *i. q.* 1, I. *cc* ب. V. *i. q.* 1, I. *dcr. Ar.* תחלם אלחלם. 2, Præſtitit, *ac* oſtendit ſe longanimem. 3, Pinguis, *ac* carnoſus evaſit *infans, lacerta Lybica, &c.* VI. Manſuetudinem ſimulavit. VIII. *i. q.* IV. & *eâd. conſtr.* Act. 2. 17. 2, Nocturnam pollutionem paſſus fuit. *ac inde* 3, Ad pubertatem pervenit.

حلم 2 ـ *Pl.* أحلام 3 حلم 4 ة 5 حلم

6 حلم 7 ة 8 حالم 9 حليم *Pl.* حلماء

10 حيلم *pro* حيلم 11 لغت حليمي ;

prim Manſuetudo, μακροθυμία, *conf.* Phil. 4. 5. *Ab Phar. H Dyn.* 279. 2, Pubertas. 3, Intelligentia. Prudentiæ *dentes. Avic.* I. 13. 6. *ſec. i. q.* 2, *primi.* 2, *Act.* 1, I. & Somnium. Gen. 20. 3, 6. & 28. 12. & 37. 19. Pſa. 72. 20. *Rom.* Mat. 1. 20. Act. 2. 17. *Avic.* I. 196. 45. 3, Intellectus *ſeniorum.* Job 12. 20. *tert.* Ricinus *inſectum.* 2, *c Ar.* רין *Cognom.* Amir *fil.* Tarbi. *Cam.* 3, *Act.* 3, I. Corruptio *pellis. Gj.* 4, Chamæleon. *Plemp. in Avic.* I. 160. 42. *fo.* Glis, *ſomniculoſum animal. Bd. vel* Simia. *quart. Unit. tert.* 2, Vermis genus aliud, quod in ſuperiore, & inferiore ovis cute naſcitur. 3, Papilla, capitulum uberis. *Avic* I. 76. 22. & 574. 12, 14. & *Dual* Mammillaria, *ſ.* duo additamenta, quæ oriuntur ex anteriori cerebri parte, quibus fit odoratus. *Avic* I. 281. 41. & 360. 39. 4, Simia magna, & *contrà* parva. *Cam.* 5, Cædes licita. *Gj.* 6, Herba minor arnogloſſâ, albicans foliis, & lanuginoſa. *quint.* Pinguis *camelus. Gig. ſext. c Ar.* אסנאן Dentes 4 molares extremi: *quòd prodeant poſtquam ſemen emittitur. Gig. v. prim. & ſec. ſept. Act.* 1, I. *oct.* Somniator. *non. cum Pl. Cam.* Manſuetus. 2, Pingue *animal, inprim. camelus.* 3, *i. q. Ar.* אלסנר אלמקבל Hiatus oris, oſculi locus; 4, *Nom. Propr.* fil. Radachin Presbyteri; 5, *c He fin. Nom. Propr.* Nutricis Mohammedis. *Cam. dec.* Colles depreſſi, & exigui. *Cam. undec. Logat Halimi, Nom.* Nomenclatoris Ar, Perſ. *Poc. Spec. Ar.* 146. & 377.

حلام 2 حلامة 3 حالوم 4 ة 5 حليمان

6 أحلم 7 احتلام ; *prim.* Hœdus ex ventre matris exemptus. 2, Pecudes minoris formæ. *ſec.* Scalpa piſcis. 2, Ricinus inſectum. *tert.* Genus lactis acidi. *Cam. quart.* Lac coactum preſſo ſimile. *quint. Nom.* loci. *Gj. ſext. Nom.* Propr. *Cam. ſept.* Nocturnæ pollutiones. *Avic.* I. 133. 4. & 147. 24. & 561. 27.

¶ خلم Elegit, ſelegit. *cca.* III. Amicitiam inivit, eâ*que* conjunctus fuit. *cca.* VIII. *i. q.* II. *cca.*

خلم *Pl.* أخلام & خلماء 2 خالم 3 خلمة

4 مخالة 5 خلموس *Pl.* خلاميس ; *prim.* Amicus. 2, Socius. 3, Latibulum dorcadis, *aut* locus ubi decumbit. *ſec.* Æqualis, ita ut pars una aliam non excedat. *tert. Nom.* loci. *Cam. quart.* In amicitiam receptus. *Gj. quint.* Cùm quis pecora per quatriduum paſcit, & manè, *ac* veſperi in diverſis locis adaquat.

חלן CHAL. חִילוֹנִי, חַלּוֹן *vide* חלל. חלנשיש Vulnus. *Plant.*

AR. حلان *i. q.* 2 حلام ¶ 3 حلبوس,

c حال *Gig.* 4 حلنج *Pl.* حلانج 5 حلجان

pro حولجان & حالجان , *et* و 6 حلجية

7 حلي ; *prim. i. q. ſec.* Hœdus, *ſ.* agnus è utere matris exemptus. 2, Pecudes minoris formæ. 3 Animal idoneum mactari in hoſtiam: *ab Ar.* חלל; *at hœdus ille talis non*

non erat : & minor eſt, qui conveniat mactationi. Gj. 4, *De Ar.* צׄב Lacerta Lybica *dcr.* 5, Pulpa lumborum capelli quadrimeſtris. *Gj. & Paganiſmi Arabum tempore ita vocabatur* hœdus, qui ſecturâ auris, certiſ*que* verbis, conſecratus, comedi poterat, quamvis moreretur. *ſec. i.q.* 2, *primi. al. diſtincta eſt ab eo, ejuſque ſignificati. Gj.* ¶ *tert.* Pyrites, ſilex quo extunditur ignis. *quart. Perſ. Nom.* arboris, ex qua patinæ conficiuntur. 2, *Synecd. ipſa* Talis patina lignea. *quint.* Galanga, aromatis genus. *Avic.* I. 270. 24. Cyperus Babylonicus. 272. 2. *tit. &* 243. 24. *ſext.* Varii, *ſ.* colorati *hirci.* Gen. 31. 10, 12. *ſept.* Chalna, regnum in regione Sainur. Gen. 10. 10.

חלס CHAL. חוּלְסִית Campus, ager, area, locus ſterilis, incultus, lapidoſus, arenoſus, *(qſ. à* חול,) *ſationi ineptus, ad nil utilis, niſi ut in eo aliquid ædificetur. Erachin* 32. 1. *CL* χάλις, χάλιξ, χάλικες, Lapides minuti, quibus ad ſtructuras ædium utuntur, *ut ſilices, cæmenta. It.* Elevatio, cumulus, acervus, agger. *It.* Fundus, *cujus pulvis eſt arena, unde vitrum producitur : profunditas latifundii fluvii, unde educitur aurum, & argentum. Aruc. Pl.* חולסאות. *Babathra* 67. 68. תוחלסייא *vide* ת.

SYR. ܚܠܣܐ 2 ܚܠܣܠܣܐ ; *prim.* Tapetum. *ſec.* Ariſtæ, folia arundinea, flabella.

ÆTH. ሐለስትዮታት፡ *Pl.* Onagri. Pſ. 103. 12.

AR. حَلَسَ, *Fut.* I. Dorſuali, *ſ.* molliore ſtrato ſub clitellis, texit *camelum. cca. & c ſeq. Ar.* בחלס. *Cam.* 2, *Intranſ.* Continuâ, tenui*que*, pluviâ pluit *cælum.* في 3, Aſſiduè incubuit *rei, eique* adhæſit. *cc Cam. & mediâ Keſr.* Diutius *in piſcina* commoratus fuit. *Gig.* IV. *i. q.* 1, 2, I. 2, *i. q.* 1, X. *Cam.* 3, Obvertuit *alicui dextram. ccga. Gj. Gig.* V. Circuivit, ambiit, *aliquem. Cam.* 2, *i. q. Ar.* אקאם *Cam.* Perſeveravit, reſedit *in loco. Gig.* IX. Spadiceo fuit colore ex nigro, rubro*que* mixto. X. Præ multitudine terram cooperuit *herba.* 2, Adipe confertus fuit *gibbus cameli. Gig.* 3, Non admiſit *homo timorem. Id.* 4, *de aqua i. q. Ar.* באעה̄ ולם יסקה̄. *Cam.* אסתחלס אלמבאעאה̄ Aleis ludendis, licet ab alio victus ſit, haud illum accuſavit. *Gig.*

حَلَس 2 حِلْس *Pl.* ة, أَحْلَاس, حُلُوس & 3 أَحْلَاس 4 حَلِس 5 ة 6 حَالِس 7 حَلْسَاء 8 حَلَاسَاء 9 أَبُو الحُلَاسِ 10 حَلِيس 11 ة 12 حَوَالِس ; *prim.* Stratum, *ſ.* pulvillus lana fartus, clitellis cameli ſupponi ſolitum, *nè lædatur dorſum. &* Stragula domeſtica, quæ pretioſioribus veſtibus ſubſternuntur. *Cam.* 2, *Ar.* אם חלס. Aſina. 3, *Ar.* חלס ביתה̄, Qui non excidit ſuo loco, *ſ.* domicilio. 4, *Ar.* בנוא חלס, Medium dorſi. *Cam. ſec.* Id. 2, Quarta ſagitta, quæ ludendo jacitur. *Cam. tert. Pl. prim. & ſec.* 2, Cùm in venditione venditor decipit. *Cam. Gig. quart.* Vir ſtrenuus, fortiſque. *v. Ar.* חלבס. 2, Avidus. *Cam. quint.* Promiſſio. *Gig.* Mandatum. *Bd.* Fœdus, pactum. *Cam.* 2, Cùm decimator pecuniam numeratam pro ſtatuto, de decimandis pecoribus, accipit. *Cam. Gig. ſext.* Quælibet pars in ludo Hawalis. *Gig. ſept.* Ovis, cujus dorſum partim nigrâ partim rubra veſtitum eſt lana. *Cam. Gig. oct.* Camela quæ in piſcina diutius commoretur. *Id. non. Nom.* f. Talhæ, f. Abi Talhæ, f. Abdi-'Iozzæ ; *& Ar.* אם אלחלאס *Propr. nom.* f. Jaali, f. Ommiæ. 2, f. Chalid. *Cam. dec. Nom.* viri Emeſſeni ; *&c. Id. undec.* Quod filiorum Holeiſi eſt. *Id. duodec.* Luſus quidam puerorum Arabum, cum quinque domus in terrâ molli delineant, & in illis 5 vaccas effingunt, ita ut inter has 5 domus nihil intercedat, ad quas animantum ſtercora adducunt. *Cam. Gig.*

أَحْلَس 2 إِحْلِسَاس 3 بِاحْتِلَاس 4 تَحَلَّس 5 ة 6 تَحَلُّوس 7 حِلْسِم 8 حِلْسِم ; *prim.* Spadiceus, colore rubro, nigro*que*. *ſec. Act.* IX. *Cam. Gig. tert.* Suaviter blandiendo.

Int. Avic. I. 106. 51. *quart. Cam. Mochliſon,* Quod non procraſtinetur *iter. Gig.* 2, *Ar.* בית מחלס, *mách-liſi*, Carcer. 1 Reg. 22. 27. *vide Ar.* נלס. *quint.* Plantis, in modum dorſualis, tecta *terra. Cam. ſext.* Modicâ carne camelus. *Id. ſept.* Cupidus, avidusque *vir. Cam. oct.* Cùm locus dorſualis camelini adverſatur colori cameli. *Cam. vel* cujus color eſt inter nigrum, & rubrum.

¶ خَلَسَ, *Fut.* O. *Gig.* Rapuit, ad ſe pertraxit, abripuit, ſurripuit. *cca.* III. Eripuit alteri. IV. Partim ſicca, partim humida, & virens fuit *herba.* 2, Partim cano, partim alio capillo, præditum fuit *caput. ſc.* cùm albi, & nigri miſti ſunt. *Gj.* V. *i. q.* I. *cca.* VI. A ſe invicem rapuerunt, & ad ſe pertraxerunt. VIII. *i. q.* I. *ccap.* Gen. 31. 20, 26, 27, 39. *Ar. Sam.* Diripuit *eum.* Act. 6. 12. & 23. 10. & ad ſe traxit. *cc* ب, *venuſtate.* Prov. 7. 5. *è domo cc* مِن. Eccli. 11. 32.

خَلْس 2 خَلِيس 3 خَلْسَاء & خَلَاسِيَة 4 *Pl.* خُلْس 5 ة 6 خَلِيسِي 7 خِلَاسِي 8 خِلَاس 9 اِخْتِلَاس 10 مُخَالِس 11 مُخْتَلِس 12 ة ; *prim. Act.* I. 2, Pabulum areſcens, cui à radice novum ſubnaſcitur. 3, *i. q. Ar.* סלב. *Cam.* Spolium. *Bd. ſec. i. q.* 2, *præced.* 2, Semicanus. & bicolor comâ. *tert.* f. 2, *ſec. quart. Pl. præced.* f. 2, Fœtus camelæ ab admiſſario ſubactæ intempeſtivo tempore. *Gig. quint.* Rapina, res quæ pertrahitur, rapiturque. Phil. 2. 6. *Erp.* 2, Pabulum partim aridum, partim humidum. *ſext. i. q.* 3, *prim. Cam.* Furtum. *Gig. ſept.* Puer inter duos, albicantem, & nigricantem, parentes. 2, Gallus inter duas gallinas Indicam, & Perſicam. *oct. Nom. Propr.* filii Amru, f. Jachja *Cam.* 2, Aſtrum filii Saad, f. Hallâs ; 3, *Ar.* אבו חלאס Poeta inter paganos Ar. princeps ; & Abbas, f. Chalis, *&c. Id. non. i. q. ſext. & c* ב *præf.* Furtim, per fraudem. *Gig.* 2. Evulſio. *Avic.* II. 172. 25. *dec. i. q. Ar.* חצאן, *Cam.* Caſtrum quoddam. *Gig.* 2, Equus filiorum, *Ar.* הלאל, *aut* עקיל, *aut* פקים. *Cam. undec.* Rapta *ſors.* Philip. 2. 6. *duodec.* Direptor. Eccli. 4. 22.

חלע CHAL. חלעב Stultus. *Plant.*

AR. خَلَعَ, *Fut.* A. Extraxit, detraxit, *ſc.* lentiùs, *quàm Ar.* נזע ; Exuit *veſtem, corpus, &c.* 2 Cor. 5. 4 ; Col. 2. 11 ; & 3. 9 ; & 5. 4. *Erp. ocreas,* ſolvit *calceos.* Eſa. 47. 2. Act. 7. 32. *Erp.* Detraxit *ſoleam.* Deut. 25. 9. *cca.* Evulſit *lapides. cca.* Lev. 14. 40. *oculos.* Num. 16. 14. *Erp.* Raſit, *Cr.* eradicavit, *Bel. uſcharam. Avic.* II. 66. 1. Luxavit Moabi *humerum ex urbibus.* Ezec. 25. 9. Depoſuit, removit munere *præfectum. cca.* 1 Reg. 2. 15. Exſpoliavit *frigore medicamentum. Int. Avic.* I. 48. 22. Dimiſit : *pec.* optantem hoc *uxorem ;* & remittentem propterea marito ſponſalitia promiſſa, quæ tempore divortii præſtare deberet, *aut* oblato aliunde munere. *ſc. i. q.* 1, III. *de fœmina. it.* Repudiatum *juvenem, filiumve* reliquit ſuo arbitrio. *cca.* 2, *qſ. contr.* τῷ 1, *ſign.* Impoſuit chlamydem, talaremve veſtem honoris ergô : *quod regiæ benevolentiæ ſignum habetur :* eoque dono ornavit. *cc* عَلَى *p, & ca,* τῷ *Chilaton.* Donavit *eum veſte.* 1 Sam. 18. 4. 3, Venatus fuit. *& Intranſ.* Exivit è loco. 4, Ariſtas ſuas emiſit, extulitque *ſpica. &* Fronduit. *idque* perenni virore, *Ar.* עצ̇אה̄ arboris ſpecies. & Longo pene fuit, increvitque *juvenis,* (magna fuit *ejus* cæſaries. *Gig.* 5, *mediâ Damm.* Sibi relictus, àque ſuis repudiatus, fuit *juvenis, quia* improbus, & flagitioſus erat. 6, *for. Paſſ.* Contigit *rem, vel perſonam. Cam. &* 7, *i. q. Ar. Paſſ.* עזל, Semotus fuit *ob officio. Gj.* II. E loco extraxit, dimovitque. 2, Clunes in utrumque latus, *ſ.* ab invicem diduxit. 3, In carminis genere, quod *Ar.* אלבסיט *dicitur* cæſuram *Ar.* מסתפעלן ad *Ar.* מפעולן traduxit. III. Rogavit maritum *uxor,* ut remiſſis illi ſponſalitiis promiſſis dimitti poſſet. 2, Aleæ, *ſ.* ſponſioni ſubjecit veſtem. *v. Chil-aton.* IV. *i. q.* 4, I. *ſc. de Ar.* עצ̇אה̄ planta. & Grana, *ſ.* frumentum in ſe continuit *ſpica : quod fit ubi extulit*

mundatur, *aut* purificatur. 2, Aqua; 3, Actus mundandi, *ſ.* purificandi; 4, Impollutus. *Gig.* 5, Tinctio, baptiſmus. *R.* 6, Purum, ſyncerum *vinum. Cor. Sur.* 76.21. 7, *Ar.* מפתאח אלצלון אלטׄהור Clavis orationis Mundities. *Poc. Hiſt. Ar.* 302. בית אלטׄהור Sanctuarium. 1 Reg. 6. 5. *ſext.* Pura, f. Heb. 10. 22. ſancta. Rom. 1.2; *Erp.* 2, Intubus, *q. mundet. ſept. i.q. ſec.* 2, Reliquiæ rei. *Gig.* 3, Sanctificatio, ſanctitas. 1 Theſſ. 3.13. & 4. 3. 1 Cor. 1.30. *Erp.* 4, Puritas. Pſal. 72.13. 2 Cor. 6.6. 5, Simplicitas, manſuetudo. *Gl.* 6, Lotio illa, quam orationi neceſſariò præmittendam cenſent. *Poc. Hiſt. Ar.* 302. *oct.* Mundus. *Adj. non.* Dies, quibus mulier munda eſt, *ſ.* caret menſtruis. *Gig. dec.* Ablutio. *und.* Gutturnium luſtrale, aqualis è quo membris affunditur luſtralis aqua. Lavacrum. Joh. 13.5.2. *Ar.* סואך Dentifricium, quo mundantur dentes. (paxilli, *ſ.* inſtrumenta oris mundandi. *Gig.*) *duod.* Cùm quis à culpis ſe revocat, *aut* ſe mundum reddit. *dec. tert.* Purificatio. Num. 8.6. Joh. 2.6. καθαρισμὸς. Heb. 1.3. 2 Pet. 1.9. ſanctitas. Eph. 4.24. *Erp.* באלתטׄהיר cautè. Eph. 5. 15. *v.* X. *ſeq. Ar.* טׄהר *dec. quart. Ar.* מטׄהר Λυλεῖν, *et pro* מקדש Exod. 25. *R. c He fin.* Purus profectus. *Cor. Sur.* 80. 5. liber. 98. 3. *uxores* mundæ. 2.25. *baptiſmum* purum. Heb. 10.32. *Erp. fructum.* Rom. 6.22. *Pl.* Sancti. 2 Pet. 1.21. *dec. quint.* Mundatus. Lev. 14.8. Mundandus, v. 11. *dec. ſext.* Id. Lev. 14. 18. *Erp. dec. ſept.* Quidam è regione Tohormas in Ægypto. *Gig.*

¶ ظهر Apparuit. Gen. 1.9. Mat. 1.20. Pſ. 83. 8. & 17.16. & 62. 3. 1 Sam. 2. 27. Act. 10.40. Pſ. 143.3. *et* 67.17. *et* 75.9. *et* 82.1. *Ro.* Manifeſta, conſpicua fuit, *res, perſona.* Pſal. 67.17. *Rom.* Hab. 2.4. *Ox.* יטׄהר, manifeſtabitur *per fidem. Ar.* אן טׄהרוא עליכם Si vos videant, inveniant. *Gig.* Cognovit. *R.* Advenit ad *cc Ar.* ב. Prodiit *contra eos. cc* עלי: *et contra,* Juvit, ſocius, adjutor extitit. *cc* עלי *et* ב (paravit ad neceſſitatem *camelum, cc* ב. *Gig.*) 2, Vicit, ſuperavit, potitus fuit. *cc* ב *vel* עלי. 3, Conſcendit ſupernè *domum, aut* in ſuperiore ejus parte fuit. *cca.* Imminuit. Ex alto proſpexit. 4, Poſt tergum rejecit, oblitus fuit, levipendit, non curavit. *cc* ב. 5, *i. q. Ar.* זאל, *et* אערץ Abiit à, defecit *mihi res. cc* ען. 6, Illius dorſum percuſſit; valido dorſo fuit. Illum ad dorſum accepit, ſupra tergora poſuit. *cca. Ar.* הם יטׄהרון Hi camelos habent (doſſuarios) ad ſarcinas geſtandas. 7, Meridiem ingreſſi ſunt, in meridie iter habuerunt; *Gig.* 8, *mediâ Keſr.* Malè habuit ex dorſo, *ac* de ejus dolore queſtus fuit. II. *i. q. ult.* III. *cc* מן & *i. q.* 4. I. *cca.* III. Adjuvit, opem tulit (mutuam. *Gig.*) *ccap.* Illos mutuo conjunxit. *Ar.* אמהאתכם אללאתי תטׄאהרון מנהן Matres veſtræ à quibus auxilia reportetis, quibus cum connubia jungatis. *id.* Contranixus eſt, *ſ.* inſurrexit. Palam fecit. *R.* Simul induit veſtes duas, externam ſuperinduit internæ. *cc* בין. *v. Ar.* טבק & טרק. *it.* Dixit uxori, eoque divortium fecit *ab ea,* hæc verba *Ar.* עלי אנת כטׄהר אמי *Aleija* tu mihi ut dorſum matris meæ. *cc* מן *v. Ar.* טׄהאר *Dihâron.* IV. *Tranſ.* 1, 2, I. Manifeſtavit, revelavit. Pſal. 15. 3. Joſ. 2.20. Act. 1. 24. Pſal. 47.3; & 48.4. Produxit. *Gol. Ap. Gr.* 54. 51. *et* 64. 98. Pſal. 48. 4; *et* 15. 2; *Rom. Act.* Rom. 1. 3. *Erp.* Oſtendit, oſtentavit. Simulavit *cca.* Superiorem reddidit; juvit *contra hoſtem. ccap, et* עלי *r.* Ad ſuperiora, ſurſum abduxit. *cc* ב *p.* Deſignavit. Luc. 10.1. *Erp. i. q.* 4. I. *cca. et Intranſ.* Tempore meridiano iter fecet; tempus illud advenit. *Cor. Sur.* 30. 16. *vide Arab.* טׄהר *Doboron;* *et* 7. I. V. *i.q. ult.* III. *cc* מן. Tergiverſatus eſt. *R.* VI. Apparuit. Gen. 26. 24. Pſal. 37. 17. *Rom.* Exhibuit ſe, aſſimulavit. 2, Invicem adjuverunt. 3, Terga oppoſuerunt, junxeruntque inter ſe. 4, Se manifeſtavit, mutuum auxilium tulit; *et contr.* 5, Mutuas inimicitias exercuerunt. *Gig.* VIII. *i. q.* 4. I. *cca.* X. Adjutorem imploravit; opem rogavit. *cca. et* Alleviatus. *Cr.* præſervatus fuit. *Bd. Avic.* I. 540. 13. *et i. q. Ar.* חפט Memoriæ mandavit, memoriter tenuit, *aut* ita recitavit. *cca.* Palam ſe ſervavit, cuſtodivit, ſibi cavit (præſervatione uſus eſt. *R. et* prævisione, *Bel.* Adminiſtratione, *Cr. Avic.* II. 76. 44.) paravit ad neceſſitatem. *Gig.*

ظهر 2 ظ *Pl.* أظهار 3 ظهر 4 الظهر

5 ظهر 6 ظاهر f. ة 7 التظاهر 8 ظهار,

ة 9 ظ 10 ظهور 11 ظاهير, ة 12 ظهرة

13 ظ 14 ه 15 ظهري , ة *Pl.* ظهاري

16 ظهريا 17 ظاهرة *Pl.* ظواهر 18 ظهارة,

ظهارية 19 ظهارة 20 ظهيرة *Pl.* ظهاير

21 ظهران 22 بين ظهرين *et* ظهرانين

malè ظهرانين 23 أظهر 24 مظهر

25 مظهر 26 ه 27 مظهرا 28 مظاهرة

29 الاستظهار 30 مستظهر ; *prim.* Dorſum, tergum, 1 Sam. 4. 18. Pſa. 128. 3. *Avic.* I. 579. 10. Superficies, Num. 22. 5, 11. *pec.* gibboſa, *ſ.* pars durior, *ac* elatior terræ. Cameli doſſuarii. Oculus. Pars exterior rei. *Ar.* טׄהר (a)
באלשי (d) אלמאל (c) מן אלקדר (b) אלטׄהר
cum Articulo. (e) אלרים (f) אלטריק אלבר
(g) אלארץ (h) אלקראן (i) אלבטן (k)
אלחדית *cum Articulo.* (l) מן כל שי (m) ערן
(n) אלסף; (a) Cùm dorſum percutiendo contingi; (b) Vis, & exiſtimatio antiqua (Olla vetuſta. *Gol.*) (c) Multa armenta (Opes multæ. *Gol.*) (d) Cùm res oſtenditur. (e) Plumæ, *ſ.* pinnæ latus breve (latus brevius in penna avis. *Gol.*) (f) Via in continente (via per deſertum. *Gol.*) (g) Terra prominens *et* craſſior. (h) Idioma Alcorani (externus ejus textus, *ut Ar.* בטן Interpretatio. *Gol.*) (i) Declaratio rei occultæ. *v. præc.* (k) Traditio; Obſervatio eventuum; narratio. (l) Bonum, bonitas. (m) Quod à te abeſt. *Gig.* (n) Latus externum manûs. *Ar.* (a) טׄהר חפיף אל *et* נקיל אלטׄהר (b) קרין (c) ולד; (a) Paucos & multos habens domeſticos. & חפיף אלטׄהר Levi dorſo; *i. e.* haud belli appetens: In prælia & certamina gravis; ſæpius decertans. *Gig.* (b) Qui alteri à tergo eſt, & ponè eum venit in pugna (Soboles, familiaque tua te amans. *Gig.* (c) Puer qui non curatur à ſuis. *Ar.* נער אלחאגה בטׄהרה Poſt tergum poſuit negotium, *i. e* Oblitus fuit, nec curavit. *Ar.* סאל ואדיהם טׄהרא Fluxit fluvius ob pluviam terræ illorum. *Ar.* הויאכל עלי טׄהר ידי Comedit ſuper dorſum manus meæ; *h. e.* conſentit in re. *Ar.* לקיתה בין אלטׄהרין Duobus diebus, *vel* tribus illum inveni. *ſec.* Tempus diei poſt *Ar.* זואל, & maximè fervens, *ſc.* meridies, Gen. 43. 16. 2 Macc. 52. 14. hora recedendi. *Gig. tert. Act.* 8. I. *et Pl.* τῦ טׄהרה 2, Supellex domûs. *Gig. quart.* Familia quædam. *quint.* Ex dorſo laborans. *c præc. Ar.* בעיר Camelus fortis. *ſext.* Externus, par extrinſeca rei; *Opp.* τῷ *Ar.* באטן 2 Cor. 4. 16. *Ar.* אהל אלטׄאהר Senſûs literalis ſequaces. *Poc. Hiſt. Ar.* 300. Manifeſtus, conſpicuus (publicus clarus. *R.*) *Avic.* I. 144. 25. *Cor. Sur.* 57. 2; *Occultum et* טׄאהר *Deo notum eſt. Hinc eſt etiam unum è* Dei nominibus. *Gig.* עלי טׄאהר Ad id quod patebat. Gen. 18. 16. *Ar.* טׄאהרא Extrinſecus, manifeſtè, apertè. *R.* טׄהירא Id. *Ar.* קראה טׄאהרא *ſ.* עלי טׄהר לסאני *Gig.* Legit, *ſ.* recitavit memoriter. טׄאהר (a) אלמדינה (b) ענך עראס (a) Foris, extra urbem. (b) *i. q. Ar.* זאיל Receſſit (abeſt) à te pudor. *v.* 5. I. & Terra alta. f. Pſal. 18. 10. caſta. *Cor. Sur.* 31. 30. *Du.* manifeſtè produnt, *Avic.* I. 1. 27. טׄאהרין דרעין Duabus loricis induti. *Gig. Plur.* 2 Cor. 5. 11. *ſept. Act.* 2. 6. *oct.* Formulâ illâ uti (*de quâ v. ult.* III.) quâ fit divortium. 2, Multitudo, plebs, cœtus. *Gig. c He fin. i. q. dec. tert.* Hoſ. 2. 13. *Ox. non.* Superior penna avis, latus ejus brevius. *v. Ar.* טׄהר *Dubron,* (e) *cum Da Phath.* Cùm terra lapidibus diſtincta apparet. *Gig. dec. Act.* 1, 2, 3, 4, 5, I. Apparitio, Pſa. 16. 16. & 41. 2.

2 Tim. 4. 1. revelatio. Rom. 2. 5. 2 Theſ. 1. 7. 1 Cor. 1. 7; Evidentia ἔλεγχος, *jungitur c Ar.* דליל Heb. 11. 1. *Erp.* & *Pl.* τῶ *Ar.* טׄהר Dorſa. Rom. 11. 10. Pſa. 65. 11. *et* 68. 24. Lumbi (*ſc.* res eminens, alta, elata, *v. prim.*) 1 Pet. 1. 13. Eph. 6. 24. *Cor. Sur.* 43. 1. Latera. *Interp.* 21. 43. *cit. Bd. præc.* ב. Palam. Col. 2. 15. *Erp. Ar.* טׄהורא Clarè. Heb. 7.15. *Erp.* טׄהור אלארץ *i. q.* 2. *dec. ſext. undec.* c. g. & *c He fin.* Adjutor, opitulator. 2, Robuſtus & validus *camelus. v. vig. c Da Dammat.* & *He Phath.* Quidam ita appellati. Multitudo quædam. *Gig. duod.* Adjutor, ſocius *in aliqua re. cc* עלי *Ar.* גאנא פי טׄהרתה Cùm illo venimus etiam familiariter verſantes. *Gig. dec. tert.* Teſtudo. Oculus. *dec. quart.* Supellex domeſtica. 2, Strata, ſtragulaque. 3, Familia, propinqui, affines *alicujus. ccg. pec.* Liberi paterni. 4, Socii adjutores. *dec. quint.* Ad neceſſarium uſum diſpoſitus, paratuſque *camelus. v.* 1. I. Poſt tergum poſitus: Quod quis obliviſcitur, nec curat. *v. poſter.* (c) *prim. cum He Phath.* Ex familia Thahari. *dec. ſex.* Deorſum. *Gig. dec. ſept.* Qui quotidiè meridiano tempore adaquantur *cameli.* 2, *i. q. Ar.* נאחטׄה Foris prominens oculus. *cum He med. Phath.* Meridies. *Gig. Pl.* eminentiores terræ partes. *v. ult. ſext. Sic & Coreisjitæ Arabes dicti, quod* foris extra Meccam habitarent. *Ar.* דאנת טׄואהר אלארץ Exaruerunt olera (herbæ) terræ. *dec. oct.* Robur, *pec.* jumenti, *à dorſo. cum Da dammat.* Plumæ, *ſ.* pinnæ latus breve. *Gig. poſt.* Mulier quam ſupra dorſum ponas: genus quoddam concubitûs præpoſteri; *cum Ar.* אותקה, Illius ſpatulas firmas reddidit; *Id. dec. non. Opp.* τῷ *Ar.* בטאנה externa pars (pars ſuperior & apparens. *Gig.*) facieſve veſtis, ejus ſuperficies, cui fulcrum apponitur. *Id. vigeſ.* Meridies, ferventior diei pars; *pec.* (æſtatis. *Gig.*) *Heb.* צהרים Gen. 43. 25. Pſa. 90. 6. *et* 36. 6. Act. 8. 26. *Erp. Avic.* II. 58. 41. *præced. Ar.* חד קאים & *Hadda,* Articulus, ipſumve momentum meridiei. & f. τῦ *und. vigeſ. prim. i. q. prim.* (e) *prim. ejuſque Pl.* 2, *ut Ar.* בטנאן *Bothnânon,* latus pennæ longius. 3, Mons quidam; Locus quidam; Fluvius prope Meccam; *Gig. vigeſ. ſec.* Intra duos dies, intra biduum, triduumve. *c Affixo Ar.* הם, Intra illos, in medio illorum (intra potiorem illorum partem. *Gig.*) inter humeros *ejus.* Deut. 33. 12. *Illum conveni* (*Ar.* בין טׄהראני אלליל) inter auroram & veſperas. *Gig. vig. tert. Pl. prim. Ar.* דארי מן מטׄר אטׄהר Mea domus multa bona habet. *Gig. vigeſ. quart. Pl. ſan.* Habens *ſ.* poſſidens doſſuarios camelos. *v. prim.* 2, Tempore meridiano incedens venienſve (Camelus, cui meridies accidat, *ſ.* quem æſtus meridiei vexet. *Gig.*) *vigeſ. quint.* Dorſo durus, validuſque. 2, *Nom.* Viri. *Gig. vigeſ. ſext. i. q. vigeſ. quart. Nom.* viri. *vigeſ. ſept. Ar.* נרגו פוק דלך מטׄהר Speramus nos habituros ſupra hoc, locum aſcenſûs; ſperamus nos aſcenſuros. *Cor. S.* 3.53. *vig. oct.* Mutuum auxilium. *Gig. Syr.* ܣܘܟܠܐ *BB. vigeſ. non.* Præſervatio. Cautio. Prævisio. *Avic.* I. 517. 37. & 541. 44. & II. 90. 25. *trigeſ.* Præviſor, cavens. *Gig.*

טהש AR. طهس 2 طهس 3 طهوس; *prim.* Opus inceptum vitiavit: vitioſè rem elaboravit. *ſec* Cùm opus vitiatur; cùm rem elaborando quis vitioſè agit: cum vir poſtquam incepit, errat, & manu ſuâ illud vitiat. *Gig.* Depravatio incepti operis, & confuſio. *Gol. tert. Nom.* Viri. *Gig.*

טו SYR. ܛܘ *Alchym.* Stibiũ, antimonium.

AR. طاء 2 طوا , طاء 3 تطاءب

الاسعار 4 طاءة 5 الطي 6 طاوي

7 طوي (*Gig.* طوي) ¶8 طاء 9 طوءة

10 طو *pro* صو ; *prim. Litera* Tha. *Avic.* I. 182. 16. *ſec. Fut.* O. Ivit, venitve (abiit & acceſſit. *Gig.*) 2, *Fut.* O. Iter ſuſcepit (terram peragravit; 3, Peragrando longè receſſit. *Gig.*) longè paſtum proceſſit.

tert. Pretium carum fuit: pretii caritas fuit. *Gig. quart. Act. tert. praeced. & i. q. Ar.* חמׂצ֗ה Cœnum. *quod tamen negat Cam. quint.* Familiæ cujuſdam autor (*qſ.* ab illo longâ ſerie nepotes traducantur. *Gig.*) *ſext.* Ex hac familia. *ſept.* Aliquis, ullus. *Arab.* מא באלדאר טוי Nemo domi eſt. *vide* טאו. ¶ *oct. Litera* D, *Arabibus propria. Avic.* I. 278. 1. *non.* Fatuus; mente captus. *dec.* Lux. *R.*

טוב טוב Bonus fuit: *Non tam ſua natura, quàm* Jucundus, gratus, amabilis. *Merc.* (*Gr.* θυμηδὸς) *Sclav.* Dobar. מַה־טֹּבוּ Num. 24. 5. Cant. 4. 10. *Hiph.* הֵטִיב Benefecit. הֵטִיבֹתִי Ezec. 36. 11. *qſ. à* טוב, *&* יָטַב.

טוב m. Bonus: elegans: præſtans: benignus, lenis. 1 Sam. 9. 2. Exo. 2. 2. *It. Subſtant.* Bonum. Deut. 6. 24. Geneſ. 31. 24. *It. Nom.* Loci. Jud. 11. 3. *i. q.* סוסיתה *Lightf. Cent. Chor. c.* 77. *R. Dav. Nom.* Viri. *Chal. Syr. Ar. eſt Nom.* appellativum. *Af.* טוֹבָם Optimus eorum. Mich. 7. 4. *Pl.* טוֹבִים Deut. 8. 12. *Cn.* טוֹבֵי 1 Reg. 8. 66. f. טוֹבָה Bona, *& Subſtant.* bonum, bonitas. Exo. 3. 8. Gen. 50. 20. *Conſt.* טוֹבַת 2 Sam. 11. 2. *Af.* Pſa. 65. 12. *Pl.* טובות Eſth. 2. 2. *Af.* Neh. 6. 19.

טוב m. Bonitas, bonum, benignitas, clementia, humanitas. Iſa. 1. 19. Deut. 28. 47. *Af.* Zach. 9. 17.

CHAL. טוב, *&* טְאֵב Dan. 6. 23. *i. q. Heb.* טָבִיתָ Bene dixiſti (rectè ais.) *Pah.* טַיֵּב Benefecit. Exod. 23. 2. *Jon. Ithpa.* אִטַּיַּב, *&* נִטַּיַּב Bonus, meliorve factus eſt. *Scheviith c.* 4. 2. *Hiph.* הֵטִיב (ἑτοιμάζω) *i. q. Heb. It.* Aptavit, apparavit, præparavit, in meliorem ſtatum diſpoſuit, direxit. Eccl. 7. 14. טָבָא, טָב *id. quod Heb.* טוב. *It.* Hilaris, jucundus, lætus. *It.* Bene, egregiè, valdè. Gen. 1. 4. *&* 2. 9. *Gittin* 14. 2. טב תרי מתלת *Meliores ſunt duo* (*pedes juventutis*) *quam tres* (*pedes ſenectutis*) *quando cum baculo incedere cogimur.*) *Schab.* 152. 1. *Emph.* טָבְיָא Iſa. 5. 20. *Plur.* טָבִין Eccleſ. 7. 11. f. טָבָא Num. 24. 5. Eccleſ. 7. 12. *Plural.* טבן Gen. 41. 5.

טוב, טוּבָא, טוּבָה *i. q. Heb. etiam* Beatitudo, fœlicitas. Iſa. 1. 19. Pſal. 27. 13. טובי *&* טובתי של עולם Bonitas mundi, *h. e.* Deus. *Taan.* 65. 2. *Tal. Hier. Jalkut.* Jon. 3. 8. (*qui etiam* טוב ומטיב *dicitur.*) *It.* Promptitudo שלא בטובתי Ipſo invito. *Sanh. c.* 7. 2. *Pl.* טוּבֵי טוּבִין Beati, beatitudines. 2 Reg. 5. 3. Iſa. 30. 18. טובוהי Beatus ille. Pſa. 1. 1. טוביכון Beati vos. טוב *præſertim in Dialecto Hieroſ.* Multus, copioſus. *It.* Divitiæ. *Pl.* טובן *Peah. c.* 1. *Tal. Hier.* טובי, טובא Multum, a; plurimum, a. Pſa. 18. 48 *in Maſora.* Pſa. 94. 12. ודכוותיה טובא Et ſimilia plurima. טִיבוּתָא טִיבוּ טִיבוּת Bonitas, bonum, hilaritas. (Eccleſ. 5. 10. *noſtra* טַבְוָתָא) c. 4. 8. *&* 7. 15. *Taan.* 23. 2. טַבָאוּת Bonitas, bene. Deut. 9 21. *&* 13. 14. *&* 17. 4. *&* 19. 18. *Jon.* טָבוּת *i. q. Hebr.* טוב *Pl.* טַבְוָן Exo. 34. 6. Geneſ. 32. 10. Pſa. 25. 6. Hoſ. 14. 8. טִיב, טִיבָא Bonum. Amos 9. 4. Cant. 6. 12. *It.* Status, conditio, proprietas, afflictio, natura. 1 Sam. 17. 18. טיב משא ומתן Conditio accepti, *&* dati. מה טיבם *Sanhedr.* 108. 2. *Caſtigationes temporales ſunt, qſ. fax accenſa in manu hominis, ut cognoſcatur* מה טיבו עם בוראו *qualis eſt ſtatus ejus cum Creatore ſuo. Baal. Akeda. It.* Fama, rumor, infamia. Num. 13. 33. *&* 14. 36 *Jon.* Pſa. 31. 14. Deut. 24. 17. Prov. 25. 10. טִיוּב Melioratio, cultura agri in melius. טובינא Felix, beatus. *Gittin* 26. 2. *Cetuv.* 40. 1. *It. Nom.* Loci; ubi palmarum fructus vix ad maturitatem perveniebat. *Sanhedr.* 26. 2. מוטב Bonum, melius, optimum. *Schab.* 88. 1. Si Iſraelitæ accipiant legem מוטב bene eſt; Sin minus ibi eſt ſepulchrum. עֹז *c.* 1. טוֹבִי, טֹבִי Bonus, Agathus: *Fuit olim Nom. Propr. familiare*: f. טְבִיתָא Agatha. *Vajicr. r. ſ.* 19. *v.* טבה. טוֹבִיָה Tobias, *Nom. Viri.* טוביה חטא וזיגוד מנגיד *Tobias peccavit, et Zigod mulctatus eſt. v. Peſach.* 113. 2. *Zigod in Babylonia Tobiam apud Judicem de delicto detulerat, cujus ſolius teſtimonium cum ſufficiens non eſſet, ad flagra, qſ. calumniator damnatus eſt: vapulans id dixit. Simile in terra Iſraelis,* שכם נסיב ומגבאי נגיד *Sichem (uxorem) ducit, & Migbæus circumciditur. Maccos.* 11. 1. הֲטָבָה Benefactio. *It.* Aptatio. *vide Joma* 33. 1.

SYR. ܛܐܒ Hilaratus, lætus eſt. Ruth 3. 7. 1 Sam. 25. 36. *Part.* Gratus. c. 2. 26.

ܛܝܒ Paravit, præparavit. Geneſ. 27. 20. Num. 23. 1, 4. Cant. 7. 1. Luc. 2. 31. *&* 12. 21, 47. *&* 22. 13. *&* 23. 55. *&* 24. 1. *Imp.* c. 17. 8. *&* 3. 4. *Fut.* c. 1. 17, 76. *&* 22. 9. *Pa.* 2 Cor. 4. 17. *PP.* ܡܛܝܒ Paratus, conditus: planus, complanatus. Rom. 6. 16. f. Heb. 12. 1.

Aph. ܐܛܐܒ Benefecit. Ruth 3. 10. *cc* ܠ. *Part.* 1 Sam. 16. 23. Luc. 6. 35. 33. *vide* ܛܝܒ. *Ethpa. Paſſ. præc. Pah.* Mat. 20. 23. Act. 21. 15. 1 Cor. 14. 8.

ܛܐܒܐ 2 ܛܒ 3 ܛܒܐ *Pl.* ܛܒܐ, ܛܒܝܢ f. ܛܒܢ f. ܛܒܬܐ *Pl.* ܛܒܬܐ 4 ܛܘܒܐ 5 ܛܘܒܢܐ f. ܛܘܒܢܝܬܐ 6 ܛܘܒܬܢܐ 7 ܛܘܒܬܐ 8 ܛܝܒܘܬܐ 9 ܛܝܒܘ 10 ܛܘܒܬܢܘܬܐ 11 ܛܝܒܘܬܐ, ܡܛܝܒܢܐ 12 ܡܛܝܒܢܘܬܐ; *prim.* Fama. Num. 13. 33. 1 Sam. 2. 23. Nuntium. Ruth 2. 5. *&* 3. 9. (*pertinet ad* ܛܝܒ.) *ſec.* Bonus. 1 Pet. 2. 3. 2 Cor. 5. 10. *&* 9. 8. *It.* Multùm, valde, vehementer, admodum. Num. 13. 29. Mat. 7. 14, 54. *&* 2. 16. *&* 18. 31. *&* 19. 25. *&* 26. 22. Heb. 10. 37. Bene, optimè. Philem. 1. 23. *& contr.* Jer. 7. 26. *Vulg. Lat.* Pejus. c. 24. 2, 3. ܒܝܫܝܢ ܛܒ Peſſimi. Gen. 13. 13. 1 Sam. 2. 17. *&* 25. 36. Sæpè, *Sch. cum* ܡܢ *Nota Compar. gradus.* Magis, potius. 2 Tim. 3. 4. Heb. 3. 3. *&* 4. 12. *&* 11. 4, 20. πλεονάζει, c. 5. 8. *tert.* Bonus. Mat. 12. 35. *&* 13. 27, 37, 38. *Pl.* Col. 1. 10. Mat. 3. 10. *&* 5. 16, 45. f. *Pl.* Tit. 3. 8. f. Mat. 13. 8, 23. *Plural.* c. 7. 11. *&* 12. 34. *quart.* Beatitudo. Luc. 1. 48. *&* 6. 20. *&* 7. 23. *&* 11. 28. *&* 12. 37, 38, 43. *quint.* Beatus. Act. 26. 2. Jac. 1. 25. f. *Off. Mar.* 464. *Pl.* Joh. 13. 17. *ſext.* Beatus naturâ ſuâ. *ſept.* Promptitudo: Præparatio. Pſal. 10. 17. Iſa. 18. 4. 2 Cor. 9. 2. Eph. 6. 15. *oct.* Bonitas. Eph. 5. 9. *non.* Gratia, beneficentia. Rom. 4. 4. *&* 6. 17. *&* 1. 5, 7. *&* 3. 24. *dec.* Beatitudo. *Off. Mar.* 466. 468. *undec.* Fautor, benefactor. Eccli. 13. 27. Iſa. 3. 12. *duodec.* Beneficentia, humanitas. *It.* Promulgatio, nuntiatio.

SAM. ࠈࠅࠁࠉࠌ *Plur.* Boni. ࠈࠅࠁ Bonus. ࠀࠕࠄ ࠈࠅࠁ ࠈࠅࠁࠉࠌ *Tu (Deus) bonorum optimus Lit. Dam.* ࠈࠅࠁࠀࠕࠀ *ut Syr.* Diligenter. Deut. 13. 14.

AR. طوب *&c. vide* טיב.

¶ طوبجان Ciconia. *Nom.* Baſſæ cujuſdam, *Turc. ſive Perſarum ſermone* Ciconiam *ſignificat teſte D. Busbequio. Bd.*

טוד AR. طَادَ 2 طَوْدَ 3 طَوْد *Plur.* أَطْوَاد 4 الطَّادُ 5 طَاوِدُ 6 مَطَاوِدُ (مَ *Gig.*) 7 مَطَاوِدَه (مطادَه *Gig.*) 8 مَطْوَدُ 9 مِنْطَادُ; الاسْتِيَادُ *Gig. pro* الانْطِيَادُ *Cam. prim.* Stabilis, immotus fuit. (Firmus conſtitit. *Gig.*) 2. Germinavit, pullulavit. *Cam.* II. *i. q. Ar.* טוף *Thauwafa,* Obivit per montes. *cc* פי. (Ambivit, circumivit. *Gig.*) V. Id. VII. Secutus cupiditatem ſuam fuit. *ſec. Nom.* Propr. *Nom.* Montis excelſi. *Gig. tert.* Mons ingens, *inde Ar.* אבן אלטוד Saxum magnum, quod de monte decidit. 2, *i. q. Ar.* עָנִימַה *Cam. cit. G.l.* 3, *ſeq. Arab.* אלרמל Arena prominens. *Gig.* Tumulus altus, arenæ acervus. *Cam. pro* נד Exo. 15. 8. *Bd. Ar.* אבן אלטוד Nix (grando) à monte decidens, *q. d.* filium montis. *Gig. quart.* Gravi pondere. *Gig. quint. quod abſque Waw, ut praeced. habet Cam.* Gravis: Camelus libidinoſus. (Incitatus: qui ſe commoveat. *Gig.*) *Ar.* אלבעיר אלהאבח *Cam. pro eo* אלהאיג *Bd. ſext. i. q. Ar.* מטאוח Periculoſa loca. (Compoſitus, conjunctus. *Gig.*) *ſept.* Deſertum longinquum (Solitudo. *Gig.*) *oct.* Longinquus, longè diſſitus.

non. praeced. Ar. בנאء Ædificium ſublime. *Gig. dec.* Cùm quid in ſublimi fertur, aſcendendo.

טוה טָוָה (*Georg.* Taughec) Nevit, filavit. Exod. 35. 26, 25. מַטְוֶה (μίτος) m. Netum, filatum. *ibid.*

CHAL. טְוָה, טְוָא (ὀπτάω *Ar.* שוי) Aſſavit, *ſic Chal.* גלגל Rotavit, *&* Aſſavit: Circumvolvit, *ſ.* Torſit, *&* torruit; *Germ.* Bratten, Aſſare, *& Angl.* To broid, Intexere) Iſ. 44. 16, 19. 1 Sam. 2 15. *Gittin,* 69. 2. טְוֵי Aſſatum, aſſatura. Iſ. 44. 10. Exod. 12. 8. טְוְיָא Filatio, netio. טְוָאָה Id. *Peſac* 79. 2. מַטְוֶה, טְווּי Netum. מַטְוָאתָא Aranea, à Nendo. Job 8. 14.

SYR. ܛܘܐ Aſſavit. ܛܘܝ Id. Iſ. 44. 16, 19. Tob. 6. 6. 1 Sam. 2. 15. Exod. 12. 9. *Ethpa* ܐܬܛܘܝ *Paſſ. præc.*

ܛܘܝܐ 2 ܛܘܝܐ 3 ܛܘܝܐ 4 ܛܘܝܝܐ 5 ܡܛܘܝܢܘܬܐ 6 ܛܘܝܢ; *prim.* Aſſus, aſſatus. Luc. 24. 42. *ſec.* Aſſans. *tert.* Aſſatio. *quart.* Id. *quint.* Concoctio. *v. Ar.* טהי. *ſext. Pl.* Incœnatæ, famelicæ: *convenit cum Chald.* טוּת, *Ar.* טוי Joel 1. 17.

טוז CH. טַוְזָא Cuniculus, *ſ.* lepus, *Angl.* A Puſs. Lev. 11. 5. *v.* טפז. טוז *v.* טוס. טַוְזִינג Compotatio, collatio, convivium, *pec.* vulgare, *ubi quiſque ſuum confert ſymbolum.* עֹז, 14. 1.

الطُّوَّار Lenis ad tactum. *Cam. Bd.*

טוח טוּחַ Levit, oblevit, induxit, obduxit, operuit (*Ang.* To thatch) cruſtavit, incruſtavit; *parietes, muros* (τοῖχος) inunxit, complanavit, *cæmentariorum verbum.* טַח Eſa. 44. 18. טַח Levit. 14. 42. Ezech. 22. 28. *Pa.* טָחִים Ez. 22. 10. Linunt *eum luto abſque paleis. Hieron. Inf.* לָטוּחַ ad obducendum. 1 Par. 29. 4. *Niph. Inf.* הִטּוֹחַ Levit. 14. 43, 48.

טִיחַ m. Tectorium, litura, complanatio, incruſtatio, obtectio, ſuperinductio, gypſus. Ezech. 13. 12.

טֻחוֹת f. *Pl.* Præcordia, renes. Job 38. 36. Pſal. 51. 8. *q. adipe obducti qſ. tectorio. vel q.* Abſcondita, *unde Ar.* חפי, *Syr.* ܟܣܝܐ *exponunt.*

CHAL. טוח *i. q. Heb. Gittin,* 69. 2. *Beza,* 9. 1. *Nidda* 24. 1. *Hiph.* הֵטִיחַ Impegit, incuſſit, *ut cæmentum parieti, Ohol. c.* 17. 2. *Gl.* הכה. *Breſh. r, ſ.* 20. *Sanh.* 46. 1. הטיח *Gl.* בא עליה iniit eam *publicè. it.* Jaculatus eſt, ejecit, projecit (*convenit cum* מטחוי Gen. 21. 16.) *Succa* 53. 1. *Taan* 25. 1. ימיח *Gl.* יוריק *v.* Gen. 15. 6. *Jon.* טִיחַ *i. q. Heb.* טַחְיֵי, טִיחְיָא Illinimenta. *Peſac.* 30. 1. *Schabb.* 119. 1. מִטְחָא Ejaculatio. Job 1. 22. *Aruc: noſtra* מחטו.

SYR. ܛܘܦܣܐ Momentum (tempus, *BB.*)

AR. طَاحَ 2 طَوْحَ 3 وَ 4 ا 5 طَاوِحُ 6 طَوَائِحُ 7 طَوَاحُ 8 مَطَاوِحُ 9 مِطْوَاحُ ¶ 10 طَاحَ 11 طَوْحَ 12 طُ; *prim. Fut.* O. *& qſ. Ar.* תאה Periit (in terra. *Ca. Gig.*) in exitiali fuit diſcrimine, perdidit. *Bd.* 2, *Ar.* סקט Cecidit. (Abiit. *Gig.*) 3, Attonitus huc illuc erravit; *et* per terram vagatus fuit. II. *Illud* mutuo repetivit; illud mutuo jecit. *Gig.* Fecit ut attonitus erraret; huc illuc impulit. *cca.* Perdidit. Profligavit. *Gig.* Amandavit (longè. *Gig.*) conjecit in deſertum, in incognitum locum. *cca.* (*cum Ar.* בזיד Zaidum reprehendit, quod diſcrimini deſerti ſe objecerit. *Gig.*) Impulit in amorem. *cc Ar.* ב *p.* Percuſſit eum fuſte (baculo verberavit. *Gig.*) *ccap. et Ar.* ב *inſtrum. Illum* miſit ad terram, à qua non redeat; *Illud* in aëre projecit. IV. Fecit ut deflueret, *capillus,* periret *res. cca* (Rem prorſus abſolvit, exhauſit: Abire fecit; amandavit; *Gig.*) V. Vagatus huc illuc per regionem fuit, *viæ, qſ. ac ſui* incertus (Hinc inde ſe proſtravit. Profligatus fuit ab alio. *Gig.*) VI. Conjecerunt in invicem ultro citroque. *cc* ב *p. ſec.* Exitium. Cùm quid amandatur, *aut* projicit; *tert.* מקארה טוח Solitudo longinqua; *Gigg. quart.* Longinqua *intentio. quint.* Longè amandans, jaciens. *Giggeius.*)

ſext. minus benè Ar. מטוחאת *Muthauwibâton*, Impellentes caſus, & adverſi. *ſept.* Baculus, ſcipio, virga, *Gig.* *oct. Ar.* מקאדף Loca exitialia, periculoſa: *&* in quæ quis conjicitur. *non.* Fuſtis; *i.q. Ar.* עצא *v.* II. ¶ *dec. Fut.* O. Petivit *eum* turpibus dictis, factiſque. *ccap.* (*illum* conviciis inſectatus eſt; malo affecit. *Gig.* *undec Act.* *duodec.* Quatuordecim loca in Ægypto. *Cam.*

טוט CHAL. טוט Sonitus cornu. *It* Cornu; *cujus uſus apud Judæos olim in cœtu ſacro, & etiamnum hodiè in quibuſdam ipſorum feſtis: (unde Angl.* to toot.) *Inflabant etiam olim cornu, cum quis excommunicaretur, & quando excommunicatio ſolvebatur, reo reconciliato.* טוט אסר וטוט שרי *cornu ligat, & ſolvit. Mord. Kat.* 16. 1. *Pl.* טוטים Androgeni. *Hiſcuni*, Lev. 12. 2.

SYR. ܐܬܛܘܛܝ Imploravit ſupplicavit. ܛܘܛܝܐ 2 ܛܘܛܝܘܬܐ ܕܡܫܘܬܐ 3 ܛܘܛܝܠܐ; *prim.* Deprecatio, ſupplicatio, ſubmiſſio (niſi ܫܘܠܡܐ nulla ſolutio. *BB.*) Tutia. Fluctus. *BB. v.* טחטח. *ſec. i. q.* 1. I. *tert.* Botrus, racemus, acinus. Iſa. 65. 8.

AR. طَاطَ *Act.* طُووطٌ 2 طَاطَ، طُوطٌ 3 طُوَاطٌ 4 *Pl.* ة طَاطَ، أطْوَاطٌ 5 طُوطَفَاءُ 6 طُوطُو 7 طُوطَرِي; *prim. Fut.* O. Libidine actus fuit *camelus.* (Admiſſarius concitatus fuit. *Gig.*) *ſec.* Longus, procerus (*tum de viris, tum de herbis, & hujuſmodi.*) *prius* Vir rixoſus. *poſt.* Λακτίζειν *R.* 2 Exiguus. 3, Strenuus, fortis. 4, Junci vertex. 5, Veſpertilio. *Gig.* 6, Goſſipium. 7, Serpens (coluber, *Bd.*) ſtrenuus, validè digladians, & demicans: fortis *&* audax. *Gig.* Tubulus balnei. *tert.* Procerus, ſtrenuus, fortis. *etiam* Admiſſarius libidine æſtuans, *&* præ eo murmurans camelus. *quart.* Id. *quint.* Laſerpitium, *herba*; *ſext.* Tutiæ lapis mineralis; *ſept.* Poſt jactum aliud jecit. *Gig.*

טוי ÆTH. ጠወየ: Pravus, perverſus fuit: Pſal. 17. 29. ጠዋየ: Pravus, perverſus. *Ib. &* 77. 63. *&* 100. 4. Act. 20. 30. (ጥውዩ: Tortile opus. Exod. 39. ጥውየት: Contortio, diſtortio. *Syn.* ጠለ

AR طَوَى 2 طَوِيَ 3 طُ & طِ 4 طَوٍ pro طَوِيٌّ 5 طَوِيٌّ 6 طَاوٍ f. يَةٌ 7 طَيٌّ 8 يَّ & طَيَّاءُ 9 طَيٌّ *Du.* طَايَتَيْنِ 10 طِيَّةٌ 11 طَايَةٌ 12 طُوَيٌ & طِوًى 13 طَوًى 14 طَوِيَّةٌ 15 أطْوَاءٌ 16 طُوًى مَطْوِيٌّ 18 طُوْيٌ طَوْيٌ 17 طَوَوَانٌ *Pl.* مَطَاوٍ 19 مَطَاوِيٌّ 20 مُطْوِيٌّ، ة 21 مُنْطَوِي; *prim.* Complicuit, (flexit, *R.*) in ſe convolvit *rem. cca.* (*Angl.* To twine.) Plicavit *paginam. Gig. librum.* Luc. 4. 20. Cœlum. Pſal. 101. 27. Heb. 1. 12. Apoc. 6 14. *Paſſ.* Iſa. 34. 4. 2, Opplevit *puteum. cca.* (*lapidibus ab imo uſque ad verticem. Gig.*) 3, Peragravit *regionem. cca.* (*Ar.* אלארץ חטוי באלליל Terra nocte præteritur, peragratur. *Gig.* 4, *Ar.* טוי קשחה עלי אלאמר *Cam.* Animum applicuit ad aliquid. (Rem occultavit. *Gig.*) *e Ar.* ען. Declinavit, averſus fuit. 6, Acceſſit conſidendi, commorandi ergô. *ccap.* (illis finitimus fuit, & vicinus. *Gig.*) 7, Dedita opera nihil comedit (Fame laboravit, utero extenuato fuit. *Gig.*) 8, Iteravit, bis fecit. *pec.* Bis Deum ſanctificavit *in precatione.* 9, *ſeq. Ar.* אלחדית Traditionem (narrationem) occultavit. *Gig.* Clam habuit, diſſimulavit. *ccar. &* على *p.* 10. *Ar.* טוי אללה אלבעד לנא Diſſitum Deus propinquum nobis fecit. *Gig. Med. Keſr. Fut.* A. Famem paſſus fuit. *etiam* 7, I. *Gig.*

IV. *i. q.* 1. I. *Ar.* אטו לנא אלארץ Facilè nobis redde iter; *&* 7. I. *Gig.* V. Se in ſpiras, plicaſve contraxit *ſerpens v. Ar.* טי. VII. Id. *et Paſſ.* I. Iſa. 34. 4 *Ox.* 1 Reg. 6. 34. VIII. Id. *ſec. Act. ult.* I. *et ipſa* Fames. *tert.* Plicata, plicabilis, *res. Avic.* II. 107. 2, Ambulatio, inceſſus reciprocatus ultro citroque in ſe rediens. *quart.* Tenuis *ſ.* plicabilis *ventre. ccg. quint.* Oppletus. Plicatus. *Subſt.* Uter, *pec.* plicabilis. Qui ſtudio nihil comedit. Faſciculus, volumen *ſindonis. ſext.* Famelicus, qui nihil comedit. 2 Sam. 12. 16. *Act.* I. *Avic.* I. 181. 18. *ſept.* Cum puteus oppletur; ut 2. I. *oct.* Mulier nihil comedens. *non.* Plica, plicatio. *Avic.* II. 107. 5. ruga (Fidejuſſio, *& Ar.* אלטוי *BB*) *dec.* Modus plicandi. *ſ.* convolvendi. *Ar.* אנה לחסן אלטיה Rectè (eleganter) plicatus eſt, *Gig.* 2, Intentio, propoſitum (Animus; conſcientia; cogitatio. *Gig.*) 3, Hoſpitium quod quis petit, *pec.* longinquum. *v. Ar.* טוא 3, I. *undec. Ar.* סטח planum, tectum. Locus ubi dactyli ſiccantur. Petra ingens in arenoſa terra extans (ſuperficies; dactyli area. *Gig.*) *duodec.* Fluvius quidam. *dec. tert.* Fames. Uter mulctrale. *ſeqq.* אלבר Faſciculus tritici; אללילה Hora noctis. *Gig.* *dec. quart. Ar.* צמיר conceptus animi, propoſitum (Animus, cor, cogitatio. Credulitas. Conſcientia. Puteus. Mulier veſtes plicans. *Gig.*) *dec. quint.* Rugæ, ductuſque adipis in tubere (lineæ adipis in gibbo. *Gig.*) camelæ. *Ar.* דו אטוי Locus quidam prope Meccam. *dec. ſext. i. q. ſext.* *dec. ſept.* Bis: bis benedicendo, & ſanctificando. *dec. oct.* Plica libri: ruga *ventris, inteſtini*: ſpira ſerpentis. *dec. non. Pl. præc. Gig.* *vigeſ.* Oppletus, complicatus. Exod. 39. 9. Duplex. *Gig. cum* Ǝe *abſque Teſdid. vigeſ. prim.* Præceps. *Gloſſ. R. &* Scabellum. *ſed male pro Ar.* מוטי *R. v. etiam* מטי *ſub Ar.* מטי.

¶ طَوِي 2 مَطْوِي 3 مُطْوَاة; *prim.* Mente captus, ſtolidus. *Gig.* *ſec.* Foliis ת̃ *Ar.* טיאן concinnatum *corium. v. Ar.* טיי *tert.* Multum ferax ת̃ טיאן *terra.*

טול *Hiph.* הֵטִיל Jecit, dejecit, ejecit procul. (τῆλε) *Lat.* Protelavit, injecit, projecit, exoneravit. Jon. 1. 4. Jer. 22. 26. *Im. Af.* הֲטִילֻנִי Jon. 1. 12. *Hoph.* הוּטְלוּ ejecti ſunt. Jer. 22. 28. *Fut.* Prov. 16. 33. *Pih.* טִלְטֵל tranſtulit, deportavit, movit, proficiſci, migrare, vagari fecit. *Pa. Af.* מְטַלְטֶלְךָ tranſportans te. Eſa. 22. 17. *Al.* obtegens te, *ex* טלל.

טַלְטֵלָה f. Migratio, aſportatio, ablatio, propulſio, extirpatio. Eſa. 22. 17. טלטלה גבר *Solent n. viri longius aſportari, quam mulieres; v. Cetuv.* 28. 1. *Vocativè exp. Syr. & Ar. Ox. O vir abjiciet te. &c.*

CHAL. טול *Heb.* צהל Hinnivit. Jer. 50. 11. טַיֵּל Abiit, ſpatiatus, vagatus eſt, ambulavit; deambulavit, inceſſit. Pſal. 68. 8. Job. 28. 8. *Pa.* Gen. 3. 8. *T. H. & Jon. Im.* c. 13. 17; *et* 42. 33; *Jon. Fut.* Job. 22. 14. Deut. 24. 3. *Jon.* טַלְטֵל *i. q. Heb.* Deut. 28. 15. *Jon.* c. 29. 28. *PP.* מְטַלְטַל Vagus, deportatus. Hoſ. 9. 17. *Inf.* 2 Reg. 21. 8. *Im.* Pſal. 59. 12, 16. *et* 22. 8. *Ithpa.* אִטַּלְטֵל id. Iſ. 22. 3. Pſal. 68. 13. *Pa.* Prov 5. 6. *Inf. Fut.* Pſal. 109. 10. *Im.* 11. 1. *Hoph.* *Is in cujus conſpectu mortuus ejus* מוּטָל Projectus eſt, *Berach.* 3. 1. *confer.* Matth. 8. 14. *Sanh.* 91. 1. טוּל, טולא *v.* טלל. טִיּוּל Ambulatio, inceſſus, vagatio. Job. 29. 15. טַיָּיל Ambulator. *ib.* טיילין בכל יום Otioſi ſingulis diebus (reddunt debitum conjugale) *Cetuv.* c. 5. 6. טִלְטוּל, טִלְטוּלָא Migratio, tranſlatio, deportatio, vagatio; motus, commotio. Iſ. 22. 17. Job. 16. 5. 2 Sam. 22. 19. טִלְטוּל Vagus. *Pl.* Thren. 3. 45. טלטול הנר Portatio *luminis.* טִלְטוּלַיָּא Gemmæ, *Heb.* נזמי האף *Feſto ornamentum mobile pendulum, quod circa nares et os hinc inde motitatur, DD. Aruc.* טלוליא *q. d.* Umbracula. מְטַלְטְלִים Bona mobilia, ſupellectilia. *Rabb. Opp.* מקרקעים. bona immobilia, *domus, fundi, &c. Sanh. c.* 1. 3. מטולטלת *v.* מטל. טוֹלֵידוֹלָא, טוֹלֵיטוֹלָא *Nom.* Urbis. *DD.* טוּלְיָאוּ *Tullius Cicero.* טול *v.* טלל.

SYR. ܛܘܠ *i. q. Chal. Part.* Relaxans. Eccli. 14 26. *Ethp.* Egreſſus eſt, *ad prædandum. BB.* ܛܘܠܠܐ 2 ܛܘܠܟܐ 3 ܛܘܠܟܬܐ; *prim.* Evagatio, deambulatio. *ſec. Ar.* תאליל; *tert.* Sartago, in qua caro frigitur. *BB.*

AR. طَالَ *pro* طَوُلَ, *Fut.* O. Longus, procerus (extenſus, *Gig.*) fuit: diffudit ſe, crevit. Mat. 13. 32. *Erp.* Diu duravit. *cca.* Num. 9. 22. *Avic.* II. 3. 39. Protractus eſt. Pſa. 119. 5. Deut. 32. 39, 47. Eph. 6. 3. *Erp.* Longitudine ſuperavit *alium*; Superbivit. Eccli. 32. 1. Haud rectè prolongavit. *cca. it. Arab.* אמתן *Amtenna*, Benefecit, fovit (blandè egit) *cc* עלי *p.* *Paſſ. Ar.* אן אלקצירה קד תטיל Mulier brevior elongatur; *ſ.* proceros parit. *Prov.* Quo magna à parvis prodire inſinuant. II. In longum extendit. *Avic.* I. 128. 3. Prolongavit, produxit. *cca.* Eccli. 1. 20. Iſa. 44. 14. *Avic.* I. 117. 12. Protraxit. 1 Cor. 11. 14. Laxato fune liberius dimiſit alligatum *equum. & Ar.* אמהל Prorogavit illi moram. *cc* ל *p.* Toleravit, patienter tulit. *Gig.* III. Certavit de longitudine (illo procerior fuit, *&* præſtantior, cùm mecum de his certavit. *Gig.*) *ccap. & Ar.* מאטל Diſtulit, moras nexuit. *ccap, &* פי *r.* (Tempus ſolvendi debitum prorogavit. *Gig.*) IV. *Ar.* אטאל, *&* אטול *Athala, athwala, i. q.* II. *cca.* Pſa. 128. 3. Act. 20. 7, 8. *Erp. Ar.* מא אטאלת רוחהא Impatiens illa fuit. 2 Par. 9. 4. לם יקדר יטיל רוחה Non poterat ſe continere. Geneſ. 45. 1. *Bd.* *Intranſ.* Longum (procerum, enormi proceritate *Gig.*) fœtum peperit mulier. V. *i. q.* 2, I. *cc* עלי *p, &* 1, II; Embrocatur, fit embrocatio. *Bd.* VI. *i. q.* 1, I. 2, Se diffudit, ſe extulit ſupra illud; *pec.* ſuperbiâ, *&* dominatu. Se in longum protendit. 3, Perſeveravit in illo: in longum extenſus, prolongatus, evectus eſt. Pſa. 36. 37. *Rom.* Protendit collum proſpiciendi ergô. X. *i. q.* 1, I. *Gig. &* 2, VI. Se in ſublime extulit, elatus fuit: Superior fuit; ſuperbivit. 1 Cor. 4. 6. *Erp. Ar.* אסתטאלנא עליהם Plures ex illis interfecerunt, quam illi ex aliis. *Gig.*

طُول، طَ 2 طَوَل 3 طُ، طِيَل، طِيَل 4 طِوَل 5 طَالَة 6 طَايِل، ة 7 طِوَال 8 طُوَيل، ة *Pl.* طِوَال & طِيَال 9 طُوَّال 10 طَيِّلَة 11 أطْوَل *Pl.* أطَاوِل f. طُولَى *Pl.* طُوَل 12 تَطْوَل 13 تَطْوِيل 14 مِطْوَل 15 مطاول 16 متطاول، ة 17 الاستطالة 18 مستطيل; *prim. Act.* Longitudo. Pſa. 20. 5. *et* 90. 16. Eph. 3. 18. Apoc. 21. 16. 1 Par. 11. 23. *Gol. Ap. Gram.* 49. 18. Proceritas; 2, *prius* Grus, avis aquatica longiſſimis cruribus. *Gig. Arab.* טול (*a*) אלדהר (*b*) אלאנאה (*c*) אלמהל (*d*) רוח, (*a*) Ullo unquam tempore; *pec.* longitudo vitæ; ætas. (*b*) Patientia. Gal. 5. 22. *cit. Bd.* (*c*) Id. *ibid.* (*d*) Dilatio. Jerem. 15. 15. *poſter.* Præſtantia; utilitas: robur: via: Divitiæ. Amplitudo; *Ar.* די אלטול Potens. *Gig.* Indulgens. *Cor. Sur.* 40. 3. *ſec.* Longitudo labii ſuperioris, ultra inferius, *pec.* in camelo (*quod Cam. non admittit*) longitudo ad partem ſuperiorem colli cameli crinibus prolixis. *Gig.* *tert.* Vitæ duratio, ætas, *Ar.* עמר. 2, *Nom.* Avis aquaticæ. *v. prius prim. & Pl.* ת̃ *Ar.* טֻולי *ſeq. unde Ar.* אלסבע אלטול 7. ſuratæ longiores, *ſc.* à *ſecunda uſque ad octavam, & i. q. duodec.* *quart.* Funis longior alligatus pedi jumenti, pecoriſve, quo laxato, liberius paſtum incedit; *unde* ארח ללפרס מן טולה *Archi*, Laxiùs dimitte equo funis aliquam partem. *quint. i. q.* 2, *poſter. prim.* Præſtantia, *&c.* *ſext.* c. Beneficium (utilitas) potentia; Quo quis eſt contentus. 2, In longum ſe extendens, circumquâq; ſe diffundens. *Bd.* 3, *i. q. poſter. prim. &* favor. Act. 25. 15. *Arab.* אלמאל טאיל Multæ facultates. עִיר טאיל Inutilis. *Gigg.* Haud amplus. Eccli. 30. 17. לם יחל מנה בטאיל Parum boni ab eo tulit. *poſter. contr.*

Simultas, inimicitia, *pec.* continuata. Pœna. Sap. 1.8. *et* 11.21. *et* 12.25. *et* 14.31. *Du.* 30. Ultio. Act. 28. 4. *ſept.* Vitæ ſpatium, temporis duratio, diuturnitas. *Gig.* *oct.* Longus, procerus. 1 Par. 11.23. *Ang.* Tall; Protenſus in longitudinem. *Bd.* Longitudo longa. *cum He fin.* Locus quidam. Puteus quidam. Equus quidam. *Gig.* *poſt.* Procerus. Longævus. Eph.6.3. Diuturnus. Num. 14. 18. 1 Tim. 6.10. *Erp.* Prolixus. 1 Cor. 11. 4; *Erp. Cor. Sur.* 73.4. *it.* Genus carminis longius; *et* Epiſodia carminis; Amplificatio. *Gig. præc. Ar.* (*a*) זמאן (*b*) אלעמר (*c*) אלצבר (*d*) סהר (*a*) Tempus longum. Heb.4.7. *Erp.* (*b*) Vita longa. *Bd.* (*c*) Patientia. 2 Cor. 6.4. (*d*) Vigilia longa. c. 11.27. *Erp. poſt. poſ.* (*a*) אלרוח (*b*) אלאנאנה̇ (*a*) Patiens. Pſal.68.15., *al.* 14. *Bd.* (*b*) Longanimis. Pſal.7.12. *cum He fin.* Exod. 2. 23. Deut. 1. 45. *et* 2. 1. *it.* Pratum quoddam, cujus tertia pars rigatur, *et* in quo receptacula pluviæ. *et i. q. duod. Ar.* טוילה̇ אלחמר Stabulum (armentum) aſinorum. *Gig.* קצירה̇ ען טוילה̇ Brevis à proceris; *h. e.* dactyli à palma; *Phraſ.* quâ ſermonis compendium inſinuant. *Pl. ferè de inanimatis.* *non.* Valdè.

טום CH. Obturavit, obſtruxit, clauſit, occluſit (*Heb.* סתם אטם) Gen. 26.18. 2 Reg. 3. 19. טום ולא תשפיץ Obthura, *et* non fortifica, fortifica *et* non ædifica, qui enim occupatur ædificando pauper. *Jev.* 63.1. *Pih.* טַמְטֵם Id. Jud.3.22. Deut.29.4. *Jon. Pa.* Pſ.58.5. Iſ. 33.15. PP.44.18. *Inf.* Deut.29.4. *Jon. Jom.* 39.1. *Tranſgreſſio* מטמטמת לב Obſtruit cor *hominis.* *Ithpa. Paſs.* Pſ. 119.10. *Reg.* Iſ. 32.3. טומטום Obturatus, occluſus. *Rabb. ſic dcr. cujus membrum genitale in ventre occluſum eſt, ſine indicio an mas, vel fœmina ſit.* *Elia Thiſ. ſ.* טמטם. טַמְטְמָה Obturatio.

ÆTH. V. ተጠወመ : Clauſus, involutus, convolutus. Apoc.6.14 Heb.1.12.

AR. طُومَةٌ 2 الطَّامَّةُ ; *prim.* Mors, malum, infortunium (calamitas, adverſa fortuna. *Gig.*) Teſtudo fœmina. *ſec. rectius cum* מ *Teſdid. v.* טמם.

טון טונא *vide* טען.

AR. طُوَانَة Locus quidam. *Ca.*

טוס CHAL. טוּס Volavit, feſtinavit, extenſus eſt in volando feſtinanter. Τάξω, Θοάζω. (*Heb.* טוש Job 9.26.) *Pa.* c.39.18. Iſ.30. 5. Gen.1.21. *Jon.* Pſ.90.10. *Fut.* 55.7. Job 20.8. *it.* Vociferatus eſt, ſtriduit. (τρύζω) Eſt.1.2. *Targ.* 2. טוּס. טַוּסָא ταώς; *ibid. Schabb.* 130. 1. *Chol.* 116. 1. *Ba. ka.* 55. 1. *Breſh. r. ſ.* 29. *et ſ.* 7. *Pl.* טַוָּסִין 1 Reg. 10.22. Ez. 27.15. טַיְסָא Avis, volatile. Gen.15.11. *T. H.* πτηνός.

SYR. ܛܳܣ Volavit. Jer. 48. 40. *et* 49. 22. *Pa.* Deut.32.11. Job 39.13.

ܛܘܣܐ 2 ܛܘܣܐ 3 ܛܝ̈ܣܐ ; *prim.* Volatus. *pec.* ſublimis. *ſec.* Pavo. Lev.11.19. Deut. 14.18. *Pl.* 1 Reg.10.22. *tert.* Volantes, qui volatu tolluntur. *BB.*

ÆTH. ጠዎስ : ταὧς. Pavo. *Syn. IL.*

AR. طَوْسٌ 2 طَوْسٌ 3 طُ 4 طَاسَ,

طَوَاسٌ 5 طَاوُوسٌ *Pl.* أَطْوَاسٌ, طَوَاوِيسُ

6 طُوَيْسٌ 7 مُطَوَّسٌ, مِطْوَسٌ 8 تَطْوِيسٌ

9 الطَّاوُوسِيّ ; *prim.* Abiit *cum eo*, abduxit *eum.* *cc Ar.* ב. V. Compſit, ornavit ſe, *mulier, ſc. pavonis more.* *ſec.* Nitor (pulchritudo) vultûs. *pec.* poſt morbum. 2, Luna. 3, Calcatio, *pro Ar.* דוס. *tert.* Continuatio. (perſeverantia) rei. 2, Extremitas rei. (Nox extrema, *vel* è tribus ultimis, menſis. *Gig.*) 3, Medicamenti genus, memoriæ conducens. 4, Præcipua Choroſanæ urbs. *Schickard. Tar.* 209. *quart.* Poculum, ſcyphus: crater. *Ital.* Tazza. *Pl.* 1 Reg.10.21. 2 Reg.12. 13. *quint. Ch.* טווסא, *Gr.* Ταώς, Pavo. *Avic.* II.135.2. *Scal. Prov. Ar.* I.20. Deut. 14. 15. *Ar. Sam. ita Heb.* עטלף *vertit et. Syr.* *Pl.* 1 Reg. 10.22. *Hinc* 2, Vir pulcher. 3, Inſcitus, imperitus. *Gig.* 4, Terra omni plantarum genere virens, *et* nitens. 5, Argentum. 6, *Pl. poſt.* Pavones. *Avic.* I. 203. 31. *et* Regio quædam. *Gig.* *ſext. Diminut.* 1, *quint.* Pavonculus; 2, Cynædus quidam inſignis; *ſept.* Elegans, & compta (pulchra) *res.* *oct.* Color pavonis. *Avic.* II. 48. 11. & 155. 50, 51. & 156. 1, 2. *non.* Colorem pavonis habens. *Id. cit. Bd.*

טוע ÆTH. ጠወዐ : Parcus, avarus fuit. (*Ar.* ורע) 2 Cor. 9. IV. አጥወዐ : Parcus, tenax, fuit, avaritiam ſectatus eſt. Eph. 5. 5. *ubi vr. i.q.* ያጠዕወ : 1 Cor.5.11. *vel pro eo.*

AR. طَاعَ *Fut.* O. & A. Obſequens fuit, morem geſſit, paruit. *cc Ar.* ל *p.* Auſcultavit. Gen. 16. 2. *Bd Paſſ.* Act. 5. 29. 2, Obſecundavit dicenti, efferre *illud* & proſequi potuit, *lingua.* *cc Ar.* ב *r.* 3, Patuit jumento, ut decerpi potuerit, & liberè expoſitum fuit, *pratum.* *cc Ar.* ל. (illi paſcuis uberrimis frui conceſſit. *Gig.*) 4, *i. q. Ar.* רעב *Ragiba.* 5, Sponte, *et* propriâ voluntate motus aliquid fecit. *Heb.* נדב. *Bd.* 6, *cum media Vaw*, Vir aliquid propoſuit, vovit. *Gig.* II. *Tranſ.* 1, I. Obſequentem reddidit. *cca.* 2, Facilem præbuit *illi*, (nihil pretii voluit. *Gig.*) permiſit, *et* approbavit, *animus fratris necem.* *cc Ar.* ל *p, et car. i. e.* impetravit à ſe ut interimeret *fratrem*, *Ar.* טועת לה נפסה קתל אחיה, *Cor. Sur.* 5.29. III. *i. q. Ar.* ואפק, Conſenſit. 2, Accommodavit ſe. *ccap, vel r.* Obediens fuit, obſequium præſtitit. *Avic.* I. 332.23. Subjecit ſe alicujus dominio, *et* imperio. IV. *i. q.* 1, I. *ccap et cum Ar.* ל. Joſ.1.17. Pſal. 80.9. Marc.4.41. Luc.1.17. Joh.3,36. Col.3.20. Rom. 1. 30; Philip. 2. 8. *Erp.* Obtemperavit. 2 Reg. 1. 13. Luc. 16. 13. Deut. 28. 1. Obedire coactus eſt, ſuperatus eſt. 2 Pet.2.19. *Erp.* 2, Liberè patuit *jumento* ad paſtum, ita ut carpi potuerit, *campus.* *cc Ar.* ל, *ut* 3, I. 3, Maturos fructus, decerpi idoneos tulit *palma, arbor*; *it. ſcientiæ homo.* Prov.22.21. *et Ar.* אטאע אלשגרה̇, Fructus maturi fuerunt: poma matura carpere ex arbore opportunum fuit: tempus fuit ea legendi. *Gig.* V. *i. q.* 1, I. Obſecutus fuit. Obedientiam, *vel* poteſtatem rei præ ſe tulit. *Cor. Sur.* II.157.183. Suo libitu, *ac* ſponte, citra legis neceſſitatem, *aut* dictamen, boni quid fecit deditve. *cc* ב *r.* (illud ejus animus eſt conſectatus, in illo audax, ſtrenuuſque fuit *animus*, in illo ſe facilem præbuit. *Gig.*) Simulavit ſe aliquid (ſed difficulter) poſſe. Ultrò vovit. *Bd.* VI. Incubuit rei, operam navavit. *cc* ל *r. et Arab.* חטאוע להדא אלאמר חתי תסתטיעה In hoc molliter age, ut illud poſſis. *Gig.* VII. Obſequens, *et* ductilis fuit. *cc* ל *p.* X. *et lenitatis, ac euphoniæ ergô, Ar.* אסטאע *et* אסתאע, Potis fuit efficere, poteſtatem faciendi habuit. *cca, vel cc Ar.* אלי *r. vel cum* אן *Verbi.* Pſal. 77.25. *Rom. et* 17. 39. *et* 20.12. Matth.19.12,26. Luc.16.13. Jac.3.2. *Erp. Avic.* II. 48. 43. *Cor. Sur.* XXXVI. 63. LI. 43. 2, *i. q.* IV. Obediens fuit, morem geſſit.

طَوْعٌ 2 طَيِّعٌ, طَائِعٌ *Pl.* طُوَّعٌ 3

طَاعَةٌ, طَوَاعِيَةٌ 4 أَطْوَعُ 5 طَوْعِيّ

6 طَوَاع 7 تَطَوُّعٌ 8 مُطَاعٌ 9 مُطَوِّعَةٌ

Pl. مُطَّوِّعِين *pro* مُتَطَوِّعِين 10 مُطِيعٌ

11 مِطْوَاعٌ 12 مُطَّوِّعٌ *pro* مُتَطَوِّعٌ

& *cum* ي 13 مُطَاوِعٌ 14 الاسْتِطَاعَةُ

15 مُسْتَطَاعٌ ، 16 طَاعِيَةٌ ; عِ ;

prim. Obtemperans. (Voluntarium. Obedientia. *Bd.*) Obſequens *habena equus*, qui ſe *alterius* manibus duci ſinit. *ccg.* *Adverb.* voluntariè, 2 Mac. 51. 3. *ſec.* Obſequens: volens, *ac* lubens, præmium ſpontaneum. *R. Accuſ.* Sponte ſuâ, libenter *venit*, &c. Pſa. 5. 3. 5. *Rom.* *tert.* Obedientia, obſequium. Gen. 4. 26. *Erp.* c. 5. 22, 24. *et* 6. 9. Num. 14. 43. *et* 32. 11, 12, 15. Joſ. 14. 8, 9. 2 Reg. 11. 14. 2 Cor. 7. 15. 1 Pet. 1. 2. 1 Tim. 3 4. Conſolatio. Act. 9. 31. *Erp. it.* *Nom.* Mulieris. *Gig.* *quart.* Magis obediens. *quint.* Voluntarius (ſpontaneus; ingenuus; *Heb.* נדיב *Bd.*) *ſext.* Obediens. *Gig.* Idola. *R. ſuſpectum* Erp. *ſept. præced.* *Ar.* צלאה̇ Preces voluntariæ. *ſeq.* באלשי Cùm quid voluntariè præſtatur; cùm quid ex liberalitate efficitur. *Adverb.* Voluntariè, ſponte (obedienter, *Bd.*) Ultro. *R.* *oct. et* f. *cum He fin.* Obedientiâ cultus *aut* colendus. 2, Cùm aliquis alteri paret debitis negandis *cum* Ta *Teſd.* Obediens, devotè ſerviens. *Cor. Sur.* 81. 8. *et* 43. 57. *Bd* *non.* Qui ſolertiam, & conatum obediendo adhibent. *Gig.* *dec.* Obediens. Jac. 3. 17. 1 Pet. 1. 14. *undec.* Peſtifer, peſtilentialis, contagioſus, peſtem inferens. *cit. Bd.* *duod. et Pl. San.* Qui devovit ſe *bello ſacro et* ſpontaneus *ejus* miles. *cc.* ב. Spontanea *oblatio.* Eſ. 8. 28. *Pl.* Voluntarii. c. 7. 15, 16. *dec. tert.* Obediens, εὐπειθὴς, morigerus, qui facile perſuaderi poteſt ad officium ſuum præſtandum. *cit. Bd. cum He fin.* Conſenſus, obſequium, obedientia. *Avic.* I. 332. 24. convenientia. *Grammat.* Verbum intranſitivum. *Gig.* *dec. quart.* Cùm quid potes; vis rei præſtandæ. (Potentia, facultas, virtus, efficacia: Actus, induſtria, ſolertia. *Ar.* רגאל אסתטאעה̇ viri potentiæ, Gen. 47. 6. *Bd.* *dec. quint.* Poſſibilis, e. Matth. 19. 26. Erp. ¶ *dec. ſext.* Nutrix infantis.

טוף CHAL. טוף Exundavit, inundavit; fluxit, effluxit; natavit, *Heb.* צוף Cant. 2. 8. וטפו *nra. cum Elia,* וטפו Gen. 28. 10. *Jon. T. H. Pa.* טַוֵּף, טַאֵף Job. 38. 25. Deut. 21. 1. *Jon. Fut.* Joel. 2. 24. *It.* Spectavit, proſpexit. *Zohar f.* 3. 4. *Aph. Tranſ.* Deut. 11. 4. *Succa.* 53. 1. *Avos.* c. 2. 6. *Pih. gem.* טַפְטֵף Fluxit; ſtillavit. *Sanhedr.* 104. 2. & 44. 1. *conv. cum* נטף. טִיף, טְיָף Rivus. Pſa. 119.136. *et* 36. 10. *et* טוֹם 1. 3. Prov. 5. 16. *et* 21. 1. *Ex. cum Jod. nra.* טיף טיף Guttatim. *Peſach.* 111. 2. *vid.* עו 30. 2. טיפין Oculi muſcarum. *Nidda,* 25. 1. טוּפָנָא, טוּפָנָא (*et* טובענא *v.* טבע) Diluvium, inundatio, cataclyſmus, Pſa. 29. 10. *Sanh.* 96. 1. טִפְטוּף Stillatio.

SAM. ࠈࠁࠏࠁࠏࠀ, ࠈࠏࠁࠁࠏࠀ, ࠈࠁࠏࠁࠀ Diluvium. Gen. 7. 6. 7. *et* 9. 11. 28. *Par.*

SYR. ܛܳܦ Redundavit, ſupernatavit. *Thren.* 3. 54. 2 Reg. 6. 6. *Inf.* 3, Eſd. 4. 23. *Pa.* Apo. 18. 17. *Pah.* ܛܰܦܛܶܦ Crepitavit flamma. *Aph.* ܐܛܝܦ Demerſit. Eccli. 24. 29.

ܛܘܦܬܐ *Plur.* ܛܘ̈ܦܐ ; ܡܛܦܛܦܢܘܬܐ,

ܡܛܦܛܦܢܘܬܐ 2 ܛܘܦܐ 3 ܛܘܦܐ 4

ܛܝܦܘܦܐ 5 ܛܘܦ ܫܦܪܐ 6

ܛܦܛܦܐ ; *prim.* Gutta. *Pl. Off. Mar.* 40. *ſec.* Supernatans: Compages trabica utribus impoſita ad flumina tranſmittenda; Schedia. Rates. 1 Reg. 5. 9. *tert.* Supernatatio. *quart.* Natator. *Pl. Off. Mar.* 478. *quint.* Alimenta matutina. *ſext. i. q. Ch.* *ſept.* Crepitus lucernæ.

AR. طَافَ Gyravit, circumivit, Matth. 9. 35. *et* 23. 15. *cc* פי. Job. 1. 7. *et* 2. 2. Matth. 4. 23. Job. 9. 11. Circumduxit. Deut. 33. 12. Pervaſit *locum.* *Avic.* II. 24. 11. Obivit *circum rem.* *cc Ar.* חול Haula, Job. 9. 11. Peragravit. Act. 13. 6. *et* 16. 4. *Erp.* Perluſtravit. Act. 9. 32. *et* 19. 12. *et* 15. 41. *et* 17. 23. *Erp.* Gen. 12. 6. *et* 41. 46. Joſ. 18. 9. Pſal. 26. 6. 1 Sam. 14. 24. 2, Depoſuit alvum, *aut* depoſitum exivit. 3, Natavit. *H.* הניף *v. Ar.* טפו 1 Reg. 18. 35. 4, Obrutus eſt. Jer. 28. *al.* 51. 64. 5, Adminiſtravit. *Cor. Sur.* 56. 7. *Paſſ.*

Administratus est. 50.20. *Bd. in nostris non comperio.* 76.13. *cc* עלי 52.22. *Arab.* יטוף עליה Cum illis rem habebit. *Gig.* 6, *Ar.* טאף בדה Illi dolorem, cruciatum*que* intulit, proximè ad illud accessit. *conſt. cum* ב. *Ar.* טאף אלשיטאן באלאנסאן Viro Satan adversatus est. *Confer* 1 Pet.5.8. Circuit quærens, quem devoret. Locutus est. Peragitur. Porrigetur. *cit. Bd. dubito. Ar.* פטאף עליהא טאיף מן רבך & ignem in illos immisit Dominus. *Ryer.* Multitudo furum à Domino tuo irruit in illos? II. Multum, & ſæpè obivit. *Paſſ.* Obrutus est. Sap. 10.4. IV. *i. q.* 1,2,6. I. *it.* Natare, inundare fecit, ſtillavit, ſtillare fecit. Pſ.68.10. *Bd. et cc* ב. Est *aliquid in aliquo. Av.* I. 346.1. *It.* Appropinquavit captans *aliquid.* Ambivit. *cc* ב. V. *i. q.* 1, I. *it.* Viſitavit. *Cor. Sur.* II. 157. VII. Collectus est. Deut. 32. 50. *Ar. Sam.* X. *i. q.* 1, I.

طائف 4 طُ 3 طَوْف 2 فٍ, طَاف

5 ة *Pl.* طَوَائِف 6 طَوَاف, ة, 7 طَوَّاف

8 طُوفَان 9 ة 10 طَافَات 11 تَطْوَاف

12 ة, تَطْوِيف 13 تَطَاوِيف 14 مِطَاف

15 طَيِّف, مُطِيف, ة, ¶ 16 طَاف 17

طَيْف 18 طَاف, طَوْف ; *prim.* Multum circumiens *vir. ſec. Act.* 1, 2. I. *It.* Utres inflati, quorum nexu conficitur ratis ad navigandum, *vel* vehenda onera. *et.* ex arundinibus, & lignis contexta ratis. *It*, Stercus humanum. *tert. qſ. Ar.* צוף Lana cervicis. *quart. Agens*, Noctu perambulans. & *i. q. Ar.* עסס Circuitores. *Cor. Sur.* LXVIII. 18. & vigiles nocturni; *Gall.* Le ronde. *It.* Curvatura arcûs inter *Ar.* סיה & אבהר, Ulterior ab eo nervi loco, cui imponitur ſagitta. *et nom.* Urbis in Arabia: Regio appellata Taiph, *qſ.* ſupra aquas tempore diluvii circumiverit. Paries rem ambiens. Fluvius quidam. Bos ad extremam aream triturando vergens. *et. i. q. non. et quint.* Conſimilis, par, compar, ſectarius. Qui cum aliis verſatur in eadem hæreſi. *Cor. Sur.* 68.10. *et* 73. *cit. Bd. It. i. q. Ar.* וסוסה *et* חבר; *At hæc duo ad Ar.* טיף *pertinent. quint.* Pars rei, portio. *Avic.* I. 490.3. II.41.15. *pec.* noctis. & Turba hominum; populus: Quidam. 1 Cor.10.9. *Erp.* Act.13.42. & 17.18. Eph. 4.11. *Cor. Sur.* 24.3. nonnulli Phil.1.15. *Erp.* Aliqui, *ab uno ad multos, vel uſque ad mille, et minus.* Ordo. *Avic.* I. 489. 26. (*de monachis, et hujuſmodi.*) Fruſtum, ſecta: Gens. Cohors. *ſeq. Ar.* אלאנסאן Animus. *Du.* Sectæ *Medicorum. Avic.* I. 5. 6. duæ *rei* extremitates; *Cr.* viæ. *B.* 298.10. *Pl.* Cohortes caterva, agmina, Quidam (Heb. 10. 25. *Erp.*) varii. *Nub.* 22. 11. Nationes. 31. 17. *et* 37. 24. Convivia, contubernia. *R. ut Sing.* Sectarius, ſchiſmaticus. Hebr. 10. 25. *Erp. ſext. Act.* 1, 2. I. *It.* Pars, ſegmentum *rei. cum He fin.* Felis. *Gig. ſept.* Circumiens, circuitor, miniſter, famulus tibi blandè inſerviens. *Cor. Sur.* 24.55. *f. Pl.* טואפאת Miniſtræ, ancillæ. *Gig. oct.* Univerſalis, omnia occupans: pluviæ, *vel* aquæ fluxus, diluvium. Gen.6.17. & 7.6.7.10.17. & 9.11.15,28. & 10.1,32. & 11.10. Pſal.28.10. Matth.24.38.39. *non.* Diluvium unum, impetus ejus unus. (Res aliqua ſingularis multa. *Gig.*) *dec.* Fruſta, ſegmenta. *Avic.* I.215. 16. *undec.* Circuitio, perambulatio. *duodec.* Veste præditus, quâ quis circumit: perambulationes. 1 Tim. 5.13. *Bd.* Luſtratio. Mat.10.23. *poſt.* παραδειγματίζειν. *R. dec. tert. ſeq. Ar.* אלחוב Veſtis, quam quid ambiat: circuli veſtis. *Gig. dec. quart.* Locus circuitûs, ambitûs. *Gig. dec. quint.* Septenaria templi Meccani circuitio. *Fabr. Sp. Ar.* 14. 109. *et cum He fin.* Ordo cauſarum. *Avic.* I.576.46. *poſter.* Circumiens. *Avic.* I.439. 37. Natare faciens. 442.18. *cum He fin.* Clauſæ. 601. 23. ¶ *dec. ſext. Ar.* טרד Propulit, abegit. (impulit, inſectatus est, illud invenit. *Gig.*) *cea. ſeq. Ar.* רקבתה Flagellavit illius cervicem, ab illius cervice cutem detraxit. *dec. ſept. Paſſ.* ‡ *Ar.* צאף *et pro eo. v.* צוף. *dec. oct. cum Ar.* ב *ſc.* בטאפה *et* בטופה ſolum reliquit eum.

טוק ÆTH. ጠወቀ : Preſſit, compreſſit, oppreſſit, urſit, afflixit (*Chald.* עוק) Luc.8.45. 1 Cor. 9.27. IV አጥወቀ : Id. Luc. 8.14. 2 Cor.8,13. (ጥውቅ : Coarctatus, coanguſtatus. Eſ.28.14.)

AR. طَاق *Fut.* O. Par, & potis fuit, poteſtatem habuit (valuit) *ccar.* (Torquem illius collo appoſuit. *Gig.*) *Paſſ. Ar.* לא יטאק Indeſinens, *aut* conferta quæ à terra imbibi non poſſit pluvia. Malum cui nulla potentiâ æquari poſſit, nedum ſuperare. Jac. 3.8. *Erp.* Intollerabilis. *Avic.* 341.4. II. *Tranſ.* 1. I. *cca.* Compotem reddidit. *ccga.* Torque circumdedit, ornavit, torquatum reddidit. *cca. et i. q. Ar.* כלף *Kellefa*, Adegit ad aliquid. (Rem conari illum curavit. *Gig.*) *ccga. Ar.* טוקת לה נפסה *pro* טועת *v.* II. ‡ *Ar.* טוע· טוקני אללה Me corroboravit Deus erga illud. *Ar.* טוקהא מן סבע ארצין Illi ſeptem terras circumjacere voluit. *Gig.* Fit margo. *Avic.* I.297.35. IV. *i. q.* 1. I. *cca, vel cum* עלי. Act.4.14. *et* 27.15. 1 Cor. 3.2. *et* 10.13. *Erp.* Pſal.128.2. *et* 147. 17. Gen. 32.25.28. Joh.17.60. Torquem indutus ab alio fuit, eam*ve* ipſe induit; eâ circumdedit. Prov. 3. 22.

طَاق *Pl.* طَاقَات *et* طِيقَان 2 طَوْق

3 ة 4 طَائِق 5 طَاقَة 6 أَطْوَاق 7

إِطَاقَة 8 مُطَاق 9 مُطَوَّق, ة 10 طَاقَان ;

prim. Fut. A. Punxit caudâ *ſcorpio* ; momordit *ſerpens, et dictis homo. cca.* & ב *inſtr.* Jer. 8. 17. Prov. 23. 32. *ſec. Act.* *tert.* Mordicans, pungens. *quart.* Acuta ſpina, aculeus. *quint.* Maledictum, dictum pungens, *i. q.* קריצה. *ſext.* Pungens, pungitivus. *ſept.* Mordicatio. *oct. i. q. quar.* Spinæ extremitas acuta. *non.* Fœnus, uſura ; Fœneratores ; *ut Hebr.* נשך. *dec.* Morſus *à ſerpente.* *undec.* Obtrectatores, *qui dictis pungunt.* *duodec.* Obtrectator, maledicus. *dec. tert. i. q. dec. Gig.* *dec. quart. Act.* *dec. quint. Fut. A.* Uſſit *eum ignis.* Læſit, ulceravit (excruciavit) perſtrinxit *eum verbis. ccap. et* ב *r.* Stigmate uno, *ſ.* altero inuſto ſignavit *camelum. cca.* Momordit, *ut pr.* Eccl. 10. 8, 11. Eccli. 12. 12. Am. 5. 19. *Ox.* V. Reſpexit in dextram, *et* ſiniſtram. *v.* חלדך *et* compoſitè inceſsit properando. VIII. Dolore uſtus, cruciatus, exulceratus fuit. *dec. ſext. Act.* I. *et* Mordacitas, mordicatio, *Avic.* I. 127. 43. *et* 128. 7. *dec. ſept.* Uſtio una, ſtigma unum, quod cauterii imprimitur extremitate. *dec. oct.* Morſus, ictus, *Avic.* I. 128. 37. *pro* לסוע. *dec. non.* Res urentes ; aſpera, *et* mordacia *verba.* *vig.* Caſtrum quoddam. *vig. prim.* Solers, acer, agilis, *ſc.* ingenio, linguâ, facundiâ ; Eloquens, acrimoniâ cordis præditus. *vig. ſec. i. q. vig. prim.* *vig. tert.* בעיר לרעה *ſ.* לרעין *Camelus, cui* nota inuſta ſit bis, *vel* ſemel ferro calente infigendo, *ad extremam ſedem, cui nota inuritur. v. dec. ſept.*

לדק Ch. לדוקיא Laodicea, *T. H.* ſyc 3. לודקיא, Lydda, *Lightf. Chor.* Mar. 9. *ſ.* 3. לדיקי Laodicenus, *Kelim. c.* 26. 1. לודקיא Africa. *Prov.* אביך ערק לאסיא את ערק ללודקיא Pater tuus confugit in Aſiam, tu vero in Africam. *innuens* ; *Evaſionem periculi quoquo modo fiat, probari.*

AR. لُذْقَةٌ 2 لَاذِ- 3 -قِيَّةٌ
لَاذِقِيٌّ ; *prim.* Caſtrum quoddam Occidentis ; *al. ſub* לזק. *ſec.* Laodicea. *tert.* Laodicenſis. m. f.

לדר CH. לדר Leonis cultor ; fortis inſtar Leonis. *R. Menach.* לודר Scurra, cavillator, illuſor, *Schemoth rab. ſ.* 30. *Gloſſ.* Homo nequam. *Gr.* λοίδορος, Convitiator, maledicus.

SYR. ܠܘܕܪܐ 2 ܠܘܕܪܘܬܐ 3 ܠܘܕܪܢܝܬܐ
pr. Venator leonum. Medicamentum vulvæ ; *Nov.* 144. *ſec.* Venatio leonum. *tert. Nom.* Idoli. *BB.*

להה לְהָה Laboravit, defecit, defatigatus eſt, LXX. *Onk. Jon. Sam. Ar. Erp. Perſ. al.* Inſanivit, furiit, *Fu. per apoc.* וַתֵּלַהּ Gen. 47. 13. *Hithp. Pa.* כְּמִתְלַהְלֵהַּ Prov. 26. 18. Sicut inſaniens, furioſus, *R. D. Nathan, &c. ut Geminatum præced. R. Haggaon, Saad. &c.* Sicut fatigatus, *qui oſtendit ſeipſum qſ. neſciret quid faciat. R. Immanuel,* מתעלם *quem ſequitur Pagn. alius neſcio quis,* נמהר, LXX ἰώμενοι. *aliter Ar. Aquila, VL, &c. Præ hiſce omnibus placet Syr.* ܡܒܣܢܝܢ Arrogantes, *cui accedit Symmach.* πειρώμενοι : *horum individuus comes* לץ *eſt.* Pr. 21. 24. *quæ fo. verior hujus vocis ſignificatio, Irriſor, ſubſannator,* ſubſannans, *Ch.* מתלגלג, *Perſis.* ה *ferè, ut Heb.* ג *ſonat Convenit enim cum ſeq.* משחק v. 19. *et c Ar.* להא *quæ forma c Geminata ſæpiſſ. id. ſignificat, nec non e contextu in quo de litibus ſermo, quas ferè irriſor, & ſuſurro ſolet excitare.*

CH. לְהָה Laboravit, defatigatus, laſſus eſt, *i. q.* לְאָה Iſa. 42. 4. *Aph.* אַלְהִי Defatigavit, 2 Reg. 4. 34, 35. Mal. 2. 17.

לְהִי Defeſſus, defatigatus: *Pl.* Deut. 25. 18. T. H.

לִיהוּת Labor, moleſtia, defatigatio. התלהלה Veternum *excutere*. *Machſor. Hiſp.* 1, 2.

SYR. ܐܬܠܗܘܗ Demiratus eſt, obſtupuit, horruit. *F.* Adhæſit, conjunctus fuit, *BB.* ܠܗܘܢܝܐ , ܠܗܘܢܘܬܐ 2 ܐܠܗܘܢ 3 ܬܠܗܘܬܐ *Pr.* Demiratio, ſtupor, extaſis, horror. F. Adhærentia, conjunctio. *BB.* *ſec.* Cancer morbus. *tert.* Anhelitus, aſthma, *Nov.* 176.

AR. لَهْ 2 ه 3 لَهْ 4 لَهْوَة 5 لَهْلَهَ 6 ه 7 لَهْلَهْ *Pl.* لَهَالِهُ 8 تَلَهْلَهَ , *pr.* Illi, illius. *ſec.* Deus, *i. q.* אלה. • *tert.* Subtile, & elegans fecit *carmen. cca.* (Attenuavit, ſubtiles & pulchros effecit *crines. Gig.*) *quart.* Deitas, divinitas. *v.* לחו. *quint.* Leviter, tenuiterque (filo tenui. *Gig.*) texuit *pannum. i. q.* הלהל *ſext.* Tenuioris fili, & rarioris texturæ pannus. Tenui modo, *ſ.* pinguiore Minervâ compoſita oratio, *aut* conditum carmen. (Crines tenues, & pulchri.) *ſept.* Terra latè patens, in qua ultro citroque moveri eminus videtur apparens ſpecies aquæ *Ar.* סראב dicta (Terra ampla, nebulæ obnoxia. *Gig.*) *oct. pec.* אלכלא Sectatus eſt herbam tenuem, frequentavit herbam, quæ modica eſſet. *Gig.*

להב לַהַב m. Flamma. *Hinc* λάμπω: Jud. 13. 20. Gladius, mucro, lamina flammans, c. 3. 22. *Pl.* Iſa. 13. 8. *facies* להבים Lybicorum *populorum, ſc. ob aduſtam faciem. M. Cn.* c. 66. 15.

לַהֶבֶת לְהָבָה f. *Id.* Iſa. 4. 5. Ezech. 20. 47. *Cn.* בְּלַבַּת Exod. 3. 2. *pro* בְּלַהֶבֶת *Pl.* לְהָבוֹת Pſa. 105. 32. *Cn.* Pſ. 29. 7. שלהבת *Syr.* ܫܠܗܒܝܬ *v.* שלה.

CH. לְהוֹב לַהַב Flamma, Nah. 3. 3. לַהֲבָא לַהֲבֵי *Id.* Exod. 3. 2. *Jo.* לַהֲבוֹתָא *Id.* Pſal. 106. 18. הַלְהִיב Inflammavit, incendit, *Hithp.* נתלהב Inflammatus, incenſus fuit, *Rab.*

SAM. ࠋࠄࠁ Fumavit. Exod. 19. 18. ࠋࠄࠁࠄ Flamma, Num. 21. 28.

ÆTH. ለሀበ: Æſtuavit. IV. Vehementer calefecit. V. ተለሀበ: Æſtu incaluit. ላህብ: Æſtus, calor. Dan. 3. 66. Mat. 20. 12. Luc. 1. 11. (ለሁብ: Qui æſtu incaluit. *IL.*)

AR. لَهَبَ 2 لَهْبٌ 3 ه 4 لُ 5 لَهَبٌ 6 لَهْ 7 ه 8 لَهَابٌ 9 لِ 10 لُ 11 ه 12 لُ 13 لُهُوبٌ 14 لَهِيبٌ 15 أَلْهَبَاءُ 16 لَهْبَانُ 17 ه f. لَهْبَى 18 أَلْهَابٌ 19 أَلْهُوبٌ 20 إِلْتِهَابٌ 21 بِي - 22 مَلْهَبٌ, ه 23 مِلْهَبٌ 24 مُلْهَبٌ 25 تَلْهِيبٌ 26 مُلْتَهِبٌ, ه 27 لَهْبَرَه ; *prim. Fut. A.* Arſit, flammam extulit, inflammavit, accendit, *ignis, halitus*, Job 41. 12. inflammatus eſt. Pſ. 72. 21. *Rom.* 2. Sitivit, ſite arſit. II. Accendit, inflammavit, *cca.* IV. *id. cca* Pſ. 106. 18. *Bd.* 2. Curſu ſuo, *ſ.* currendo inſtammatus fuit *equus*, pulverem currendo excitavit: Currere incepit. 3, Iterum atque iterum micuit *fulmen*, frequens fuit, ſæpiùs fragravit *fulgur.* V. *Paſſ.* II. & Arſit. VIII. *Paſſ.* IV. Pſa. 17. 9. Act. 5. 33. *Er.* *ſec.* Lingua ignis, *h. e.* Flamma. *tert.* Sitis. *quart. id.* 2. Ardens, & micans candor, albedo ſinceriſſima. *quint.* Interſtitium, *ſ.* medius aër inter duos montes. Fiſſura montis, *ſ.* parva per eum via. Pars montis preceps, *muri inſtar, qua conſcendi nequit*; Rupes montis inacceſſa. *ſext. i. q. ſec. pec.* pura, fumi expers. 2. Volitans pulvis. 3 Act. 2. I. אבי & להב ראת *No. pr. Cor. Sur* cxi. 2. *ſept.* c אל *præfixo* Familia quædam. *oct.* & *non. Pl. quint.* & *poſt. Pl. dec. ſept. et* locus quidam. *dec. i. q. dec. quar.* 2, Locus quidam. *undec. i. q. ſec.* Ex. 3. 2. *Gol.* *duod.* Familia quædam. 2, Fluvius quidam. *dec. ter. Pl. quint.* *dec. quar.* Act. 1, I. Ardor ignis, flamma, Pſ. 28. 7. *et* 105. 18. *dec. quint.* Locus quidam. *dec. ſex.* Ingens fervor; flagrantia ignis, *pec.* fumi expers. Dies fervens. 3, Sitis. *dec. ſept.* Æſtus. Sitis, ſitiens, æſtuans; ſitibundus, ſiticuloſus, f. a. *dec. oct. Pl. quint.* *dec. non.* Ardor equi in curſu ſuo (pulverem concitando. Exordium curſus equi. *Gig.*) *vig.* Inflammatio, ardor, Job 18. 5. *Avic.* I. 147. 1. & 249. 32. *vig. prim.* Inflammativus *dolor.* II. 64. *vig. ſec.* Comburens, incendens, inflammans. Pulverem excitans *equus. Gig.* f *Gladius ignis* מלהבה ardentis, ſeſe vibrantis. Gen. 3. 24. *Bd.* *vig. tert.* Pulcher, delitioſâ pulchritudine. *vig. quart.* Cujus veſtes colorem rubrum apprimè non imbiberunt: Qui ob adoleſcentiam haud valdè ruber ſit. *Gig.* *vig. quint. Act.* II. *vig. ſext.* Ardens, Job 10. 22. Inflammatus, accenſus, f. a. *Avic.* I. 141. 32. & 147. 2. *vig. ſept.* Mulier brevis; obtrectatrix; omnia vilipendens. Mulier ægro, gravique inceſſu. Mulier tenui captu. *Gig.*

להג לַהַג m. Doctrina *absque intelligentia* (id quod dicitur, nec tamen intelligitur) Eccl. 12. 12. Studium, Lectio, *unde* λόγος, & lego. *vide Arab.* לוהג בפיו ולבו בל עמו *Legit ore ſuo, at cor ejus non eſt cum eo. IB.*

SYR. ܠܗܓܐ 2 ܠܗܓܐ ܕܫܡܫܐ 3 ܠܗܓܝܢܝܐ *Pr.* Vapor, exhalatio, 1 Par. 29. 15. Pſal. 39. 6. 7, 12. Pſal. 94. 11. Jac. 4. 14. Solis calor, *quo vapores excitantur, vel* ſplendor. Pſa. 19. 7. *ſec.* Crepuſculum matutinum, diluculum. *tert.* Vaporans.

AR. لَهِجَ 2 هُ 3 ه 4 ه 5 لَهْجَةٌ 6 مَلْهَجٌ 7 أَلْهِيجَاجُ 8 مَلْهَجٌ 9 تَلْهِيجٌ 10 مَلْهَاجٌ 11 لُهْوَجٌ 12 لَهْوَجَة 13 مُلَهْوَجٌ 14 تَلَهْجُم 15 لَهْجَم 16 لُ ; *prim. Fut. A.* Avidè optavit, Avidus, deditus, addictus fuit *rei. cc.* ב Prov. 20. 1. 2, Supra illud inſerta fuit *res. Gig.* II. Jentaculum (merendam) præbuit. *ccap. v. quint.* IV. Avidos lactendi (ubera ſugendi) pullos habuit; *pec.* ita ut neceſſe habuerit laqueis conſtringere matrum papillas, ne lactere poſſent. XI. Condenſari cœpit *oxygala*, & partes inter ſe miſcere, *at* non plenè concrevit. In ſomnum pronus, eoque gravatus fuit *oculus.* *ſec. Act.* 1, I. Avidus. *tert.* Lingua. *quart. id.* פציח אללהגה Facundus linguâ. *quint. i. q. Ar.* למנה *ſ. pro eo.* Jentaculum (merenda, cibus quidam. *Gig.*) 𝔄 𝔩𝔬𝔫𝔠𝔥𝔢𝔱 *ſext. i. q. dec. tert.* Exod. 12. 9. *Ar. Sa.* *ſept. Act.* XI. *oct.* Dormiens, nec laboris *aut* operis potens. *non. Act.* II. *dec.* Confuſum, perturbatum *negotium, v.* XI. *undec.* Non probè coxit aſſando *carnem. cca. hinc.* Non rectè, nec firmiter tractavit, compoſuitve *negotium ſuum.* (Haud *rei* pertæſus eſt, haud illi tædium *res* attulit. *Gig.*) *cca* II. *id. ſign.* 2. *cca.* *duod. Act præced.* *dec. tert.* Non ſatis percocta *caro aſſa.* *dec. quart. i. q.* 1. I. Illud avidè optavit *cc* ב *r.* 2. Via patuit, trita fuit. 3, *In illo* impreſſionem fecit, *illud* elegit petitione ſuâ. *dec. quint.* Patina prægrandis. *dec. ſext.* Via ampla, & lata, & trita. *Gig.*

להד AR. لَهَدَ 2 ه 3 ه 4 لُهَادٌ 5 ه لَهِيدَةٌ 6 مَلْهَدٌ 7 مَلْهُودٌ 8 تَلْهِيدٌ 9 ه لَهْدَةٌ وَاحِدَةٌ 10 لَهْدَمٌ 11 م *Pl.* لَهَادِمُ *pr. Fut. A.* Gravavit, moleſtiâ affecit *onus. ccap. ita* & Afflixit, & maceravit (incitavit, ſtimulavit. *Gig.*) *jumentum ſuum, cca.* 2, Truſit, pepulit, uno impulſu facto, *aut* in ſcapulas, *aut* pectus impingens præ contemptu. *ccap.* (Expulit, extruſit *eum*, quod abjectus eſſet; verberavit *eum* ad radices uberum, *vel* humeri extremam partem compreſſit *eum* manibus. *Gig.*) 3, Comedit, linxitque *rem.* II. *i. q.* 2. I. *ferè c intenſione. ccap.* IV. *id. ſ.* Iniquè, duriter, violenter tractavit. *cca. pec.* Duorum alterum prehendit, tenuitque, ut pro libitu alter adverſarium exciperet. *ccap. ita* & Juvit *contra alium. cc* עלי (Pedem altero contento, & altero ſuper illum immiſſo, cum illo luctatus eſt. *cc* ב Subſannavit, vituperavit *eum. cc* ב *Gig.*) *ſec.* Sciſſio, dilatatio pectori camelí contingens ob alliſionem. Morbus pedum, *ac* coxarum *viri* Ulcus podicis *animantum*, ulcus partis inter ſcapulas, & latus. *Gig.* *tert. id.* Solutio continui, *ſ.* fiſſura accidens pectori cameli ex attritu, *ſ.* colliſione; *et.* in pedibus, & femoribus *hominum.* Tumor ſub ſcapulis *bruti.* Vir gravis, ſegnis, & ſedentarius. *quart.* Singultus (anhelitus. In lucta adverſarium apprehendens. *Gig*) *quint.* Puls mollior, & mediæ conſiſtentiæ, ut nec ſorberi, nec per buccellas comedi poſſit. (Cibus ex carnibus intritis, *ſed* defluens. *Gig.*) *ſext.* Multùm truſus, pulſusque, iniquè habitus *v. Conj.* II. & IV. *ſept.* Truſus, pulſusque præ contemptu. *oct. Act.* II. *non. c* אלומה Unâ vice *conjunxit, conglutinavit illud.* *dec.* Amputavit. 2, Comedit *illud. cca.* *undec.* Dens egregiè amputans. 2, Hydria ampla. *Gig.*

להז لَهَزَ 2 لَهْز 3 ه 4 ه لِ 5 لَاهَزَ *Du.* لَاهِزَانِ 6 لِهَازٌ 7 مِلْهَزٌ , ه 8 مَلْهُوزٌ 9 لِهْزِمٌ 10 لِهْزِمَةٌ *Du.* ـَانِ *Pl.* لَهَازِمُ 11 أَللُّهَازِمُ ; *pr.* Commixtus fuit *illi*, ſe immiſcuit *iis*, verſatus *inter eos* fuit. *ccap.* Prima affecit *eum canities. ccap.* 2, *i q. Ar.* לבן *ſ. pro eo*, Pugno percuſſit, *pec.* in pectore, *aut* in collo. 3, Fodit *haſta* in pectore. *ccap.* 4, Percuſſit ubera matris ſuæ pullus, capite *in eam* impacto. *cca.* II. *id. ſign.* 2. *ccap.* *ſec. i. q. quint. ſingnif. ult.* *tert.* Mulier obeſa habens externi oris latera. *quart.* Pars mandibulæ ſub aure. *quint.* Mons, *ſ.* collis anguſtam reddens viam. 2, Macula in equi maxilla ſub aure, *quæ reprobatur.*; *Du.* Duo coeuntes, ut parvo ſpatio diſtent montes. *ſext.* Pannicuius, quo anguſtius efficitur foramen axis, quod plus ſatis patet (Aſſumentum, quo anguſta redditur res ampla, *ſ.* de veſte, *ſ.* de corio conſuto ſermo ſit.) *ſept.* Qui pugnum impingit in cervicem alterius, ejusve ſub aure partem (*poſt.* Pugnum ſupra genu impingens. Nomen proprium. *Gig.*) *oct.* Primâ affectus canitie, *tum Ar.* אשמת *deniq*; אשבב *dcr.* 2, *i. q. Ar* מִצְבַּר אלהלק Compactus corpore, & in להוה parte mandibulæ ſub aure, cauterio ſignatus. (Naturâ patiens vir. Canitie diſtinctus. *Gig.*) *non.* Truncavit oſſe maxillæ, *quid* prominente ſub aure (*illius* oſſa prominentia ſub auribus amputavit.) 2, Diſtinguere cœpit *canities genas* ejus. *cca. dec.* Os maxillæ protuberans ſub aure. *aliis* Talis particula carnis. *undec.* Cognomen cujuſdam.

להט לָהַט Arſit, flagravit, *Pa.* Pſa. 104. 5. *Pl.* Pſ. 57. 5. *Pih.* לִהֵט Inflammavit, conflagravit, accendit, incendit, ſuccendit, Mal. 4. 1. Joel 1. 19. *Fn.* Pſa. 83. 15.

לַהַט m. Flamma, acies, lamina flammans, Gen. 3. 24. *Pl.* בְּלַהֲטֵיהֶם *v.* לוט.

CH. לְהֵט & לְהֵט. *i q. H.* לוהטין אחריו Ardent (magno fervore inſequuntur) hanc rem.

לְהוּט Incenſus, inflammatus, Ardens, libidinoſus (helluo, guloſus, epulo, *Plaut.*)

לַהַט Incantatio, magia.

SYR. ܠܗܛ Flammavit, inflammavit, accendit: *Aph.* ܐܠܗܛ *Id.* Job. 41. 12. ܡܠܗܛܢܘܬܐ 2 ܠܗܛܐ ܠܗܛܬܐ

pr. Flamma, ardor. *ſec.* Inflammatio, ardor. SAM. ࠋࠄࠈ. *vide in* לוט.

AR. لَهَطَ 2 لَهْطَةٌ ; *prim.* Percuſſit paſſâ manu. *cca.* Petivit ſagittâ. *ccap & ב inſtr.* Conſuit veſtem. *cca.* Proſtravit, illiſit *eum terræ. cc* ב *p & ca loci.* Peperit *eum* mater. *cc* ב IV. Percuſſit, abluitque *vulvam ſuam aquâ. cca & c* ב. *ſec.* Nuncius dubius, & incertus.

להי ÆTH. ለሀየ፡ *Hinc* VI. ተለሀየ፡ Surſum deorſū, hinc & illinc acta eſt *navis.* 2, Saltavit *de homine.* Pſ. 92. 6. *Inf.* ተለህዮ፡ ለባሕር፡ Agitatio *maris. Miſſ.* 171. *a.* አንቲ፡ በተለህዮ፡ ዘልሕቂ፡ *Tu* (*virgo Maria*) *non inter* ſaltandum (*in ſaltatione*) *adoleviſti.*

AR. لَهَا 2 أَلْهُ 3 لَهًا 4 لَهْيٌ
5 لُ 6 هِيَ 7 هَ 8 لَهْوٌ 9 هِ 10 لُ
Pl. لُهِيٌّ 11 لَهْوًا 12 لُهَاءٌ 13 لِ
14 مِيَاهٌ لُهَاءٌ 15 لَاهِيٌ 16 هَ 17
لَهْوَاءٌ 18 لُهِيٌّ 19 لَهِيًّا 20 لَهَاهٌ
Pl. لَهَوَاتٌ , هَيَاتٌ 21 هَيَانٌ 22
لَهْوِيَةٌ 23 لَاهُونَ 24 أَلْهُوَةُ 25 أَلْهِيَةُ
26 أَلْوُهِيَةُ 27 مَلْهِ 28 هِيَ 29
مِلْهًى *Pl.* مَلَاهِي 30 مَلْهُوَةٌ 31
تَلْهِيَةٌ ; *pr. Fu. O.* Luſit *aliqua re,* tempus feſellit, jocatus eſt, Mimum egit, ludicram, *ſ.* jocularem artem exercuit, ſubſannavit, oblectavit, demulſit animum ſuum. *cc* ב Ez. 16. 49. Jac. 5. 5. להי ען חדיתה *Loqui* Acceſſavit. *Gig.* לְהֵי *Mediâ Keſr. Fut. A.* Amavit, pro delicio, & ornamento habuit. *cc* ב. *i. q.* 2. V. Solatus fuit animum ſuum, divertitque *aliquâ re,* ad oblivionem *rei alterius. cc* ב & ען Eccli. 8. 3. Miſſum fecit *quid. cc* ען *et. cum* מן. *it.* להרת אלמראפה אלי חריתהא *Mulier cum confabulante familiariter verſata eſt, qui illam eſt admiratus. Gig.* II. *Tranſ.* 2, 3. I. *ccap.* ב & ען *r. Illum* in negotio allaborare curavit. *cc* ב *Gig.* III. *i. q. Ar.* נאוע, קארב, דאנא, Propè acceſſit ad. *ccap.* IV. *i. q.* II. Occupavit, *ccap.* & ען *r. i. q.* 1, I. Deriſit. Sap. 15. 18. Injecit quid *molitor* per oriſicium *molæ. cc* פי *Paſſ.* Miſſâ re graviore, *ſ.* tædioſâ, occupatus fuit audiendo cantu (*illum hoc* Decepit. אלהיכם אלתכאתר Incuriam *vobis* parit *opulentiæ ſtudium,* vos ludere facit, decipit, ad jocos & ludicra convertit. *Gig.*) V. *i. q.* 1. I. *cc* ב Prov. 27. 7, 2, *ab illo* Animum revocavit, declinavit, *illud* neglexit, incuriâ ejus laboravit, *illius* memoriam deſeruit. Allaboravit. *cc* ען *Gig. Cor. Sur.* 80. 9. VI. Colluſerunt inter ſe, invicem oblectârunt temporis fallendi, *vel* ſolandi mœroris ergò. Mutuò ſe ſubſannârunt. VIII. *i. q.* 1. I. *cc* ב. *ſec.* אלה מן אלשי Rem deſere. *Gig. tert.* & *licentiâ poëticâ duod.* להאפ *Pl.* τῶ *vig. quart. ſext.* & *vig. pr. Act.* I. *mediâ Keſr. quint. Pl. dec. ſext. v. quar. ſept. i. q. dec. oct. Act.* 1, I. & *i. q. non. it.* Luſus, res ludicra (mimica) jocularis; quod animum divertit à re alia, *pec.* ſeria. (*Ejuſmodi ſocietas amandanda. Cor. Sur.* 6. 69. & 7. 40.) Rom. 13. 13. Gal. 5. 21. 1 Tim. 5. 6. *Erp. pec.* Venus, coitus. Fœmina. Puer, infans. Incuria, neglectus. Inſtrumentum muſicum. Dan. 3. 5, 10. *Ox. non. i. q. dec.* 2, Mulier cum qua luditur. 3, *Nom.* Mulieris. *dec.* Quod molitor manu ſuâ injicit in orificium molæ. 2, Donum, munus (præſtantiſſimum, honorificentiſſimum.) Quicquid præbetur, *ſ.* drachmæ, *ſ.* armenta, *ſ.* quid aliud. Quantum nummorum binis manibus capi poteſt: *ſpec.* Mille denarii aurei, *vel* argentei. *Hinc* מעטאפ אללהי *Mithâo,* Valdè munificus, & liberalis, multum largiens. *undec. Act.* I. *et. mediâ Keſr. duodec. i. q. vig. dec. tert. Pl. tert. dec. quart. i. q.* והואפ מאה׳ *Zubâo, aut pro eo,* Summa, *ſ.* quantitas centum *hominum, &c. dec. quint.* Ludens, ſolitarius, *Av.* II. 141. 37. *dec. ſext. f. præc. poſtpoſ.* קלבוהם *Cordibus eorum* lenocinium, & ludos faciens; *illorum corda* rapiens. *dec. ſept.* Locus quidam. *dec. oct.* Argentum, munus; *ſeq.* אלהי יפתח *Argentum aperit os laudantis. Gig. dec. non Act.* I. *et. mediâ Keſr. vig.* Pars oris, faucibus impendens, è palati extremitate; *quæ dum caruncula eſt* Gurgulio, & plectrum *dicitur; dum malè affecta eſt, ſi supernâ ſede tenuior ſit, infernâ craſſior, inſtar uvæ pendentis* Uva, *ſ.* Uvula *appellatur; Si teretem habet formam,* Columella *vocatur.* Cant. 5. 16. *Avic.* I. 379. 20. & 381. 49. II. 258. 1. *vig. prim. Act.* I. *mediâ Keſr. vig. ſec. Literæ* Uvales, *ſ.* palatinæ. *vig. tert.* Homines, pueri, ſocordes, rebus ludicris vacantes (Qui noxas, & crimina negligunt, ſed oblivioſi accedunt cum incuria, & noxa. Infantes criminis, & peccati neſcii. *Gig.*) *vig. quart.* Id quo luditur, *ſ.* colluditur. *Gig.* *vig. quint. id.* Quæſtio, *ſ.* res alia, recreandi, divertendive animi ergò propoſita. *Ar.* אחגידה׳ *vig. ſext.* Divinitas. *vide* אלה׳. *vig. ſept. Pl. ſan.* Mimus, ludicer homo, Ἠθονικός *Tab. Ceb. vig. oct.* Mimus, jocularis, ſcenicus; A Stage-Player. *Bd. vig. non.* Inſtrumentum luſorium, *ſ.* ludicrum, quo recreatur animus, & ab aliis rebus divertitur; *ſ.* muſicum *ſit, ſ.* aliud. Ezech. 26. 13. Am. 7. 9. *Ox. Quorum inventores Kainitæ. A. Phar. H. D,* 8. *unde Lat. Canere. trig. i. q. non. trig. pr. Act.* II. (Adlaboratio, ſtudium. *Gg.*) Id quo inter ſe tempus fallunt.

להל SAM. *Aph.* ࠀࠋࠄࠋ Conturbavit. Exod. 14. 24. Deut. 7. 23. *Ethp. Paſſ. præc.* Num. 21. 20. Deut. 2. 25. ࠄࠋࠄࠋࠄ Contritio. Deut. 7. 23. ࠋࠄࠋ Deinceps, ultra. *Ch.* להלא. Lev. 22. 27.

AR. تَلَهْلَا ; Retroceſſit; Terga vertit: Timore Correptus fuit; Meticuloſus fuit.

להם *Hith.* הִתְלַהֵם Blanditus eſt. *R. Da. Pa. Pl.* כמתלהמים. Prov. 18. 8. c. 26. 22. *quaſi* ſimplicia, *VL. Theodot.* γοητικοί, *Aqu.* ὡς ἐν πηρέγῳ. *Sym.* proſternunt, dejiciunt, vulnerant, percutiunt *eum, ut* הלם *ita LXX. Ch. Ar. Syr. hîc, et* Eccli. 28. 15. *Raſhi. R. Levi. &c. Accedit uſus Ar. et contextus: Sermo n. de peccatorū pœnis in præc. ſeq. et hoc ipſo verſu; Verba ſuſurronis — deducent eum* חדרי בטן *in profundum inferni, Ch. Syr. et. Ar.* אבטנה בטן, *de Paradiſo, & viſceribus terræ dicitur.* Prov. 26. 22. *Sy.* לב *i. q. Infernum, ſ. Cor terræ SS. Patribus, & Æth.* ምትሐት፡ ምድር፡ Eph. 4. 9.

SAM. ࠀࠔࠄࠋ Quando? Ex. 8. 9. Quouſque? c. 10. 3. *ut habet Cl. Morin. in noſtris* ࠀࠔࠀ· ࠓࠃ.

ÆTH. ላህም፡ Bos. *H.* אלוף *altern.* ም & ף *Hinc. Sclav. Boh. Pol. Luſ.* Wol; & *Angl.* Lowe. *Epicœnum eſt & æquivocum, ut Bos latinorum, omnem ætatem & ſexum ſub ſe continens.* Pſ. 28. 6. & 68. 36. Heb. 13. 11. *Miſſ.* 173. 1. 1 Tim. 5. 18. *Accuſ.* ላህመ፡ Act. 7. 41. ሰሕም፡ *Pl.* አልህምት፡ Boves. Pſ. 8. 7.

AR. لَهَمَ 2 لَهِمَ 3 مَ 4 هُ 5 لِ
6 هَمٌ 7 لَهْمٌ 8 هِيَمٌ 9 لَهَمٌ 10 لُ 11
لُهَامٌ, لَ 12 لَهُومٌ 13 لُ 14 لَهِيمٌ 15
لُهَيْمٌ 16 أُمُّ اللُّهَيْمِ 17 اَللّٰهُمَّ *qs.* يَا اَللّٰهُ
18 لِهَمٌ, هِيَمٌ 29 لُهْمَةٌ 20 لَهُومٌ
Pl. لَهَامِيمُ 21 أَلْهَامٌ, إِ- 22 مَلْهَمٌ 23
مَ 24 مَ 25 مِ ; *pr. Fut. A.* Inſpiravit, infudit, docuit, aptum reddidit, inſtituit, inſinuavit, imbuit, operatus eſt, effecit occulto modo, *ut Spiritus S. ſolet in cordibus fidelium. ccap & r. Greg.* 318. *Bd.* Phil. 2. 13. Impedivit. *Gig. ſec. Fut. A.* Citò, unâ vice indeglutivit. *cca.* Texit, *i. q.* כסה׳ סתר *A. Eſr. R. Imman. in* Prov. 18. 8. IV. *i. q. pr.* Clandeſtino inſtinctu docuit; indidit. *ccga.* 1 Reg 7. 14. c. 10. 24. 2 Sam. 23. 3. conceſſit, præbuit, *patientiam, robur,* c. 22. 33. 40. *Paſſ.* Jud. 11. 29. Opem tulit ad *Gig.* V. *i. q. ſec. cca.* & VIII. *id. cca.* 2, Exhauſit *quicquid in ubere eſſet. cca.* 3, *Equus* celer fuit, *qſ. terram vorans. Paſſ.* Mutatus, vitiatus fuit *color.* X. Rogavit *alium ut* inſpiraret, *vel* clanculum edoceret *quid. ccga.* Rogavit *Deum ut* concederet, opem ferret. *tert. Pl. ſanum.* 2, Vorax, guloſus. 3, Conſilio pollens. 4, Liberalis, magnificus. 5, Prævertens curſu *equus,* virtute *vir.* 6, Mare amplum. *quart. Act. ſec.* Cùm quid deglutitur, *ſ.* voratur citò. 2, Anhelitus, oſcitatio, Syſtole, dyaſtole: ſpiritus exſpiratus, & inſpiratus. *quint.* Annoſus *taurus, &c. ſext.* Aliis curſu, *et* generoſitate præcellens. Velox, acer *equus.* 2, Magnus, magnificus, liberalis, *ac* munificus *vir. ſept. i. q.* 1, *præc. oct.* Illis, *ex* ל *et* הם. *non. Act. ſec. et i. q.* 3, 4, 6. *tert.* & Multis bonis ornatus. *dec. i. q.* 2, 3, 4, 5, 6. *tert. undec.* Exercitus numeroſus, *qſ. deglutiens obvios quoſque, et perdens. duod. i. q.* 2, 3, 4, 5, 6. *tert. dec. tert. Pl. quint. dec. quart. i. q.* 1, *dec. quint. ſc.* Calamitas, anguſtia, infortunium, malum. 2, Olla ampla. *dec. ſext. i. q.* 1. *præc. pec.* Febris, mors, fatum. *dec. ſept.* O Deus, *v. Ar.* אלה׳. *dec. oct.* Beneficus *vir,* magnanimus remunerator. Equus egregius, *quem facilè modereris, et agas.*

dec. non. Granum, *ſ.* mica *polentæ, i. q. Ar.* סְפֵּה (ptiſanæ, hordei contuſi pars, *Gig.*) *vig.* Multum lactis reddens *camela.* Liberalis, generoſus, *homo, equus.* Vulnus amplum. Supellex muliebris. Pluviâ abundans nubes. Ingens exercitus. Numerus multus. *vig. prim.* Quod in animum, *et* mentem immittitur, *ſ.* memoriæ ſuggeritur, inſpiratio, Mat. 1. 1. *tit.* Luc. 1. 1. *tit. vig. ſec.* Cujus animo aliquid ſuggeritur, inſpiratus. *vig. tert.* Locus in quo calamitas contigit. *vig. quart.* Terra, locusve palmis abundans. *vig. quint.* Helluoſus, vorax.

להן *Ch.* לְהֵן Quamobrem, itaque. Dan. 2. 6. 9. Niſi, præterquam, c. 6. 6. *i. q.* להוני אֱלָהֵן Senſim. *Plant.*

AR. لَهَنَ 2 لُهْنَةٌ 3 أَلْهَانٌ
4 أَلتَّلَهُّنُ 5 تَلْهِينٌ 6 لِهَنَّكَ
7 لُهْنُوكَةٌ ; *pr. Fut. A.* Penſum diurnum præbuit; Cibavit. *Gg.* 2, Obtulit, præbuit jentaculum, *vel* leve quid cibo præmittendum, pavit, nutrivit, *ut Ar.* לחם *ccap. vel c* ל *p.* 2, Illos ſimiles, & pares *in re* fecit. *ccap.* & פי *r.* IV. Obtulit muneris quid, ex itinere advenienti. *ccap.* V. Jentavit, leve quid ſumpſit ante cibum. *Paſſ.* I. Donatus eſt penſo diurno cibi, *&c. ſec.* Jentaculum, quod ante cibum capitur. *i. q. Arab.* סֻלפה׳ (Dimenſum diurnum cibi. *Gig.*) Munus iter habentis. Similitudo, paritas. *tert.* Arx quædam Jamân; Locus quidam Medinæ. *quart.* עלי סביל אלתלהן *per modum* ſimilitudinis, temperamenti, paſtûs. *Avic.* I. 92. 40. *quint. Act.* II. *ſext. pro Ar.* לאנך *Particula confirmantis. ex* ל & אן, & ך Quia tu. *ſept.* Lotharingia. *Geogr. Nub.* 297. 15.

להס AR. لَهَسَ 2 لَهْسٌ 3 لُهَاسٌ
هَ 4 لُهْسَةٌ 5 لُهَاوِسٌ 6 لَوَاهِسُ
7 مُلَاهَسَةٌ 8 لُهْسُمٌ *Pl.* لَهَاسِمُ ;
pr. Fut. A. Linxit. 2, Lambit, vulſitve *infans ubera* ſine ſuctu. *cca.* 3, Præ aviditate proruit *ad cibum* (urſit, & preſſit alios *ob cibum. Gig.*) *cc* עלי III. *id.* 2, Properavit ad rem aliquam, & confluxit, alios premens. *ſec. Act.* 1, 2, 3. I. *tert.* Parum cibi (cibus modicus. *Gig.*) *quart.* Parum quid, *Ar.* לחסה׳. *quint.* Leves, & veloces. *ſext. id. Gig. ſept. Act.* III. Cùm aliqui ad rem quærendā, operam conferunt, *ſ.* hinc inde diſcurſant; Cùm ad rem obtinendam mutuò ſe premunt, & urgent. *oct.* Decurſus, *ſ.* alveus fluvii anguſtus.

להע AR. لَهِعَ 2 عُ 3 عَ 4 لَهَاعَةٌ , لَهِيعَةٌ ; *pr. Fu. A.* Facilis fuit erga quemvis, eique accommodavit ſe. 2, Membris imbecillis fuit. *Gg.* *ſec.* Qui ſe cuique accommodat. *tert.* Ad latera diducto ore loqui. (Cùm quis loquendo ad extrema latera oris verba allidit, Cùm lingua tricis implexa & inflexa videtur. Balbuties. Membrorum imbecillitas. *Gg.*) *quart.* Facilitas; Imbecillitas. Segnities, languor, incuria, *pec.* in emendo, ut quis decipiatur facilè. *ſeq* מן אלביע Cùm in venditione quis decipitur, ob vitium rei tectum & occultatum. *Gg.* ¶ בן להיעה *No. proprium.*

להף AR. لَهِفَ 2 فَ 3 يَا لَهْفَا ,
يَا لَهْفَهْ , يَا لَهْفَاهُ , يَا لَهْفِي , يَا لَهَفِ ,
عَلَيْهِ , يَا لَهْفَتَاهُ 4 لَاهِفٌ *f.* ةٌ 5
لَهِيفٌ , لَهْفَانُ , مَلْهُوفٌ 6 ةٌ , لَهْفِي
Pl. لِهَافٌ , لَ , لَهَافَى 7 لَهِيفِي 8 لُهُوفٌ
9 ةٌ لَهْفَةٌ 10 أَلْهَافٌ 11 مَلْهُوفَةٌ 12
مَلْهَفَانُ 13 تَلْهِيفٌ ; *pr. i. q. Ar* טלם 1, I. *pro quo Gg. habet* לָהַף *Lobiſa Paſſ.* 2, *Mediâ Keſr. Fu. A.* Doluit, ingemuit, ejulavit, *pec.* ob rem præteritam, *vel* neglectam. *cc* عَلَى. 3, Commotus, perculſus fuit. II. Dixit ei יא להפא *i. e.* Heu! *ccap.* IV. Avidus, guloſus fuit. V. *i. q.* 2, I. *cc* عَلَى Jac. 4. 9. Eccli. 30. 20. VIII. Inflammatus fuit, *pro* אלתהב. *ſec. Act.* 1, I. *it.* Indigentia, deſiderium rei. Mœror, ejulatus, ſuſpirium. *Interjectio dolentis, & ſuſpirantis. R. tert. Vox adhibita, cùm ejulando res deſideratur: Interjectio dolentis ob deſiderium rei,* Heu! *Eſt planè ab H.* לן *Sam.* ࠋࠅࠀ. *quart.* Injuriam & vim paſſus, afflictus, mœſtus, ſuſpirans, attonitus, coactus, indigens, opem implorans. f. *id.* *quint.* *Id.* 2, Dux, dominus procerus, & corpulentus. 3, *pr. & ult. ſeq* אלקלב Uſtus dolore cordis. *ſex. i. q.* f. *quart.* Injuriam paſſa, *&c. mulier.* *ſept. id. Gg.* *oct.* Timens, *Cr.* Habens iram, *Bel. Pl. Av.* I. 303. 8. *non i q* f. *quart.* Injuriam paſſa, *&c.* *dec.* Aviditas, anguſtia, malitia. *undec.* Corde inflammato, mœſta. *duodec. i. q.* f. *quar. & ut praced.* *dec. tert. Act.* II.

להק לַהֲקָה Congregatio, cætus, *per Metath. pro* קהלה *pec.* Senatus, *ab Æth.* ልህቀ: Senuit; *unde per Metath. procul dubiò* ליקהת *v.* לקה. *Cn.* 1 Sam. 19. 20.

SYR. ܐܬܠܗܩ ܥܠܘܗܝ 2 ܠܗܩܐ 3 ܠܗܩܢܐ 4 ܠܗܩܢܘܬܐ 5 ܡܬܠܗܩܢܘܬܐ ; *pr.* Inflammavit. *Ethpa,* Exarſit ſiti, cupiditate, ardenter concupivit. *Off. Mar.* 224. *ſec.* Calor vehemens, ardor. *tert.* Vehementer cupidus. *quart.* Cupiditas vehemens, ardensve. *quint.* *Id.* Ardor cupiditatis.

ÆTH. ልህቀ: Crevit, adolevit, profecit; *per Metath Ar.* כהל *Magnus fuit, factus eſt. De homine dicitur uſque ad* 25. *ſ.* 30. *annum. IL,* Luc. 1. 8. ልህቅከ: Adolevisti, *contractè. Miſſ.* 171. *a.* Mat. 13. 32. *Inf* ልሂቀ: Marc. 9. 35 *Fu.* እልህቅ: Creſcam Pſ. 70. 19. Heb. 8. 13. Mat. 6. 28. *c.* 13. 30 ዘይልህቅ: Natu maximus, Mat. 22. 25. *Af.* 23. 11. *& ſeq.* እም: *Comparativum denotat.* IV. አልሀቀ: *Tranſit. prac.* Augmentavit, *&c.* 1 Cor. 3. 6, 7. 1 Tim. 5. 10. V. ተለሀቀ: Presbyter, ſenior fuit, *ſ.* factus eſt. *Fu.* 1 Pet. 5. 1. ልሂቅ: Presbyter, Act. 8. 9. 1 Pet. 5. 1. Ætate provectus. Luc. 1. 18. 1 Tim. 5. 19. Philem 9. *Pl.* ልሂቃን: *i q.* ካህናት: Sacerdotes, *quibus apud Æthiopes permittitur uxores ducere. vid. Alvar. H. Eth. c.* 137. Senes. Luc. 1. 7.

ልሂቃን: Pſal. 151. 5. ሊቃውንት: Pſal. 104. 2. Heb. 11. 2. Tit. 2. 2. *ita inſigniuntur* Patres & *priſci* Eccleſiæ Doctores, *Miſſ* 164. *d.* f. ልሂቅት: Anus, vetula. *Pl.* ልሂቃት: 14. *Jan. Contractè* ሊቃት: *Org. it.* ልሂቃናት: 1 Tim. 5. 2. *Contrac.* ሊቃናት: Tit. 2. 3. ሊቅ: Magiſter, Doctor. Mat. 22. 24. Caput, princeps, ſummus *in quolibet ordine, ſ. vita genere; ſ. q.* አበው: Patriarcha *ſub Vetere Teſtamento, ut Adam, Seth, Enos, &c. c* ጳጳስ: *id. jam: Miſſ.* 160. *c, ſic dicitur Patriarcha Alexandrinus, Eccleſia Æthiopica primas. c* ካህናት: Summus Sacerdotum. *c* ምኔት: Abbas, *ſ.* Prior Monaſterii. *c* ማኅበር: Præſes Concilii. *c* ሐመር: Nauclerus. Act. 27. 11. *c* ፈያት: Dux latronum. Joh. 18. 40. *c* ሠራዊት: Dux exercitûs. *c* ሐዋርያት: Princeps Apoſtolorum, *i. e. Petrus. c* መላእክት: Princeps Angelorum. *i. e. Michaël. c* ነቢያት: Princeps Prophetarum, *i. e. Moſes. c* ዲያቆናት: Princeps Diaconorum, *i. e. Stephanus. Onomaſticè ita appellantur primarii hi viri. TP. Pl.* ሊቃን: Luc. 22. 66. *in Æthiopia ſic dicuntur* Præpoſiti Eccleſiaſticorum, *qui proximè antecedunt* ቀማስት: *IL. it.* ሊቃናት: 1 Tim. 5. 1. Pſ. 148. 12. Principes 9. *Ordinum Angelorum,* 12. *Jan.* & LXX. Interpretes Gr. *ſic appellantur. c* ሕዝብ: Seniores *populi.* Luc. 22. 66. መላህቅት: *id.* Mat. 21. 23. Act. 23. 14. ሊቅና: Dignitas magiſterii, Senioratus. ልህቀናት: Senectus. Luc. 1. 36. ለሂቅና: *id. Opp* ወርዘውና:

ልህቀት: Incrementum ætatis. Adoleſcendi actus. *IL.*

AR. لَهَقٌ , قِ 2 قٌ f. ةٌ 3 لَهَقٌ
f. ةٌ 4 لَهِقٌ , لُ 5 f. لُهَقَاتٌ 6 مَلْهَقٌ
7 لَهُوقٌ 8 قٌ - 9 ةٌ ; *pr. Fu. A.* Albus fuit, *quin* candidus, *at.* ſine ſplendore *taurus, pannus.* V. *id.* *ſec. Act. mediâ Keſr. & i. q. ſ. pro quint. it.* Fuſcus *camelus.* f. Valdè alba, candidiſſima. *Gg.* *tert. i. q.* 1. *prac.* *quart. Act. mediâ Phat.* *quint. Pl. ſec. &* f. *Pl.* 2. Candicans. albus factus eſt. *& prius,* Candor, candidus *taurus,* *ſext.* Dealbatus. *ſept.* Egregii *quid* præ ſe tulit, quo carebat. Dixit, fecitve *quid* ſine arte, *aut* cura. *cc* פי *r.* II. *id.* Perfunctoriè rem egit; Haud ſermone eleganti, & ſuis numeris abſoluto locutus eſt. *cc* في. *oct.* Qui cum לַהוּקָה dicit *quid, ſ.* facit; Vanus jactator (Superbus. Pulcher. *Gg.*) *non. Act. ſept.*

להר AR. لَهَاوُرُ 2 لَهَرْنَكَةُ: *pr.* Laháwar, *Regio, & civitas India I. Grav. T. Geog.* 29. 30. *Geog. Nub.* 68. 25. *ſec.* Lotharingia, 258. 4.

להת CHAL. לְהַת Anhelavit, ſpiravit. 2 Reg. 4 34. *Ven.*

SYR. ܠܗܬܐ Anhelitus.

Ar. لَهَثَ 2 ثٌ , لَهَاثٌ 3 لِ 4 لُ
5 لُهٌّ 6 لَهِثٌ 7 لُهْثَةٌ 8 لَهْثَانُ 9 ثٌ
f. لَهْثَى 10 لُهَاثِيٌّ , ثِيٌّ - 11
التَّلْهَاثُ ; *prim. Fu. A.* Linguam exeruit (Latravit, *Bd.*) *canis pra ſiti, vel pra laſſitudine; Cor. Sur.* 7. 155 *ſic & homo* laſſus. Spiravit, inſ- *cc* عَلَى 2 Reg. 4. 34. 2, *Med Keſr. Fu. A.* Sitivit. VIII. *i. q.* 1, I. *ſec. Act.* 2. 1. *& ipſa* Sitis. *tert. Pl. ſept.* Puncta rubra in foliis palmæ. *quart. Act.* 1. I. *& pro ſept.* 3, Fervor à ſiti. 4, Anguſtia mortis. *quin.* Qui contexunt folia palmæ. *ſext. Act.* 1. 2. I. *ſept.* Laſſitudo (labor) Sitis. Punctum rubrum in folio palmæ. *oct.* Sitis. *non.* Sitiens (ſitibundus, a.) *dec.* Qui multos in facie rubros habet nævos. *undec* Æſtus, inflammatio *febris, pro* תלהיב *Avic.* II. 22. 10.

לו לוּ Utinam, O ſi, Gen. 17. 18. Quæſo *c.* 23. 13. Fortaſſis, Gen. 50. 15. Si,

Jud. 8. 19. & לוּא Iſai. 48. 18. וְלֻא 2 Sam. 18. 12. & לוּלֵא Niſi, Gen. 43. 9. & לוּלֵי Iſai. 1. 9. *Ex* לוּ & לא.

CHAL. לְוַאי לְוֵי לוּ לְוִ *i. q. H.* Num. 23. 10. *Jon.* Joſ. 7. 7. *Joma* 87. 1. & אַלְוַי הַלְוַאי Exod. 16. 3. *Jon.* Num. 23. 10. *TH.*

לו Sibi, ipſi, *Log.* Prædicamentum habitûs.

SYR. ܠܘ 2 ܠܘܡ ; *pr.* Non, neque, *i. q.* לא *et* לא הוא Pſal. 100. 3. Pſal. 151. *t.* 3 Eſdr. 3. 22. Joh. 1. 13. Nunquid? Nonne? 3 Eſdr. 3. 24. *c.* 4. 1, 28 *ſec.* Utinam, Iſai. 48. 18. Eccli. 23. 17.

H. SAM. ࠋࠅࠀ *i. q. Cb.* Gen. 17. 18. Exod. 20. 22. Fortaſſe, Gen. 32. 20. *c.* 43. 12. Num. 21. 6, 11.

ÆTH. ለቀወ: Malignus. 1 Sam. 25. 3. Noxius. 2 Sam. 17. 8. *IL.* ለወለወ: *Contrac.* ለለወ: Inflammavit. *Hebr.* להב *Fu.* ትለኵሉ: comburet. Jac. 3. 6.

AR. لَوْ 2 لَوْلَا , لَوْ لَمْ 3 لَوِ 4 لَوٌّ
5 وَلَوْ 6 اللَّوُّ 7 أَلُو 8 ةٌ ; *prim.* Si, quod ſi. Pſal. 54. 13, Saltem, *Av.* II. 12. 19. מחל לו, Ac ſi, Gen. 33. 10. *Er.* לו אן Etiamſi, quanquam. Si enim, Heb. 4. 8. *Erp.* *ſec.* Niſi, *poſt utrumque ſequitur* ל, Utique. *it.* לולא Annon? לולא אן Niſi, Pſal. 123. 1. לולא רלך Niſi hoc, excepto hoc, alioqui. *tert. v.* לוי *quart.* Medicamenti genus. 2, *Nom. proprium.* *quint.* Etſi, quamvis. *Cor. Sur.* 12. 10. Utique, 5. 65, *ſeq.* אנהם 66. *ſext. Pl.* ـيَ אללתי Quæ. *ſept. et oct. v.* אלו.

לוא AR. لَوَاءٌ 2 أَلَّاءُ 3 ةٌ 4 لَوْءَةٌ 5 أَلَّاوُونَ ; *pr. v.* לוי 2, Difficultas, anguſtia. 3, Phaſeolus, *pro* לובא. *ſec.* Hi, hæ, *v.* אלו. *tert.* Aqua cujuſdam. *quart. i. q.* סופה *vel pro eo.* Improbitas, fœditas. *quint.* Qui, *i. q.* אלרין.

לוב CHAL. לוּב Lub, Lybia: Lybus *Pl.* לוּבָאֵי לוּבִים Nah. 3. 9. *Bechor.* 5. 2. לוּב *i. q.* מצרים Ægyptus. *v. T. H. Kilaim. c.* 8. *Eſt in Occiduâ Ægypti parte & vocatur Lat.* Africa. *v. Boch. Geogr. S.* 336. חיק לוב. Sinus Lilybitanus, *in quo* Cyclopes *quibus inde No.* 560. 620. לובי Ægyptia faba cum recens eſt. 336.

SYR. ܠܘܒ 2 ܠܘܒܝܐ 3 ܠܘܒܝ̈ܐ ; *pr.* Lybia, Act. 2. 10. *ſec.* Nux, juglans, ſmilax, *BB.* Phaſeolus, *Novar.* 277. *tert.* Lybii, Ezech. 30. 5.

AR. لَابَ 2 لُوبَةٌ , بَةٌ *Pl.* لَابٌ
بَاتٌ - لُوبٌ 3 ةٌ 4 لَوْبٌ , لُوُوبٌ , لُوَابٌ ,
لَابِيِّينَ 7 لُوَابٌ 6 لَابِبٌ 5 وٌ , لُوبَانٌ
8 لَوَائِبُ 9 لُوبَاءُ , لُوبِيَاءُ 10 لُوبِيٌّ
11 ةٌ 12 مَلَابٌ 13 مَلُوبٌ ; *prim. Fu. O.* Sitivit. 2, *Act* לוב *Lanbon,* Lacum aquatorium obivere *cameli* (ſitientes, pavidi) præ multitudine à potu excluſi. II. Miſcuit, oblevit aromate מלאב *dicto. cca.* IV. Habuit camelos, *quorum in* 2. I. *fit mentio.* *ſec.* Locus lapidoſus, *pec.* nigris petris conſtans. Fanum quoddam. Locus quidam in quo vetita venatio. *Gg. & Labaton,* Cameli confertâ nigredine, *et* coacti. Locus quidam. & לובה *Loubaton,* Nigritæ, Æthiopes; Lybia. & לאב *Labon,* Vir quidam, *à quo Aſtrolabium nomen habuit, ſecundum Arab. & No.* pagi *in Aſſyria. it.* Regio quædam. *et* לוב *Loubon,* Fruſtum carnis, quod in olla convertitur. 2, Apes. 3, Sitientes, longiusque ab aqua diſſiti *cameli, et palmæ.* 4 *Act.* 1. I. *tert.* Gens cum alia, ſed ſimul nihil conſultans. *Gg.* *quart. Act.* 1, I.

et לוב *Lauben.* Compreſſio ob multitudinem, multitudo, *v.* 2. I. *et* לואב Saliva, mucilago oris; *Gg.* *quint.* Sitiens. *ſext.* Saliva ex ore fluens, *Ar.* לעאב. *ſept.* בין לאבתין אלמדינה Inter duo loca, quæ Medinam tuebantur, *ſ.* quæ lapillis nigris referta erant, propè Medinam. *oct.* Cameli, *de quibus v.* 2. I. *et i. q.* 3. *Loubon, v. ſec.* *non.* Phaſeolus, ſmilacis hortenſis fructus, *Av.* I. 201. t. *Plemp.* 181. *dec.* Æthiops, Lybs. *undec.* Lybia. Act. 2. 10. *Av.* II. 139. 7. *duod.* Genus rei aromaticæ, *ſimile* לוּד *vel* חלוק *vel* Crocus. *dec. tert. Part. Paſſ.* II. *et pro* מלוי Incurvatum, tortumque *ferrum.*

לוג לג לוג m. Sextarius (*hinc* Lagena.) Lev. 14. 10, 12, 24. *Menſura liquidorum minima,* 20. *pars ſeæ vel ſati, ſex ova continens. v. Waſer de Menſ. H.* 111. c. 2.

CHAL. לוגא לוגא לוג *i. q. H. ibid.* 2. Poſſeſſio. *Plantavit.*

AR. لَوْج 2 لحية الوجه *i. e.* اُدْرِيَة
فِي فَيك 3 لَوج 4 لَوجَاء , لَوِيجَاء
5 تَلْوِيج ; *pr.* Torſit, cont. flexit, inf. *Ar.* עוג Diſtorta *nobis* fuit, curvo flexu *nos* duxit *via.* *ſec. ut ſupra.* *tert. Act. prac.* *quart. i. q.* חונאא *&* חויגאא, *ſ. pro iis.* *quint. Act.* I.

לוד לוד Lud *fil. Sem,* Gen. 10. 22. Lydia. Ezech. 27. 10. c. 30. 5. Æthiopia, *ſ.* Lybia, *pec. quæ propè Nilum. ita c. Sy. Ar. Ox. & Int. Orient. antiquiſs. Pl.* לוּדִים Lydii Jer. 46. 9. *Lightf. Cent. Ch.* c. 16. Æthiopes, *Boch. Geog. S.* 299. *&* Lud Mæander, *à flexibus dictus.* 95. 97.

CHAL. לוד *i. q. H. ib. It.* Lydda. *No. oppidi non procul à Jeruſalem,* Act. 9. 32. 35. *v. Scheviith* c. 9. *TH. Maaſer Scheni.* c. 5. *Midras Echa.* 67. 3. *Juchaſ.* 27. *a. Lightf. Chor. Mar.* 9. *ſ.* 3.

לודי לוד Lydius, Lyddenſis; *Pl.* לוּדָאֵי Ezech. 27. 10. לודיות Lyddenſia *vaſa. Kelim.* c. 2. 2. *Fercula, ſ. placentæ, Betz.* 14. 2. *Aruch ſcribit, coquebant triticum non contuſum, miſcebant cum eo nuces, & malogranata, & comedebant ea loco bellariorum. Boch. Geog. Sa* 98. *Hora prima eſt tempus prandendi* לודים *Lydiorum, ſecunda latronum, tertia hæredum, quarta operariorum, quinta omnium hominum. Schab.* 10. 1. *ubi Gloſs.* לודים *ſunt populus qui vocantur* קנלינס *& ſunt Anthropophagi.*

לְוָדִין Pulli aſinorum. Gen. 32. 15. *TH. v.* לבד.

SYR. ܠܘܕ 2 ܠܘܕܝܬ; *prim.* Lydia, Iſai. 66. 19. *ſec.* Lydia *fam.* Act. 16. 14.

SAM. ࠋࠁࠃ Tantum. Gen. 24. 8. c. 47. 22. Nonne? c. 3. 11. Præter, Gen. 50. 8. Deut. 4. 35. ࠋࠁࠃࠉ· ࠋࠁࠃࠊࠉ· *&c.* Solus, ſoli, ſeorſum, *&c.* Gen. 32. 24. c. 21. 28. c. 43. 32. c. 18. 14, 18. c. 32. 16.

AR. لَوِد 2 اَلْوَد 3 لُود 4 ـدِي - 5
لُوَيدِي 6 ¶ لَادَ 7 ـد - 8 د 9 لَود
10 لُود 11 لَاوَد 12 لَوَاد 13 لَوَا- ، لِ ، لُ
14 لِيَاد 15 لُودَان 16 لَو- 17 ـيبَة
18 لُودَايِ 19 اَلْوَاد 20 مَلُود ، د ، مَلَاد
21 د *Pl.* مَلَاوِد 22 مَلَاوِدة ، اَللَّاوَدة
23 مَلُودة 24 وَادة 25 تَلَاوُد ; *pr. Fu.*

A. Perverſus, contumax fuit, ad æquitatis normam regi ſe non permiſit. *ſec.* Perverſus, præfractus, pertinax, Fortis *&* inobediens, parere nolens. Craſſius, obæſius *collum.* *tert. i. q. H. ib.* Iſai. 66, 19. *quart.* Lydius, Ez. 27. 10. *quint.* Loas, *avia Timothei,* 2 Tim. 1. 5. *ſext. Fu. O.* Confugit *ad eum, Ar.* לגא *& cc* ב *&* עאד *cc* ב Pro præſidio, munimento, tegumento, cepit; alter alterius curæ adſtitit. 2, Obivit, circumdedit. 3, Nutavit, vacillavit, inconſtans, motus, dim- eſt; Inclinavit, inflexit. Adverſatus eſt. *cc* ב Act. 27. 1. II. Flexuoſus, ſinuoſus fuit; Nutare fecit, movit, flexit, inf- incurvavit. III. *i. q.* I. *& i. q.* II. Flexit, *Gram.* VIII. *i. q.* 3. I. *&* Simus, incurvus fuit. *ſept. Pl. ſeq.* *oct.* Veſtis rubra ſerica Synenſis: 2, *Act.* 2. I. *non. Act.* 1. I. *dec.* Mons Jamani. *c* אלוהצי Locus quidam. *undec. fil. Sem,* Gen. 10. 22. *Gg.* *duodec.* Vacillans. *dec. tert. Act.* 1. I. *& prius, Montis* latus, ambitus, Anfractus, *&* flexus *fluvii. & ult.* Mutua trepidatio, metûs incuſſio; Contrarietas, diſſenſio. *dec. quart.* Act. I. *&* III. *dec. quint.* Poëta quidam. *dec. ſex.* Locus quidam: *ſeq.* אלושי Latus *rei.* *dec. ſept. i. q. ult. dec. tert.* *dec. oct.* Lydius, *Pl.* Jer. 26. 9. *dec. non. Pl. non. et* לואד *Lavadon, v. dec. ter.* *vig.* Caſtrum, aſylum; præſidium, munimentum. *Ar.* מלאד *& ult. Pl. ſeq.* *vig. pr.* Genus panni Sinenſis ſerici *&* rubri. *vig. ſec.* Ambitus, *i. q. Ar.* מואודה *& prius, i. q. vig. et Act.* III. *vig. ter.* Flexuoſa. *vig. quar.* Flexuoſus *fluvius.* *vig. quint. i. q.* לואד *Lowadon. v. ult. dec. tert.*

לוה לָוָה (*unde* ἀλλοιόω, *Germ.* Leihen) Mutuatus eſt, mutuò accepit, Neh. 5. 4. *Part.* Pſ. 37. 21. Adhæſit, adjecit, comitatus eſt, *Qui mutuo accipit fœneratorem ſibi, ſuiſque omnibus agglutinat poſſeſſionibus. Fu.* Eccl. 8. 15. ילונו *h. e. ſocii inſtar ac comitis ſuaviſſ.* adſtabit, ſuccurret *&* conducet eum, *v. LXX. Syr. et Ch. Niph.* נִלְוָה Adhæſit, (*Angl.* To cleave) adjunxit ſe, adjunctus, aſſociatus, copulatus fuit, Dan. 11. 34. *Part. Pl.* הַנִּלְוִים Iſai. 56. 6. *Fu.* Gen. 29. 34. *Hiph.* הִלְוָה Mutuò dedit, mutuavit, Deut. 28. 12. *Part.* Pſal. 112. 5. *Fut.* Deut. 28. 44.

לִוְיָה f. Adjunctio, adjectio, copulatio, additamentum, Prov. 1. 9. c. 4. 9.

לִוְיָתָן m. Leviathan, balæna, cætus; *potius* Crocodilus, *Boch. de An.* II. 5. 16. *et* I. *p.* 52. Job. 40. 20. *v. Ch.* לִוְיָה c. 3. 8. *al.* Luctus, Pſal. 7. 14. Pſ. 104. 26. Iſai. 27. 1. *v. Chald.*

לֹיוֹת f. p. Adjectiones, copulationes, additamenta, 1 Reg. 7. 29, 30, 36. לֵוִי Levi, *quaſi fil. conjunctionis arctioris.* Gen. 29. 34. *hinc tribus* Levi, Num. 17. 3. *It.* Levita. Exod. 4. 14. *Pl* לְוִיִּם Levitæ, Deut. 17. 9. *Aff.* Neh. 9. 38. *Hi, poſt Salomonis obitum, cùm Jeroboam* 10. *tribus ad ſimulacra converteret, urbes quas in* 10. *tribubus incolebant, reliquerunt, ſeque in tribum Juda & Benjamin contulerunt; ac viciniores Templo facti, ſacra munia obierunt. Erant etiam Cuſtodes & Janitores, portas Sanctuarii aperiebant et claudebant: canebant quotidie ad oblationem, et non dicebant Canticum niſi ore, abſque inſtrumento.* 2 Par. 11. *Hi portabant Arcam, velum, menſam, cortinas, tectum tabernaculi, tentorium, funiculos, vaſa, tabulas, veſtes, columnas, baſes, &c. uſque ad tempora Davidis: A quo conſtituti ſunt.* 1. *Alii Sacerdotum et Templi miniſtri, qui aquam lignaque aſportabant ad tabernaculum, & decimas recipiebant; Templum & vaſa ejus purgabant, ſiquando contaminata forent; Ex exedris, ubi erant ſacrificia, ſacerdotibus aſportabant; et in horum pellibus detrahendis, inque aliis, quæ opus eſſent quotidiè, aut Sabbato, aut feſtis diebus eoſdem adjuvabant; Videbant ne quis impurus, aut quovis modo indignus tabernaculum ingrederetur.* 2. *Alii Cantores, qui canebat hymnos Davidis, Aſaphi, &c. et voce, et organis, ſc. tubis, cymbalis, pſalteriis, citharis.* 3. *Alii Janitores, qui ad januas Templi excubabant, et ſacras arculas obſervabant.* 4. *Alii Scribæ, qui Legem, ſ. ſacras literas explicabant, et interpretabantur.* 5. *Alii Judices, qui controverſias dirimebant. His miniſtrabant Nathanæi, cædentes ligna, et haurientes aquas. Sch.*

CHAL. לְוָה *i. q. H.* (*ut et* הִלְוָה לְוָה *&* מַלְוֶה) *It.* Comitatus eſt, conduxit, deduxit in viam. ſocium ſe præbuit, adhæſit, adjunxit ſe alicui, conſociatus eſt, 2 Sam. 20. 2. Gen. 28. 12. *Jon. Aph.* אַלְוִי *id. &* Dimiſit, Gen. 24. 59. *Jon. Inf.* לְאַלְוָיוּתֵיהּ 2 Sam. 19. 31. *ex forma*

Tal. לְאַלְוּוּאֵיהוֹן Gen. 18. 16. *Pih.* לַוֵּי לְוִי *id. Ketubb.* 72. 1. *hinc fo.* נִלַוְּלֵוִי Conjungamus nos, Exod. 14. 14. *TH. pro quo Jon.* נִלַּבְלְבָה.

לְוָיָה Comitatus, deductio, conductio, conductus, *unum ex tribus officiis et beneficiis, quæ debentur hoſpitibus peregrinantibus; quorum primus author fuit Abrahamus Patriarcha: ſunt a.* אֲכִילָה שְׁתִיָּה לְוָיָה Cibus, potus, *et* Comitatus. *Lightf. Ho. H.* 106. *Sota* 46. 2. הלואה Mutuum, *et* Commodatum.

לְווּי Adhæſio, adjunctio, comitatus, שֵׁם לְווּי Nomen adhæſionis, Epitheton, adjunctum, cognomen, agnomen, *ut* אֵזוֹב *Hyſſopus,* אֵזוֹב רוֹמִי *Hyſſopus Romanus, eſt nomen ſociatum, cum Epitheto.*

לְוָיָה Luctus, *Moed kat.* 80. 4. *TH. hinc exp.* Job. 3. 8. לויתן *i. q.* אבלם.

לְוָואי לְוַאי לְוַי Butyrum. *lactis ſocius et ei inhærens.* Deut. 32. 14. *Jon.* Job. 29. 6. *v. et* לין.

לֵיוָאָה לֵוָאָה Levita, Exod. 4. 14. *Pl.* לֵוָיֵא לֵוָאֵי Eſr. 6. 16.

לִוְיָתָן *i. q. H. ibid. v. Baſra* 74. 2. *Bx. Synag. Jud.* c. 50. *Gal.* Mular, *v. Codurc, in loc. Geſn. d. Aq.* 195. *Ballaſt. Onom.* 244.

הַלְוָאָה Mutui datio, mutuum, debitum, *Baſra* 148. 1. מַלְווּת *id.* יהודה הלוי *No.* viri, *v. Cl. Bx. Coſri. Præf.* 15.

SYR. ܠܘܝ ܠܘܳܐ *i. q. Ch.* Gen. 18. 16. Eccli. 11. 18. 3 Eſd. 4. 47. *Pah. id* Act. 15. 3. c. 20. 38. Rom. 15. 24. *Ethpa. id.* Num. 18. 2, 4. Prov. 19. 17. Iſai. 14. 1. Act. 17. 15. *Aph.* Conjunxit, aſſociavit: Exequias celebravit.
ܠܘܝ ܐܠܘܝ 2 ܠܘܳܝܐ 3 ܠܘܳܝܐ 4 ܠܘܝܬܐ
5 ܠܘܳܝܘܬܐ 6 ܠܘܘܬܐ 7 ܠܘܝܘܬܐ 8 ܠܘܝܬܐ
ܠܘܝܬܐ 9 ܠܘܝ 10 ܡܠܘܘܬܐ , ܡܠܘܬܐ
11 ܡܠܘܝܢܘܬܐ ; *prim.* Levi. *i. q. H. ibid.* *ſec.* Socius, adhærens, comes, *Off. Mar.* 483. *tert.* Levita. *quart.* Comitatus, *ſubſt.* Luc. 2. 44. Act. 19. 29. *quint.* Societas. *ſext.* Conjunctio, adhærentia. *conv. c. Sy* ליפותא, ליפותא. *ſept. i. q. quint.* *oct.* Leviathan, *i. q. H. ib. &* Diabolus, Sathan. *BB.* *non. v.* לין. *dec.* Materia. *undec.* Societas, aſſociatio.

ÆTH. ለውሕ፡ Aſſer, tabula. Act. 27. 44. *Hebr.* לוח.

AR. لَاه 2 لُوه 3 اه 4 لُوهَان 5
اَللَّاهَة 6 اِلَهَة 7 لَاهُوت 8 اَللَّات 9
تَلَوُّه ; *pr. Fu. O,* Micuit, ſplenduit, agitata fuit, *ſpecies aqua* סראב *dicta. vid.* לאח. 2, Creavit *Deus mundum, cca.* 3, Obtectus, occultus fuit. 4, Elatus, excelſus eſt. V. *i. q.* 1. I. 2, Commotus fuit, vacillavit, tremuit, *Ar.* אצטרב. *ſec. Act.* *tert. ſeq.* אלסראב Nebulæ ſplendor, cùm nebula agitatur, *&* ſplendet. *quart. Act.* 1. I. *quint.* Serpens, *Ar.* אלחיה. *ſext.* Dea. Sol. *ſept.* Divinitas. *oct. No.* idoli *Arabum Tekifenſium. à celſitudine. Cor. Sur.* 53. 18. *Poc. H. Ar.* 89. *non. i. q. Ar.* בן ·בקר.

לוז לוז Deceſſit, receſſit, *conv. c* זול *cc* מן *Fu.* Prov. 3. 21. *Niph. Pa.* נָלוֹז Perverſus, *à recto deflexus,* Prov. 3. 32. Perverſitas, Iſai. 30. 12. *Cn.* Prov. 14. 2. *Pl.* c. 2. 15. *Hiph.* הֵלִיז Receſſit, recedere fecit, *Fu.* יַלִּיזוּ Prov. 4. 21. *pro* יָלִיזוּ.

לוז m. Corylus. *al.* Amygdala, Gen. 30. 37. *It. No.* civitatis, *ab Amygdalorum copia ſic vocata, quæ et.* Bethel *dicitur.* Gen. 28. 19. *c* ה *locali* לוזה c. 35. 6. *v. Sota* 46. 2.

לְזוּת f. Pravitas, Prov. 4. 24. *qſ. à* לָזָה.

CHAL. לוז *i. q. H. Hiph.* הַלִּיז Avertit, removit; Irriſit, ſubſannavit, perverſè locutus eſt. *cc* על.

לוז *i. q. H. ib. Gallina excludit ova* 21 *diebus; totidem*

totidem ſunt et. Corylo (peſt florem ſc.) ad fructus maturandos. 2, *et Bechor.* 8. 1. Amygdala, amygdalum, *Pl.* Gen. 43. 10. *Ion.* 3, Os quoddam ſpinæ dorſi in homine, *juxta Heb. incorruptibile (quod et.* תרוד רקב *dicitur) ac propterea ejus beneficio, futuram totius corporis reſurrectionem. Zohar in* Gen. 206. *et* 324. *Breſh. rab. ſ.* 28.

SYR. ܠܘܙܐ *i. q. H. ibid.* בר לוזא Perfectus juventute *Novar.* 42.

SAM. ࠋࠅࠆࠉࠌ Amygdalæ. Gen. 43. 11. Num. 17. 8. ࠌࠔࠋࠅࠆࠃ Amygdalati. Exod. 25. 33, 34. c. 37. 19. 20.

AR. لأر 2 لَور , ة 3 *Du.* لَوريين
لور3 4 -را 5 لَور 6 عَور 7 لَوار
اللَّورية 8 مَلور 9 مَلار , مَليز 10
مَلور 11 مَلارة 12 لَورِيدج ; *pr. Fu.* I. *qſ.*

pro Ar. لאר *et O.* Confugit *ad eum*, eff- *cc* אלי Evaſit, liberatus fuit. *cc* מן Comedit *rem. cca.* II. Referſit, replevit amygdalis, *ſc. dactylos, ficus. cca.* *ſec. Coll. poſter. Unit.* Amygdalum Gen. 43. 11. *Avic.* I. 201. *tit. et* לוז Bdellium Judaicum. 158. 8. *it.* Cibarium. II. 113. 25. *Du.* Duæ tonſillæ. 258. 1. *tert. Nom.* civitatis, *i. q.* Bethel. Gen. 28. 19. *quart.* Luza, *Nom.* loci. Joſ. 16. 2. *quint.* Indigens *ſext.* Amygdalarum venditor, mercator. *ſept.* Hoſpitium quoddam Babylonis. *oct.* Fructus quilibet aſper. *ſeq.* אלוגה Pulchritudo *vultûs. non.* Aſylum, refugium, *Ar.* מלאר. *dec.* Amygdalis fartus: Amygdali ſpeciem referens, *Plur.* מלוזאת. Exod. 25. 34. Valdè pulchra *facies. undec.* Amygdalis abundans *terra. duod.* Dulciarium opus ex amygdalis. *Avic.* I. 516. 39.

לוח לוּחַ m. Tabula. Prov. 3. 3. *Scribe ſuper* לוח LXX. πυξίον, *VLat.* buxum, Eſ. 30. 8. *nam antiquitus in buxo elementa formabant, ob materia firmitatem. v. Plin.* XXXV. 10. *p.* 433. *Dual.* כָּל־לֻחֹתַיִם Omnia tabulata, *viz. utriuſque lateris, adeoque quaſi gemina tabulata,* Ezech. 27. 5. *Pl.* לֻחוֹת לוּחוֹת Deut. 9. 9. Exod. 38. 7. לֻחַ *v.* לחח.

CH. לוּחַ לוּחָא *i. q. H. ibid. Pl.* לוּחִין Deut. 9. 9. *Schab.* 47. 1. לוח השנה Tabula anni, Calendarium. לוחי Foveola ad capiendas aves, *Gal.* Leque.

SYR. ܠܘܚܐ 2 ܠܘܚܝܬܐ ; *pr. i. q. H.* Joh. 19. 19. *Pl.* Prov. 3. 3. Heb. 9. 4. לוחא חתא *i. q. Ar.* אלואח אלעׄרי *Nov.* 160. *ſec. Nom.* loci ; *Ptolomæo* Λύσα ; *per* ילידותא *exponit. BB.*

AR. لَاحَ 2 لَوْح *Pl.* أَلْوَاح *Ppl.*
الأَوِيح 3 لُوح 4 لِيَاح ,لِ 5 لِوَاح
6-لَوْ 7لَوْ- ,لُوح ,لَوحَان ,لُووح ,لِيَاح 8 التَّيَاح
مُلاوِح مَلْ-وَاح -لْيَا ,مِلْوَح 9 لَوْحي
10 التَّلْوح ,المْلَوح 11 مَلْتَاح 12
تَلْوِيح ¶ 13 لَاحَ 14 لِوَاح ,-يَا ;

pr. Fut. O. Apparuit *ſtella*, ſplenduit, coruſcavit, neque ad nubes pertigit. Ez. 21. 15, 28. Act. 27. 39. 2, Sitivit. 3, Mutatione coloris *eum* affecit *ſitis, Sol, iter. ccap.* 4, Vidit, proſpexit, intuitus eſt. *ccap.* לוח *c Waw mobili* 5, Pervaſit *illum canities.* 6, Calefecit igne. 7, לוח אלצבי Præbuit *illi, quod apprehenderet.* II. *i. q.* 2. I. *Tranſ.* I *Conj.* Deut. 33. 1. *Illius* cutem immutavit, *iter, frigus. &* Uſſit *Sol in facie. ccap.* 2, Micuit *veſte, gladiove. cc* ב. 3, Dealbavit *canities. ccap.* 4, Edendum quid dedit *infanti*, quod manu continere poſſet. *v.* 7. I. 5, Ignitum, & candens *quid igne* effecit, *ut* 6, I. *cca. et* ב. 6, Profligavit, interemit *eum.* 7, Abraſit, obliteravit. 8, Contabulavit, coaſſavit. *Part.* מלוח

tectus aſſeribus. Ezech. 41. 16, 26. IV. *i. q.* 1. I. Scintillavit, micuit *ſydus, fulmen. et i. q.* 2. II. *cc* ב 3. Abiit *cum eo* (ſolvit) *quod deberet* ; Abſtulit, abſumpſit *illud. cc* ב. 4, Perdidit, exitio dedit, interemit, profligavit. 5, Metuit *ſibi*, cavit *ab aliqua re. cc* מן. VIII. *i. q.* 2. I. X. *i. q.* תבצר. *ſec. Act. ſignif. quavis. et H.* לוח Mat. 27. 37. Can. 5. 14. *Pl.* 8. 9. Act. 27. 44. Res lata, *ac* plana *omnis, ſ.* lignea, *ſ.* oſſea. Aſſer, tabula, ſcapula, omoplata, *pec.* cui inſcriptum quid. (præſtolatio, procraſtinatio, Res ſuperior) Aër. Aſpectus לוח אלמחפוט Tabula cui inſcripta ſunt rerum fata, *ita, uti Arabes tradunt.* אלואח אלסלאח Micantia arma, *uti, enſis, cuſpis haſtæ. tert.* Aër inter cœlum, *et* terram. Sitis. *quart. pro quint.* Albus, candidus. 2, *pec.* Taurus ſylvaticus, *quod colore talis.* 3, Aurora, *ſ.* tempus matutinum. אביץ ליאח Valdè albus. *ſext.* Colorem vitians. Nigrum reddens. *ſept. Act* 2. I. Sitis. *oct.* Sitientes *cameli. non.* Citò ſitiens, ſiti obnoxius *equus, &c. & tria ult.* Procerus (femorum vertice prominente ob maciem) & gracilis. Latas ſcapulas habens (Magnis oſſibus latis. Magnas, amplasque tabulas habens) Mulier mobilis, inquieta (citò macreſcens) Noctua pedem ligata ad capiendum accipitrem. *et* מלאוח *Molawihon* Enſis cujuſdam. *dec.* Enſis cujuſdam. Ez. 21. 10. *Ox. et poſter. Nom. propr. undec.* Mutatus, vitiatus. *duod. Act.* II. *dec. tert. Fut. O.* Miſcuit, confudit. *cca.* VIII. *Paſſ* 2, Fermentata fuit *maſſa. dec. quart.* Butyrum cum lacte, *ſ.* oxygala liquatum.

לוט Abſcondit, involvit, *v.* לאט. *Pa* הַלּוֹט הַלּוֹט *pro* הַלּוֹט *operimenti iſtius* obducti. Iſ. 25. 7. *f.* לוּטָה Involuta, 1 Sam. 21. 9. *Hiph. Fut.* וַיָּלֶט *& obvolvit.* 1 Reg. 19. 13.

לָט m. Abſconſio. בַּלָּט Abſconditè. Ruth 3. 7. & בַּלָּאט *id.* Jud. 4. 21. *Pl.* לְטִים Incantationes, *quod occultè fiunt. Aff.* בלטיהם Ex. 7. 22. & בלהטיהם. v. 11. *pro* בלאטיהם. *v. Sanh.* 67. 2.

مُمَوَّهَة ; *prim. Fut.* O. I. A. Aquam conſpicuam habuit, eâque ſcatuit *puteus.* 2, Aquam admiſit, intra ſe accepit, *navis.* 3, *et. mediâ* ', Propinavit, deditve *aquam. ccap. G.* 4, Miſcuit, confudit. II. Aquoſus fuit *locus.* & *c* אלסמאפ- Multum pluit. *Gig.* 2, Multum aquæ indidit *ollæ*, affudit *loco. cca.* 3, Argento, *vel* auro illivit *rem* æneam, *aut* ferream. *cca. hinc* 4, Fucavit, adulteravit, *nuncium. ccar* & עלי *p.* Impoſuit *ei.* Col. 2. 4. IV. Aquâ perfuſa fuit *terra. Gig.* 2, *i. q.* 3, I. *ccap.* 3, Aquâ imbuit *cultrum*, eamve affudit *illi*, dum acueretur. *cca.* Aquam collegit *in aquatorio lacu*, eâve implevit *lacum. cca.* & Ad ſcaturiginem perduxit fodiendo *puteum. cca.* Ad aquam pertigit *foſſor.* & Aquam infudit *atramentario. cca.* Pluviam fudit *cœlum.* 4, Utero fœminæ ſemen immiſit *admiſſarius*, *pro quo* & אַמוָּהָ *dicitur.* 5, Miſcuit *rem.* *ſec.* Aqua. Pſal. 77. 21. *Av.* I. 206. 24. *t.* 29. *ſeqq. laudes ejus. v. Kirch. Oed.* II. 10. 406. מאפחיאה Aqua vitæ. *ib.* 411. מאפאלדהב Maildahab. *Nom.* viri. Gen. 36. 39. Pluvia; *Arabes in pluvioſis locis morari ſtudent. Gig. in genere*, Succus, liquor rei. *dicitur et. contractè* מא *man pro maân* Aquam. 2, Semen *admiſſarii.* 3, Splendor *gladii.* Nitor *faciei.* *tert. pro quo ſec. dicitur.* *quart.* Qui aqueo eſt *corde.* *ccg. ſ.* ob humiditatem ſtomachi *ita dicitur*, *ſ.* Puſillanimus, pavidus : *aut* Stolidus, vecors. 2, Medus Dan. 5. 28. *Sel.* Media, *regio. Av.* I. 222. 38. *et c* אלבַצרָהְ- *vel* אלכופַהְ- Pagus quidam Cuphiæ, *vel* Batſare. & מאה דינאר *vel* מאה Duæ quædam regiones. *quint.* אלמאפחה Caſtrum regionis : propugnaculum. *Gig.* 2, *f.* 1, *quart.* 3, Multum aquæ continens *puteus.* 4, *i q.* גדרי Morbilli. *ſext.* Aqua. *Av.* I. 124. 24. *ſept. Act.* I. *oct. Gig. i. q. al.* מאין *vel* מאין

Duæ aquæ, *vel* earum duo genera. Gen. 1. 6. *Av.* I. 49. 3. *non. c Pl.* τῦ *vig. prim.* Vultus, ejusve proſpectus. *Gig.* *dec.* Aqueus, *Av.* I. 125. 50. *G. Nub.* 9. 15. *undec.* Aquoſitas. *Av.* I. 6. 11. *duodec.* Aquea. Sap. 19. 10, 18. *dec. tert. i. q.* 3, 4, *quint.* *dec. quart.* Medus. Dan. 5. 28. c. 6. 1. c. 9. 1. *dec. quint. Act.* 1, I. *dec. ſext.* Obductum *auro. ceg. Gig.* *dec. ſept. Dimin.* τῦ מאי, Modica aqua. *dec. oct. pro dec. ſept.* *dec. non.* Nitor, & pulchritudo faciei. *G.* *vigeſ.* Aquæ nitor in vultu pulchræ mulieris. *Gig.* *vig. prim. c Pl.* Speculum: *qſ.* aquæ ſimile. 2, *diptoton, Nom. propr,* mulieris. *G.* 3, *Pl. et. Pl.* τῦ *non. Gig.* *vig. ſec. Pl. mult.* τῦ מאי Aquæ. Pſal. 1. 3. & 28. 3. & 31. 7. & 76. 15, 16, 19. & 77. 17, 20. *De earum natura, & diſtinctione v. Av.* I. 48. 38. *t. ſeqq.* & 206. 25, 27, 28. *vig. tert.* Aquæ. Eccle. 2. 6. Pſal. 17. 13. *vig. quart. Pl. pauc.* τῦ מאי. *vig. quint. i. q.* חִילָה Fraus, aſtutia. *BB. Act.* II. & *i q.* חַלְבִּים Adulteratio. Simulatio. *vig. ſext. Act.* 1, II. *vig. ſept. Nom. propr.* *vig. oct. vox derivata ex* הום, & הים, *i. ac* אלמהימאן. *Gig. vig. non.* Palliata, *ſ.* ſophiſtica *ſapientia.* 2 Pet. 1. 16.

מוז CH. מוזא, מוּזָא מוז Gluma, ſtipula, *Heb.* מוֹץ Job 21. 18. Pſal. 1. 4. Pugillus, *Kiddusch.* 52. 2.

SYR. ܡܘܙܐ Muſa *arbor.*

ÆTH. ሞዝ : *i. q. Ar.* מוז.

AR. مَوْز 2 ٥ 3 مَوَاز ; *prim. Coll.* Muza, *Nom. fructûs.* Maucum, *ſ.* ariena. *Plemp. p.* 203. *in Av.* I. 213. 7. *t.* & 396. 45. & 516. 25. Uva Damaſcæna. *Gig* Arbor vitæ. *Bd. Ferunt doctores Muhammedani hujus fructûs commeſtionem Deum primis parentibus interdixiſſe: ubi v. comediſſent, nuda verenda ejus plantæ foliis, inter plantas reliquas ei rei aptiſſimis, operuiſſe. Species ejus:* 1 קנר 2 פילי 3 עמאני 4 מויאני 5 סכרי. *ſec. No. unit.* τῦ *prim. Una Muſa quandoque 12 unciarum reperitur. G. Nub.* 34. 4, 5. *v. Le. Afric. lib.* ix. & *Bello. in Garc.* 229. *tert.* Qui venundat illos fructus.

מוח מוֹחַ m. Medulla. & *quod in re aliqua* Præcipuum *eſt.* Job 21. 24. מֵחִים מֵיחִים m. p. Medullata, pinguia, Pſ. 66. 15. Iſai. 5. 17.

מְמֻחָיִם m. p. Medullata, Iſai. 25. 6.

CH, מוחא מוחַ *i. q. Heb.* & Cerebrum. Deut. 28. 35. 2 Sam. 14. 25. *Jevam.* 9. 1. Pſ. 102. 5. *Kimch.*

SYR. ܡܘܚܐ Medulla, cerebrum, ſpina dorſi, tempus *pars capitis,* vertex, Deut. 28. 35. Iſai. 1. 6. Heb. 4. 12. מוחא גרם Nucha, pars poſterior capitis. *Nov.*

SAM. ࠌࠑࠇࠄ Frons. Exod. 28. 38.

AR. مَاحَ 2 ح ، مَاحِكٌ 3 مَوْحٌ 4 مَاحَان 5 مَاحُوَان ; *prim. Fut. O.* Sedata fuit, conſedit *ira. G.* *ſec. Nom. propr. et* Statio quædam. *tert.* Mitigatio iræ. *quart.* Oppidum quoddam. 2, *Nom. propr.* *quint. i. q.* 1, *quart. Gig.*

מוט מוט *Lat.* Motus, dimotus, tranſmotus, lapſus eſt, Nutavit, declinavit, vacillavit, Pſal. 94. 18. *Pa.* Prov. 25. 26. *Pl.* c. 24. 11. *In.* Iſai. 24. 19. *Fu.* c. 54. 10. *Niph.* נָמוֹט *Id.* Pſal. 17. 5. *Fu.* Pſal. 16. 8. Pſ. 82. 5. יִמִּיטוּ Pſal. 140. 11. *quod legendum* יִמּוֹטוּ. *Hiph* הֵמִיט Movere, labi fecit, commovit, *Fu.* Pſ. 55. 4. *Hithp.* הִתְמוֹטְטָה Commovit excuſſit ſeſe, Iſai. 24. 19. Pſal. 94. 18. מוט m. Dimotio, nutatio. Pſal. 55. 23. לַמּוֹט Ad dimotionem, Pſal. 121. 3. *It.* Vectis, palanga, pertica, *qua aliquid de loco in locum*

movetur, Num. 4. 10. c. 13. 24. Lorum jugi, jugum, *Aff.* מֹטֵהוּ Nah. 1. 13. f. מוֹטָה Jugum, vectis, pertica, temo, Iſai. 58. 9. Jer. 28. 10. *Pl.* v. 13. Lev. 26. 13. 1 Par. 15. 15.

CHAL. מוט *i. q Hebr.* Lev. 25. 35. *Ithp.* אִתְמוֹטֵט *Id.* Pſal. 94. 16. Pſal. 96. 10. *Hiph.* הֵמִיט Nutare fecit, commovit.

מוט מוֹטָה Vectis, palanga, *Betz. c.* 3.

מוטה Os duplex in gallina. מוטות Vincula.

SYR. ܡܛ *i. q. Hebr. de inanimatis dicitur.* Pſal. 62. 4. *et de animatis,* Pſal. 94. 18. Deut. 32. 35. ܡܛܝܬܐ ܡܛܝܐ Declinatio, deflexus, *Subſt.*

¶ AR. מוי. *v. ſub* מוה.

מוך מָךְ מוך *Lat.* Macuit, tenuis factus, attenuatus, ſubmiſſus, depreſſus, depauperatus eſt, Lev. 25. 47. c. 27. 8. *Fu.* c. 25. 25, 35, 39.

CHAL. מוך *i. q. H.* Hab. 3. 6. *Rab.* Tenuis, mollis, tritus, attritus fuit, *Sanh.* 95. 1. Duplicavit, ſtravit, ſubſtravit, *Metz.* 84. 2. *Taan.* 21. 2. *Berach.* 59. 1.

מָךְ מְכָא Tritum, attritum, *Kama.* 37.

מוך Tenue, lene, molle, *Schab. c.* 3. *Mis. Nidda* 3. 1. *Pl.* מוכין Mollia, *ut ſunt Lintea, ſtragula, goſſapina,* (*unde Angl.* Match, *ellychnium, quod ex ea conficitur*) *lana, flocculi, lectus, muſcus, raſura lintei quæ vulneribus imponuntur, Schab. c.* 4. 5. *Kama* 10. 10. מים מוכין Aquæ lenes, tepidæ, *Mikva. c.* 1. *Gloſſ.* ſalſæ, amaræ, *aut* calidæ & *Majem. in Para. c.* 7. *explicat per* המויקין Aquæ noxiæ, nocentes, *quales ſunt ſalſæ & tepidæ.* נְמִיכוּת Depreſſio, ſubmiſſio *vocis. Sh.*

SYR. ܡܟ 2 ܡܟܝܟܐ 3 ܡܡܟܟܐ 4 ܡܝܟܐܝܠ ; *pr. i. q. H.* Heb. 2. 9. *ſec.* Humilis, ſubmiſſus. *tert.* Humiliatus. *quart.* Michaël, *i. e. Angelus humilis, vel humilitas Dei.*

מול מול Circumcidit, præcidit *præputium carnis, vel cordis,* Joſ. 5. 7. *PP.* מול Jer. 9. 25. *Pl.* מֻלִים Joſ. 5. 5. *Im.* מֹל v. 2. *Fu.* v. 3. *Niph.* נִמּוֹל Circumciſus eſt, *In. et Fu.* הִמּוֹל יִמּוֹל Gen. 17. 13. *Im.* Jer. 4. 4. *Pih.* מולל Succidit, excidit, *Fu.* יְמוֹלֵל Succidet, excidet, *quiſpiam, pro* excidetur, Pſal. 90. 6. *Hiph.* הֵמִיל *Id. Fu.* Pſal. 118. 10, 11, 12. *Hithp. Fu.* כְּמוֹ יִתְמוֹלְלוּ Ac ſi exciderentur, *ſ. ſicut ii, qui* (*agitando*) ſe defatigarunt penitus. *v. Ar.* מלל *Accedunt* LXX. *Æth. Armen. Arab nr. Neb. Rom. Maurit. & Syr.*

מוּלָה f. Circumciſio, præciſio *carnis. Maribus præcepta tantum ut omnes de ira Dei admonerentur, quod eſſent peccatores: fœminis parcebatur, quod ex muliere Chriſtus extra ſemen virile naſciturus. M. v.* שמן. *v. Bx. Syn. Jud* 87. *Pl.* Exod. 4. 26.

מול מוּל Coram, contra, erga, è regione, verſus, Exod. 18. 19. Deut. 1. 1 אֶל־מוּל *Id.* Exod. 26. 9. *Aff.* מִמֻּלִי E regione mei, Num. 22. 5. *Cum* א *interpoſito* לְמוּאל Neh. 12. 38.

CH. מול *i. q. Hebr Ithp.* אִתְמוֹלַל Succiſus eſt, Job 14. 2. c. 18. 16.

מִילָה Circumciſio, præciſio præputii, Cant. 3. 8. עָ״ז 27. 1. מילתא Inciſio venæ, venæſectio, *Taan.* 21. 2. *Schab.* 129. 1. *Chol.* 111. 1. Galla, *i. q.* עפצא *L' Empereur Midd.* 128. מילא *id.*

מול Propter, pro, *R. Levi.* Prov. 10. 16.

מוליתא מוּלִיתָא מוּלְיָא Mula, Ex. 14. 7. *Jon. Pl.* מוליון מוּלְיָתָא מוּלָאוֹת v. 25. *Schab.* 52. 1. *in T. H. Berach.* 12. 2. *Emite mulas quæ aures habent tenues; quarum mater equa, patr aſinus.* מיל *v.* מיל.

SYR. ܡܘܠܐ f. ܡܘܠܝܬܐ 2 ܡܘܠܝܬܐ 3 ܡܘܡܠܘ ; *pr.* Mulus: *It.* Arbor quædam: & Vas æneum, *quo vinum ex œnophoro accipiunt,*

ſimile Ar. סחארת *BB.* *ſec.* Mulus & mula, *Pl.* 3 Eſd. 5. 43. *It.* Piſcis. *BB.* *tert.* Moly, *herba.*

AR. مَالَ 2 مَالٌ 3 ه 4 مَوَّلَ ، ه 5 مَوْلٌ ، مُؤُولٌ 6 مُوُولٌ ، مُوَيْلٌ 7 وَتَ ، مُوَيِّلٌ 8 مَوْلِي 9 مَالِيَّةٌ 10 أَمْوَالٌ 11 مَمُولٌ 12 مُمَوِّلٌ 13 تَمَوُّلٌ ; *prim. Fut. O, A,* Dives fuit, *pec.* pecorum. Abundavit. Gen. 12. 16. *Ar. Sam.* 2, Opes dedit. *ſ.* donavit. *ccap.* II. *Tranſ.* 1, I. Divitem reddidit. *ccap.* IV. *i. q.* II. *ccap.* V. *i. q.* 1, I. Acquiſivit. Gen. 12. 5. X. *i. q.* V. *ſec. Pl.* אמואל Quod quis poſſidet. Opes. *pec.* pecora. Facultates: divitiæ. Gen. 17, 13. c. 12. 16. Pſ. 104. 20 & 111. 3. & 118. 14. Argentum. 1 Par. 29. 8. Moneta. 2 Par. 5. 1. c. 9. 14, 27. c. 17. 11. c. 24. 5, 11. c. 25. 6, 24. Pecunia. Act. 8. 18. c. 22. 28. 1 Tim. 3. 3. c. 6. 10. Ebr. 13. 5. *Bd.* בית מאל Gazophylacium. Theſaurus. 2 Par. 16. 2. 2, f. & *Pl.* מאלה c. & מאלון m. מאלאת f. Dives, locuples. *G. Nub.* 29. 9. 3, *c* הדה *i. q.* מא להאדא, Quid huic, quid hic eſt? *Gig.* *tert.* f. & *Pl.* 2, *ſec.* *quart. Coll.* מולה *Unit.* Aranea. *quint. Act.* 1, I. 2, מוּל & מוּלי Dominus: *eſt apud Mauritanos maxima dignitatis nomen et regum titulus. Bd. v.* ולי. *ſext. vulgo poſt. Diminut.* 1, *ſec.* Parvæ opes. 2. Menſis Arabum Rezjeb. *G.* *ſept.* Aſylum. *Gig.* *oct.* Μῶλυ, moly, *al.* חרמל, *nom.* rutæ ſylveſtris *in Cappadocia. Dioſc.* III. 53. *Av.* I. 224. 18. 2, Mola, *al.* אלרחא, morbi genus. *Av.* I. 581; 5, 6. *non.* Opulentia. *dec. Pl.* 1, *ſec.* Divitiæ. Bona. Gen. 12. 5. 1 Reg 3. 13. Pſal. 48. 6. & 77. 53. Act. 4. 32. Ebr. 10. 34. *Bd.* Patrimonia. *Cor. Sur.* 4. 4, 9. ביות אמואל Æraria. 1 Reg. 9. 19. *undec.* Ditatus opibus, opulentus. *G.* *duodec. c* מאלא *capra* Ob quam opes acquiras. *dec. tert. Act.* II. *Gig.*

מום מום μῶμος, Maime Vitium, labes, macula, Lev. 21. 17. Cant. 4. 7. *c* א Job 31. 7. מאום Dan. 1. 4. *Aff.* Prov. 9. 7.

CH. מוּמָא, מום *i. q. H. ibid. Metz.* 59. 2. *Pl.* מוּמִין *Bechor.* 38. 2. מוּמֵי *v.* יָמָא.

SYR. ܡܘܡܐ ، ܡܘܡ 2 ܡܡܘܡܢܐ 3 ܡܘܡܝܐ ; *pr. i q. H.* מום *ib.* Col. 1. 22. *ſec.* Maculatus, vitioſus, crudelis, *Nov.* 63. *tert.* Mumia. (*ab Ar.* מום *Cera.*) *hanc Daniel primus in Perſia confeciſſe, Perſaſque eam conficiendi artem edocuiſſe dicitur, BB.*

AR. مِيمَ pro مُومَ 2 مُومٌ 3 مِيمٌ 4 مُومَا ، مُومَاة Pl. مَوَامِي 5 مُومِيَا ، اي ، ايبي 6 مَمُومٌ 7 مَامِيَة إِبْن ; *prim.* Pleuritide correptus fuit. *ſec.* Pleuritis. *G.* Febris. *Gig.* & Morbillorum genus vehementiſſimum. Variolæ plumbei coloris. *Av.* II. 36. 17. 2, Cera: & Propolis, *gluten quo oras alvei ſui compingunt apes. Av.* I. 150. 13. & 169 16. *et* 208. 19. *t. et* 268. 8. *et* 370. 21. II. 159. 23. *et* 241. 5. 3, Inſtrumentum, quo fila continentur, *et* tela texitur, *G. et.* ſutoris, *vel* fabri lignarii. *tert. i. q.* 1. *ſec.* *quart. et* מומי Solitudo. *Gig.* Deſertum. *quint. vulgo* Mumia: Piſſaſphaltus, *medicamenti genus. v. Plemp. p.* 197. *in Av.* I. 209, 23. *t. et* 297. 11, 16. *et* 331. 7. *et* 362 45. II. 248. 5. *Dioſc.* I, 100. *de mumia ſepulchrali v. Kirch. Oed.* III. 396. *Parkinſ.* 1593. *ſext.* Pleuritide, *aut* morbillis laborans. *G.* *ſept. Nom. propr. viri. Gig.*

מון תְּמוּנָה Imago, phantaſma, ſimilitudo, idea; *dicitur de rebus corporalibus, atque*

atque ſpiritualibus, de his quæ per ſenſus percipiuntur, et quæ per intellectum intelliguntur tantum. ut de Deo, R. Da. More Bx. 6. Exod. 20. 4. Job. 4. 16. Deut. 5. 8. c. 4. 12, 15, *Cn.* 16, 23, 25. Num. 12. 8. *Aſ.* Pſal. 17. 15. בהקיץ תמונתך *Cùm apparuerit* gloria *tua, VLa. Cui accedunt LXX, Aquila, Theod. Ar. nr. Ro. Neb. R. Sa. &c. S. Auguſtinus,* &c. *Syri ni fallor omnes. niſi quod* תמונתך *per* ܦܪܨܘܦܟ *vertunt. Ut rebus mundi ſatiantur mundani*, v. 14. *ſic ego* gloria *vultûs tui, v.* Pſal. 4. 7. *Suffragantur oculatiſs. Caſtal. Hamond. Genebrard. &c. Hac maximorum autoritate videtur interpretatio optima. Æth. In contemplando gloriam tuam, viſione ſc. mentali atque beatifica, aut apprehenſione intellectuali; ita exponitur* תמונה *R. Da. A. Ez. O. Gaon, Midr. Tillin. R. Himan &c. Atque hi firmè omnes* בהקיץ *de Deo interpretantur, cum evigilaverit Deus, ſ. evigilare fecerit hanc* Viſionem, gloriam. *Remotiſſimi non tantum, ab hoc penè univerſali antiquitatis conſenſu. ſed à vero hujus loci ſenſu, cum unico in Orient. Chald. et in Occid. S. Hieron. R. Sa. R. Abrah. et poſt hoſce, Critici (ut vocantur) noſtri (excepto Caſt.) omnes; nec non Verſs. Angl. Germ. Belg. Gal. Hiſp. &c. Apud Log.* Figura Syllogiſmi. *IB.*

CH. מון Inimicus, *Plant.* 2. *i. q.* מהון Ab illis. 2. *Targ. Eſth. quæ apud. Samarit. frequens eſt eliſio.*

SYR. ܡܘܢ 2 ܡܘܡܢܐ 3 ܡܘܢܝܬܐ, ܡܢܐ; *prim.* Cur? quid? Jud. 13. 17. quicquid, res. Neh. 11. 24. *Off. Mar.* 92. *ſec.* Aqueus, *à Syr.* ܡܝܐ *tert.* Moneta, ſignum, ſignaculum, *Off. Ma.* 497.

SAM. [illegible] *i. q. H.* [illegible] *Non ſimiles facta (condita) fuerunt (creaturæ) ſecundum exemplar, neque juxta ideam (aliquam) fundatæ. Lit. Dam.*

AR. مان 2 مون 3 مونة 4 ممون 5 تمون 6 تمينة 7 ذو المامونين; *prim. Fut. O,* Proſpexit *ſuis* de rebus ad vitam neceſſariis; Curavit, ſuſtentavit, aluitque *eos. ccap* Gen. 45. 11. Providit *ei.* c. 47. 12. 2, *c* אלרגל *Illius* vim toleravit. 3, Subrogatus fuit *illi, ejusve* vicem ſubivit. *Gg.* II. Aluit *illum.* Gen. 50. 21. III. *i. q.* 1, I. Gen. 47. 12. *Er.* Cumulavit *frugem.* c. 41. 34. *Er.* V. תמון Multum erogavit in ſuos. *G,* 2, Alimentis inſtructus fuit. *Gig.* VI. Imperio alicujus obedivit. Gen. 41. 40. *Er.* *ſec.* Anguſtia. Compreſſio. *Gig.* Nocumentum. *Bel.* Commune officium. *Cr. Av.* II. 42. 48. *tert.* Commeatus. *v.* מאן. Alimentum. Gen. 42. 33. *Erp.* Cibarium. Neh. 5. 14, 15. 2 Macc. 49. 28. Procurator *domûs.* Gen. 15. 2. *Erp.* 2, Offendiculum. *Av.* I. 83. 52. & מוּנָה Nocumentum. *Av.* I. 310. 32. Sollicitudo. II. 86. 14. *it.* Nutrimentum. *v.* 2 Cor. 12. 14. *Erp.* *quart.* Cui de victu *et* amictu proſpectum: curatus, ſuſtentatus *G.* *quint.* Effuſus ſumptus erga familiam. *ſext.* Præparatio. Cogitatio. Contemplatio. *ſept.* Locus quidam. *Gig.*

מוס SYR. ܡܘܣܐ *Pl.* ܡܘܣܐ̈ 2 ܡܘܣܝܩܝ & ܡܘܣܝܩܘܬܐ 3 ܡܘܣܝܩܪܐ; *prim.* Intractatus, indomitus, *et* calcitroſus *mulus, It.* Cerebrum & Atramentum. *BB.* *ſec.* Muſica. *tert.* Muſicus, cantor. Apoc. 18. 22.

AR. ماس 2 س 3 الماس 4 موس 5 موس، مسي *Pl.* مواسي 6 مواس 7 موسي; *prim.* Raſit caput. *Gig.* *ſec.* Levis *et* inconſtans *vir.* *tert.* Adamas. Smyris. *Plemp in Av.* I. 135. 35. *t. G. Nub.* 38. 12, Sardius. Apoc. 21. 20. Am. 7. 7, 8.

quart. Act. I. 2, Cùm manibus vulva camelæ mundatur. *Gig. pro* מַסִּי. & Abraſio pilorum, *quint.* Novacula, *quâ deraduntur crines.* Pſal. 51. 2. *Ro.* Jud. 13. 5. c. 16. 17. 2 Sam 20. 8. *Av.* II. 168. 37. *v.* וסי. 2, *poſter. et.* Moyſes. *Cor. Sur.* 2. 50. & 7. 92. *ſext. c* אלנאם- Bona, *ſ.* mala, *quæ viris contingunt.* *ſept. c* אלגלדה- Habens cutem diverſis maculis, & notis diſtinctam. *v.* וסי. *Gig.*

מוע SYR. ܡܥ Munxit, emunxit, expreſſit *liquorem*, ſcaturivit: & Ratiocinatus eſt. ܡܒܘܥܐ 2 ܡܘܥܐ; *prim.* Scaturigo. *ſec. id.* Emunctio, expreſſio liquoris, & Ratiocinatio.

AR. موعة 2 ¶ ماع *Act.* & موع، مواع; *prim.* Vigor, *ſ.* prior pars adoleſcentiæ. *Gig.* *ſec. Fut.* O. Vociferata fuit *felis.*

מוף מף *i. q.* נוף (*ut* כמהם & כמהון *id. R. Da.*) Memphis, Hoſ. 9. 6. *Copt.* Μανϕθα *q. d.* Μαοι Φϯα *Aqua Dei. Kirch. Oed.* 1. 26. *minus rectè S. Hier. Aquila (ut dicitur) & Gloſſarius Philonis, Memphis, ex ore, qſ.* מפה *exp. hodie* Damiata *dicitur. Ge. Nub.* 119. Alcayro, *Kir.*

SYR. ܡܘܐܣܦܪܓܘܣ Μύον, aſparagus. *Dioſc. p.* 445.

מוץ מוץ m. Gluma, palea, ſtipula, Pſal. 1. 4. Iſa. 29. 5. *v.* מִיץ & מָצַץ.

CH. מוץ Suxit דלא מייץ *Qui non poteſt ſugere, Schab.* 134. 1 מוֹצָא. מצץ *v.* מִיצָא. מוץ *i. q. H.* Iſa. 17. 13. c. 41. 15. *Rab.* Caput ceparum.

SYR. ܡܨ 2 ܡܘܨܐ; *prim.* Exuxit, emunxit, μύσσω. *ſec.* Suctus, *Subſt.*

AR. ماص 2 موص 3 مواصة 4 موصة 5 تمويص; *prim. Fut.* O. Lavit, *cca, pec.* leniùs. 2, Confricuit manu. *cca* II. Lavit. Mundavit *veſtes. cca.* 2, Ficis exercuit mercaturam. *ſec. Act.* 2, *i. q.* תין, Ficus. *G.* 3, Deriſor. *tert.* Ablutio. *Gig.* 2, *i. q.* עִסאלה *goſâlaton.* Aqua, quâ lavatur. *quart.* Lotio una, quæ aquâ fit. *G.* *quint. Act.* II. *Gig.*

מוק *Hiph.* הֵמִיק Tabificus fuit, contabuit. Diſſolutum ſe reddidit, *Fut.* Pſal. 73. 8. *v.* מקק *At* LXX, *Æth. V La. Syri quos vidimus omnes,* 5. *Ar. ſenſum* Cogitandi, & garriendi fatuè *ac* futiliter (*v. Ar. infra*) *huic verbo tribuunt. Ch. atque Syr. quod fatui eſt ſignif.* Irridere, ſubſannare. *v. Cl. Hamond.*

CH. מוק Tabuit, contabuit. *Chol.* 47. 2. *It.* Irriſit, deriſit, *Angl.* To mock. *Pah.* מַיֵּק Deriſit, deſpexit, Prov. 19. 28. *Aph.* אַמִּיק *id.* c. 9. 12. Iſa. 37. 22.

מְמִיקָן, מַמְקָנָא, מְמִיקָנָא, מְמִיקָן *vel* Deriſor, Prov. 9. 8. c. 20. 1. *Pl.* c. 19. 29.

מַמְקְנוּתָא Deriſio, ſubſannatio, Pſal. 44. 14. Prov. 1. 22.

מוק, מוקא Soccus, crepida, *Jebbam.* 102. 2. *Pl* Eſt. 8. 15. *Gittin.* 68. 2. מוקיון, *Vocabulum irriſionis;* Ludibrium, עין 18. 2.

SYR. ܡܩ Deriſit, ſubſannavit, 2 Reg. 19. 21. Neh. 2. 19. c. 4. 1. Job. 9. 23. c. 21. 3. Pſal 2, 4. Luc. 16. 14. *It.* Mimum egit, ludicram artem fecit, laſcivivit.

ܡܘܩܐ 2 ܡܘܩܝܐ 3 ܐܘܩܝܬܐ ܡܡܩܢܐ 4 ܡܡܩܢܢܐ; *prim.* Calceus. *ſec.* Illuſio, deriſio, ſubſannatio, Job 34. 7. *Off. Mar.* 349. *tert.* Opium nigrum *quart.* Deriſor, illudens ſubſannator, *Pl.* Pſal. 1. 1.

ÆTH. ሞቅቀ፡ Calefieri, incaleſcere. *Præt.* ቆቀ፡ Caluit. Pſal. 38. 4. X. አስተሞቀ፡ Calefecit. 3 Reg. 1. 2. ወአስተሞቅዎ፡ አስተንፋሶ፡ አድግ፡ ወላህም፡ በመዋዕለ፡ ቍር፡ *Et calefecerunt eum halitu ſuo aſinus, & bos in diebus frigoris. Miſſ.* 173. 4. Act. 28. 2. *Fut.* ያስተሞቅ፡ Calefecit. *Miſſ.* 165. 2. ምውቅ፡ Calidus. Act. 3. 15, 16. Fervidus Apoc. 3. 15. (ሞቅ፡ Calor. ሙቀት፡ Calefactio. *JL.*

AR. ماق 2 موق 3 موق 4 مووق 5 موافة 6 أمواق 7 مائق f. ة *Pl.* موقى 8 موقان; *prim. Fut.* O. Vecors, & fatuus fuit, deſipuit; *pec.* per ſocordiam. 2, Levis pretii, *ſ.* levi pretio venalis fuit *res.* 3, Periit. VII. *i. q.* 3, I. Interiit. X. Meruit, dignus fuit. *G.* 2, Se fatuum præ ſe tulit, ſtolidus fuit. *Gig.* *ſec. Act.* 2, 3, I. *tert. Pl.* אמואק, *Perſ.* מוזה Ocrea craſſior, quæ alteri interiori, & tenuiori ſuperinduitur. 2, Formica alata. 3, *i. q.* מאק, Hirquus oculi. 4, Pulvis. 5, Stultitia, vecordia. 6, *Act.* I. *quart. Act.* 1, I. *quint. Act.* 1, 3, I. *G.* Fatuitas, ſtoliditas. *ſext. Pl.* 1, 2, 3, 4, *tert.* Crepidæ, cothurni craſſiores. *Gig.* *ſept.* Inſipiens, fatuus, vecors. 2 Tim. 2. 23. *ſ.* Stolida *quæſtio.* Tit. 3. 9. מאיק אלקול Stultiloquium. Eph. 5. 4. *oct.* Oppidum quoddam. *Gig.*

מור *Hiph.* הֵימִיר הֵמִיר Mutavit, commutavit, Jer. 2. 11. *In* Pſal. 46. 3. *Fut.* Lev. 27. 33. *Niph.* נָמַר (*qſ. à* מָרַר) Mutatus eſt, *ſic Oriental. Intt. omnes,* Jer. 48. 11.

תְּמוּרָה f. Commutatio, permutatio, *Aff.* Lev. 27. 33. *Genus Cabala, Jezira.* 27.

מור m. Myrrha, Cant. 1. 13. c. 3. 6. *Aff.* c. 5. 1. *Schickard.* ם׳ הם 23.

CH. תְּמוּרָה *i. q. H. pec.* Cabaliſtarum, *Jezira.* 27. *it.* Pro, loco, vice, *R. Da.* 1 Reg. 1. 15. תמורה *i. q.* הֲמָרָה.

מוּמָר Mutatus *à religione, & fide ſuâ,* Apoſtata, *Horajoth* 11. 1. *Pl.* Lev. 1. 2. *Jon.*

מוֹר, מוֹרָא, מוּרְיָא, מֵירָא Myrrha, Ex. 30. 23. Prov. 7. 17. Exod. 30 34. *T. H. Midr. Eſth.* 2. 5. *ſi. al.* Muſcum *exp.* מור ראש לכל הבשמים *præſtantiſſimum eſt omnium aromatum. v. Mikv. c.* 9.

מוּרון Nigrum, *Gr.* μαῦρος, *Breſh. rab. ſ.* 7.

SYR. ܡܪ Emit, Gen. 42. 2. c. 43. 20, 22. Iſa. 55. 1. *Aph.* אַמִּיר Emere fecit, vendidit, Gen. 42. 6.

ܡܝܪܐ 2 ܡܘܪܐ 3 ܡܘܪܘܣ, ܡܘܪܘܣ 4 ܡܘܪܘܢܐ; *prim.* Annona, Gen. 44. 2. *ſec.* μύῤῥα Myrrha, gummi, fungus arborum, moſchus, & ſuccinum odoratum, Matt. 2. 11. Mar. 15. 23. *Bibl. Crit.* IX. 3711. *Nom. urbis,* Myra, Act. 27. 5. *It.* Gradus ſphæræ cœleſtis. *It.* & מורים Lonchitis, *BB.* *tert.* μύρον Chriſma, opobalſamum, Matt. 26. *tit. Sev. lib. Rit.* 83. 89, 90, 101. *quart. Nom.* arboris *cujus folia, & flores rutilanti haſtæ ſimiles: al.* Lonchitis. *It. Bar Serußh. i. q.* ניוונא *BB. Novar.* 193.

SAM. ࠌࠉࠓ Timuit, (Mutavit *fidem*) Exod. 20. 22. Deut. 18. 22. *conv. e H.* מגור *Gal.* Paour. ࠄࠌࠅࠓ Mutatio. *Deus ſemper idem* [illegible] *abſque varietate, vel mutatione. Lit. Damaſc.* 2, ࠌࠉࠓ *i. q. Ar.* מיר Emit. *Infin.* ࠋࠌࠌࠉࠓ Gen. 43. 20, 22. *Im.* ࠌࠓࠉ c. 44. 25. [illegible] c. 42. 2. *Pa. c* ࠉ: c. 47. 14. *Fut* c. 42. 3. Deut. 2. 6. *Aph* ࠀࠌࠅࠓ Vendidit, v. 28. Gen. 41. 56 *Pa.* ࠌࠌࠅࠓ c. 42. 6. *Fut.* Num. 21. 22. ࠌࠅࠓ Frumentum, eſca. Gen. 41. 56. c. 42. 1, 2. c. 45. 23. Jumentum, 23. ࠌࠅࠓࠄ Emptio. c. 44. 2.

AR. مار 2 ر 3 مار سرجيس 4 مور 5 مور 6 ة 7 مائر 8 رة 9 موار f. ة 10

مارية 11 موارة 12 م 13 مارة 14

موران 15 موريان 16 موريان حوريان

17 تمور ; *prim. Fut.* O. Huc illuc, *ſ.* ultro citroque, commota fuit *res: uti procera vento agitatur palma. Cor. Sur.* 52. 8. *et* Fluctuavit. *ita ut* Cùm horſum, *et* prorſum moventur *armi cameli.* 2, Leniter fluxit, *et* velut repſit *ſanguis per ſuperficiem terræ. cc.* עלו. 3, Præteriit. Pſal. 128. 7. *Ro.* Tranſivit. *Av.* I. 12. 11. *cc* פי Diſſeruit *de re.* 1 Tim. 1. 7. *Er.* Recurſavit. Reverſus, revolutus fuit. Conſtitit è regione *res.* Conturbatum fuit *cœlum.* IV. Agitavit *ventus pulverem. Gig. Tranſ.* 1, 2, I. *cca.* 2, Ambiit. Iſ. 50. 5. V. *i. q.* 1, I. 2, Defluxit *lana, pilive de corpore. cc* ען. VII. *i. q.* 2, V. Defluxêre, & delapſi ſunt *pili de aſino. cc* ען: *uti fieri ſolet vernali tempore.* VIII. Permeavit *nutrimentum membra. Av.* I. 551. 16. *cc* אלו. 2, Evaginavit *gladium.* *ſec.* Vir: maritus. *Gig. Syr.* Dominus: divus. 2, Tranſiens. *Av.* I. 20. 30 *tert. Duo nomina barbara pro uno,* (מאר סרחבס *Gig.*) *Nom.* loci, *vel fortè* Divus Gregorius *eſt.* *quart. Act.* 2, *i. q.* מֹוג, Fluctus, unda. 3, *i. q.* טריק Via, *pec.* trita, & æqualis. *G.* 4, Mollis *res.* 5, Excuſſio, *ſ.* carminatio *lanæ.* 6, Littus oppidorum quorundam. 7, Incognitus. *v.* ורי. *Gig.* *quint.* Pulvis vento motus. *G.* *ſext.* Quod ab ove, *ſ.* extinctâ, *ſ.* vivente effluit, & decidit. *Gig.* *ſept.* Levis, & penetrans *ſagitta.* *oct.* Fluens *ſanguis. G.* 2, Nitens, & alba *mulier. Gig.* *non.* Huc illuc movens, proferens, & retrahens, *pedem anteriorem camelus, i. e.* velox. *ccg.* *dec.* Mollis, *aut* levis *Katha avis.* *undec.* Pili de corpore aſini delabentes. *G.* *duodec. ex Ect.* אלדרכמני. *dec. tert.* Domina. *dec. quart.* Oppidum quoddam; *dec. quint.* Ab oppido illo denominatum. *dec. ſext.* Inſula quædam maris Jaman ad mare Indicum. *v.* סוו. *dec. ſept.* Acceſſus, & receſſus. *c* אלספר- Iter ad dextram, & ſiniſtram. *Gig.*

מוש מֵשׁ מוּשׁ Receſſit, diſceſſit, movit ſe, amotus, dimotus fuit, Zach. 14. 4. Amovit. removit, c. 3. 9. Palpavit, contrectavit, *i. q.* מָשַׁשׁ *Fut.* Gen. 27. 21. *Hiph.* הֵמִישׁ Palpavit, contrectavit, Pſal. 115. 7. *Im.* וַהֲימִשֵׁנִי *Et fac ut palpem,* Jud. 16. 26. *pro* וַהֲמִישֵׁנִי Receſſit, *Fut.* Iſa. 46. 7. Recedere fecit, removit, Mich. 2. 3, 4.

CH. מוּשׁ Palpavit, & *Aph.* אַמִּישׁ *i. q. H. & ib.*

ממוּשׁ Tactus, contrectatio, Gen. 27. 22. *T. H. ubi Jon.* מַמָּשׁ & מִמַּשׁ.

SYR. ܡܫ *i. q. Ch.* Gen. 27. 12. Deut. 28. 29. *It.* Scrutatus, perſcrutatus eſt, Rom. 8. 27. c. 11. 33. *Aph.* אַמִּישׁ *i. b. H. ibid. Pah.* מַיֵּשׁ Eduxit, perduxit, extulit.

ܡܫܘܫܐ 2 ܡܫܘܫܐ ܡܫܫܐ; *prim.* Palpatio, exploratio, ſcrutinium, *BB.* *ſec. Inſerviens bobus,* Bubulcus.

ÆTH. ሙሴ፡ Moſes, *Nom. vi.* Heb. 11. 23. *it. Inſtitutor religioſi ordinis in Æthiopia. Codign. d. Ab. r.* 201. *Sandoval. d. Inſt. Æth. ſ.* I. 496. *Miſſ.* 165. 1.

AR. ماس 2 مس 3 موس 4 الماسية ; *prim. Fut.* O. Reliquias uvarum quæſivit legitve *de vite ſuâ cca.* Deut. 24. 21. *Bd.* *ſec. i. q.* מנג & מַן, Leguminis genus parvum, rotundum, viride. *Av.* I. 212. 1. *t.* & 291. 36. & 296. 18. 304. 35. *et* 341. 38. *et* 435. 13. *et* 445. 4. *et* 598. 13. II. 173. 13. 2, Supellex domeſtica *pec.* vilior. *unde adagium* אלמאש חיר מן לאש *Supellex vilior vacuitati domus præſtat. G.* 3, *c* אלרגל- Aſylum, confugium. *Gig.* *tert. Act.* I *quart. Cibus* factus ex אלמאש. *Av.* I. 305. 7. *et* 459. 30. *et* 544. 13.

מות מֵת מוּת Mortuus eſt, obiit, 2 Sam. 12. 19. *tam naturali, quam violenta morte: it. ut* חיה *verbum* vivendi, *ſignif.* Convaleſcere; *ſic* מות, priſtinam ſanitatem, & vigorem amiſit. 1 Sam. 25. 37. *Ar. vertit* חשי perterritum eſt, Iſai 6. 1. *per* אתנגע *exp. Ch.* percuſſus *leprâ. de terra dicitur,* Gen. 47. 19. *In.* לָמוּת Gen. 25. 32. *et* מוֹת c. 3. 4. *Pa.* Iſai. 38. 1. f. Gen. 30. 1. *c* ה, Zac. 11. 9. *Fu.* Pſal. 118. 17. *Im.* Deut. 32. 50. *Pih.* מוֹתֵת Mori fecit, Morte affecit, occidit, interemit, interfecit, 2 Sam. 1. 16. *Pa.* 1 Sam. 14. 13. *In.* Pſal. 109. 16. *Im.* 2 Sam. 1. 9. *Fu.* v. 10 *Hiph.* הֵמִית *Id.* Jud. 16. 30. *Pa.* 1 Sam. 2. 6. *In.* Jer. 26. 19. *Im.* 1 Sam. 20. 8 *Fu.* Jud. 15. 12. *Hoph.* הוּמַת Interfectus, morte affectus eſt. 2 Reg. 11. 2. *Pa.* מוּמָת 1 Sam. 19. 11. *Pl.* הַמְּמוּתִים 2 Reg. 11. 2. *ſec. Maſor. pro* הַמּוּמָתִים *Fu.* Lev. 20. 9.

מֵת m. Mortuus; Jer. 16. 7. Cadaver. Num. 19. 11. Reus mortis. Gen. 20. 3. Deut. 17. 6. *Aff.* Gen. 23. 15. *Pl.* מֵתִים 2 Reg. 19. 35. Idola, *Ar. apud D. Hamond.* Pſal. 106. 28. *v. Ch.* Num. 25. 2. *Cn.* Thren. 3. 6. מְתִים. מְתֵי *v.* מתה.

מָוֶת m. Mors, Prov. 18. 21. *An Ada naturalis? Bx. VIII. Diſſert.* 109. *Cum* ה *parag.* הַמָּוְתָה Pſal. 116. 15. *Cn.* Num. 23. 10. *Pl.* Cruciatus letales, ingentia diſcrimina; *Cn.* Ezech. 28. 10. *Aff.* Iſai. 53. 9.

מות m. *Id.* עַל־מוּת Ad mortem uſque. Pſa. 48. 15. *al. exp.* עוֹלָמִית Perpetuò in ſeculum, *al.* Juveniliter, ſicut in Juventute, *qſ. a* עֶלֶם *Adoleſcens.* עַל מוּת לַבֵּן Super mortem Laben, Pſal. 9. 1. *al. Nom.* inſtrumenti muſici. מְמוֹתִים Mortes. *Cn.* Jer. 16. 4 Ezech 28. 8.

תְּמוּתָה f. Occiſio, mors, בְּנֵי תְמוּתָה Filios mortis, *ſ.* occiſionis, *i. e.* Morti dignos, *ſ.* deſtinatos; Pſal. 79. 11. Pſal. 102. 21.

CH. מִית מוּת *i. q. H. ibid. Pa.* מָאֵת Iſai. 38. 1. *Pl.* מָיְתִין *Fu. ſi* ימות obrigeſcat *bos,* *Sanh.* 18. 2. Gen. 5. 24. *Aph i. q. H. Hiph. Pa.* מְמִית 1 Sam. 14. 13. *Reg.* מְמִיתַת *Tamid.* 32. 1. מֵת, מִית, מִיתָא Mortuus, Gen. 23. 3, 4, 13. *Pl.* 2 Reg. 19. 35. Pſal. 106. 28. f. מִיתָא Gen. 35. 18. מֵת מִצְוָה Mortuus præcepti, *qui mortuus non habet qui ſepeliant, ex præcepto tamen Divino ſepulturam dignam & debitam meretur, ut Peregrinus, alienus, occiſus in agro, vel ſylvâ, neminem habent ex ſuis qui ſepulturam præſtent, tùm ei pietatis cauſâ, & vi præcepti, vel quilibet pius, vel magiſtratus ſepulturam legitimam debet præſtare, v. Erubh.* 17. 2. *Bx Syn. Jud* 698. *De ſtatu animæ poſt mortem. Bx. Syn. Jud.* 713. *Windet d. vi. f. ſt. ſ.* 2. *It* מִית Membrum virile languidum, & *qſ.* emortuum, *Sanh.* 55. 1 *Jevam.* 55. 2. *Conf.* Rom. 4. 19.

מוֹת מוֹתָא Mors, *idem quod H.* מָוֶת *ibid.* מותא תנינא Mors ſecunda, Iſai. 65. 6, 15. c. 22. 14. c. 51. 39, 57. *h. e. mors* בעולם הבא *in futuro ſeculo. R. Da.* מלאך המות Angelus mortis, *plenus eſt oculis, &c. v.* עין 20. 2. *Jelammed. ſect.* קח את המטה *v. Cor. Sur.* VII. 25. *Ryer, v. et ſupra* לאך *Mortis ſunt* 903. *genera; placidiſſimum, illud oſculi, quo mortuus eſt Moyſes. Cl. Gaulman d. v. Moſ.* 382. *Berach.* 8. 1. *et Seld. d. Syn.* II. 536. *Si quis repentè moriatur, eſt* חטופה; *ſi per diem unum ægrotet, et moriatur, eſt* מיתה דחופה, *ſi per duo dies, et moriatur, eſt* מיתה דחויה, *ſi per tres dies, eſt* נערה, *per quatuor* נזיפה, *per quinque* מיתה כל האדם *Siquis moriatur intra* 50. *annos, eſt* מיתה כרת *intra* 52. *annos, eſt Mors Samuelis Ramatenſis, anno* 60. *eſt* מיתה בידי שמים, *anno* 70. *eſt* שיבה, *anno* 80. *eſt* גבורה Pſal. 90. 10. *Moed. kat* 28. 1.

מִיתָה *Id.* & Supplicium mortis capitale, *More* 141. 2. *Schab. c.* 5. 55. *Moed. kat.* 28. 1. *De* 4. *apud Judæos ſuppliciis v. ſub* דין.

מְמַת *Id.* Ezech 28. 8, 10.

מְמוֹתָא *Id.* Pſal. 78. 50.

מִיתוּתָא *Id.* Pſal. 9. 1. Pſal. 116. 15. *per Apoc.* מִיתוּ Deut. 32. 1. *T. H.* *Aut ſocietas, aut* מיתותא *Taan.* 23. 1.

מוֹתָנָא Internecio, plaga mortifera, peſtis

Pſal. 106. 29, 30. *et* 47. 4. *Pl.* Lev. 26. 6, 16. *Jon. Sanh.* 29. 1. Mortalitè. *Gall. i. q.* Peſtis.

SYR. ܡܝܬ *i. q. H. ibid.* Marc. 9. 26. *at* ܡܘܬ Extitit, factus eſt, cepit eſſe. *Aph.* אַמִּית Mortificavit, occidit, Mat. 10. 21. Rom. 8. 13. *Pah.* מַיֵּת *id.* ܡܝܬܐ ܡܝܬ ܡܝܬ *Pl.* ܡܝܬܝܢ

ܡܝܬܬܐ f. ܡܝܬܐ & ܡܝܬܬܐ 2 ܡܘܬܐ

(*a*) ܡܘܬܐ ܫܠܝܐ; *Pl.* ܡܘܬܐ 3 ܡܘܬܢܐ *Pl.*

ܡܘܬܢܐ 4 ܡܝܘܬܐ 5 ܡܝܘܬܘܬܐ 6

ܡܝܬܘܬܐ 7 ܡܝܘܬܐܝܬ 8 ܡܡܝܬܢܐ 9

ܡܡܝܬܢܐ; *prim. i. q. Ch. ibid. Pl.* Epheſ. 2. 1, 5. f. Act. 5. 10. *ſec. i. q. H. ibid.* (a) mors repentina. *Pl.* 2 Cor 1. 10. *tert.* Mors, mortalitas, peſtilentia, peſtis, Exod. 9. 3. 2 Sam. 24. 13, 15, 21. Clades, Sap. 18. 21. *Pl.* Mat 24. 7. *quart.* Mortalis, *Pl.* Sap. 9. 14. *quint.* Mortalitas, *cum* לָא Immortalitas, 1 Cor. 15. 53, 54. *ſext.* Mors, mortalitas, mortificatio, 2 Cor. 4. 10. *ſept.* Mortaliter, *cum* לא Immortaliter. *oct.* Herbæ genus. *non.* Mortificans.

SAM. ࠌࠅࠕ *i. q. H. Par.* ࠌࠉࠕ Moriens, moriturus, Gen. 48. 21. c. 50. 5, 24.

ÆTH. መዊት፡ Mori. Luc. 13. 23. c. 20. 36. *Prat.* ሞተ፡ 1 Theſ. 4. 14. Mar. 5. 39. 2, ሞተ፡ ፀሐይ፡ *Sol* obſcuratus fuit, Luc. 23. 44. *Fut.* እመውት፡ Moriar. Luc. 15. 17. Pſal. 40. 5. IV. አሞተ፡ Mori coegit, morte affecit, mortem attulit, oppreſſit, ſuppreſſit. *Imp.* አሙትዋ፡ ለ፡ Mortificate, Col 3. 5. *Inf.* አሙቶት፡ Mortificatio. *IL.* ምዉት፡ Mortuus, Pſal. 105. 28. *Pl.* ምዉታን፡ Mortui (*pro quibus apud Abyſſinos nulla fiunt Sacra, Godign. d. A. r.* 124. *de illis tamen fiunt commemorationes, Miſſ.* 160. 3. & *preces,* 174. 3.) 1 Cor. 15. 12. Eph. 2. 1. 5. *c.* 5. 14. Phil. 3. 11. *Contrac.* ሙታን፡ Cant. 2. 7. *c.* 3. 5. *c.* 8. 4. Heb. 6. 2. መዋቲ፡ Mortalis 2 Cor. 5. 4. 1 Cor. 15. 54. ሰብእ፡ መዋቲ፡ *Homo* mortalis. Act. 4. 9. (ደም፡ ነፍስት፡ መዋቲት፡) *Anima ſenſitiva in homine* mortalis. *Org.* ሙተት፡ Spiritus extremus; Gen. 35. 18. *IL.* ሞት፡ Mors. 2 Cor. 4. 10. (*Morti adjudicant neminem, Alvar. H. Eth c.* 137.) ሞዓት፡ *Id.* Mar. 10. 33. *de mendo ſuſpectum.* ማውታ፡ *eſt ſemper c* እጓለ፡ *conjunct.* Pſ. 108. 8. እጓለ፡ ማውታ፡ Pupilli.

AR. مات 2 موت 3 ه 4 ميت

5 ه 6 ميت 7 ه 8 مايت f. ه

9 مايت ، موت 10 موات 11 م 12

ميتة 13 موتة 14 موتان الفؤاد ، f.

ه 15 موتان 16 موتان 17 مود 18

مواتي 19 موتاه 20 موتى 21 أموات

22 اموتة ما *i. e.* قلبة أموات ما

23 استمات 24 مماوتة 25 مموت

26 ممات 27 مميت ، ه ، *Pl.* مماويت

28 مماوت 29 مستميت 30 مميتة

31 امانة 32 تماوت ¶ 33 مات

34 موت ، موتان 35 ايماتا ; *pr. Fu. O, A, al. et.* I. Mortuus fuit. Gen. 2. 17. Rom. 6. 2, 9. Eph. 2. 1. Col. 2. 20. c. 3. 2. 1 Tim. 5. 6. *Av.* I. 43. 15. Interiit *brutum.* Inculta fuit *terra.* Deferbuit *calor:* deſæviit *frigus.*

Quievit *ventus.* Obſolevit *veſtis.* Extincta fuit *lucerna.* חיוא בעד מא מאחוא מן אלדהר *Egregiè ſe habuerunt, cùm anteà ſe peſſimè haberent. Gig.* II. *Tranſ.* Necavit, occîdit: morte affecit, *pec. cum intenſione. cca.* III. *i. q.* צאבר. *ccap.* IV. *i. q.* II. Neci dedit: *Cor. Sur.* 53. 44. & 80. 21. *pec.* morte, *et* lethali morbo *pecora* extinxit *Deus. cca.* Mortificavit. Pſal. 108. 15. *Ro.* Rom. 8. 13. Col. 3. 5. *Av.* II. 136. 30. 2, *Intranſ.* Morte fœtum amiſit *camela:* & ita Filio filiisve, *et.* camelis, orbus evaſit *homo.* 3, Multâ coctione tenera mollisque, *ac* velut marcida, evaſit *caro.* & Contundendo comminuit, *et* emollivit *carnem. cca. G.* 4, ימיתון אלצלאה עֹן וקתהא Preces procraſtinant, nec ſtatuto tempore illas obeunt. *Gig.* VI. Se mortuum finxit. 2, Mortificatus fuit. *Av.* II. 135. 19. & 136. 33. X. Morti ſe expoſuit & objecit *vir fortis:* non curavit mortem, eamve optavit. 2, Totum impendit deditque ſe, & quaſi enecavit *negotio. cc* ל. *G.* 3, Pinguis evaſit poſt maciem. *Gig.* *ſec.* Mors. Pſ. 17. 5, 6. 1 Cor. 15. 53. 1 Tim. 6. 16. *Cor. Sur.* 25. 4. *de ejus neceſſitate. Av.* I. 74. 39. *t.* Mortificatio. 34. 47, 51. *tert. i. q. ſec.* Interitus. *Gig.* Mortalitas. *Cor. Sur.* 44. 56. *quart.* Quod amplius non moritur. *Gig.* & *c Pl. ſan.* & אמואת, מותי, Mortuus. Gen. 23. 4, 6, 8, *Av.* I. 34. 49. *Cor. Sur.* 49. 12. *quint. minus rectè pro* f *τῦ quart. Cor. Sur.* 36. 33. 2, Morticinium. *Cor. Sur.* 5. 5. 3, Pecus impurum, *in quo* אלזכאה *non habet locum. ſext. i. q. quart.* Vitâ functus. Pſal. 12. 4. *Ro. Cor. Sur.* 30. 19. *de terra* 43. 11. *ſept.* Mortua *ſacrificia.* Pſal. 105. 28. *Ro.* Rom. 6. 11. 2 Cor. 5. 4. Philip 3. 10. *Bd.* *oct.* Moriens, moribundus. Mortalis, *homo.* Prov. 20. 24. *res.* f. Sap. 13. 10. *non. uti* ליל לאיל, Mors gravis & fatalis. *dec.* Exanimis. 2, Terra deſerta & vacua; *quam nemo poſſidet, aut ſuo commodo uſurpat.* *undec.* Mors. *Gig. propriè brutorum.* *duodec.* Genus morticinii, *vel* mortis. *Gig.* Mors, *i. e.* modus moriendi. *dec. tert.* Lipothymia, *aut quid ſimile, quo quis ceu mortuus apparet, et* pòſt ad ſe redit. *G.* Epilepſia, deliquium animi. Dementia. 2, *ſine Nunnat.* Terra quædam, locus *vel* oppidum in Aſſyria: *unde Denominativum,* סוּמתי. 3, דו אלמותה Equus quidam. *dec. quart.* Nebulo. f. Fatua. *Gig.* Stolidus *et* vecors. *dec. quint.* Morbus lethalis *et* letho paſſim graſſans. *dec. ſext. Oppoſ.* תּוּ חיואן Bona inanimata, *ut agri, domus.* 2, Terra culturam nondum experta. *dec. ſept.* Mortalitas. *Av.* I. 43. 14. Interitus brutorum. 2, In ſolitudinem redigenda, *ſ.* quæ in poſterum ſterilis futura fit *terra.* *dec. oct.* Mortiferum. *dec. non.* Conſenſus. Obedientia. *Gig.* *vigeſ. Pl. quar. ſext.* Mortui. *Cor. Sur.* 22. 6. 1 Cor. 15. 52. *Bd.* 2, Mors, Pſal. 6. 6. & 7. 14. Clades. 1 Sam. 5. 11, *vig. pr. i. q.* 1, *vig.* Pſal. 87. 6. Rom. 1. 4. Eph. 2. 5. *Bd. Cor. Sur.* 77. 21. *vig. ſec.* Quàm maximè extinctus corde eſt. *G. et.* מא אמות ענה *Haud illud miror.* *vig. tert. Act.* X. & Cùm quis ad rem qualibet ratione quærendam abit. *vig. quart.* Vigor animi ad res tolerandas. Cùm alium hortaris ad patienter tolerandum. *vig. quint.* Moribundus. *Gig.* *vig. ſext.* Mors. *vig. ſept.* Quæ morte fœtum ſuum amiſit *camela. G.* 2, Mortem inferens, mortificans, Mar. 16. 18. *Bd.* Retundens. Extinguens. *Gig.* *vig. oct.* Qui mortuum ſe ſimulat. 2, Hypocrita, qui devotus Deo videri cupit, cùm non ſit. *vig. non. Ag.* 1, 2, X. *G.* Audax, mortem appetens, eive ſe exponens. Ad rem ſe extendens, illique prorſus devotus. *Gig.* Biothanetos. Propriæ mortis conſcius. *Bd.* *trigeſ.* νέκρωσις. Rom. 4. 19. *Er.* 2 Cor. 4. 10. *trig. prim. pro* אמאנה *Cr.* Mortificatio. *Bel. Av.* I. 466. 23. *trig. ſec.* Hypocriſis. *Gig.* & *trig. tert. Fu. O,* Commiſcuit. *cca.* 2, *i. q.* דאף, Maceravit, diſſolvitque *rem in aqua. cca.* & פי VII. *Paſſ.* I. *G.* XI. Commixtus, eliquatus fuit. *Gig.* *trig. quart Act.* I. *G.* Confuſio. *trig. quint. Act.* XI. *Gig.*

מזז CHAL. אִתְמְזְמֵז נִתְמַזְמֵז Diffluit, vacillavit, contremuit, tremulus fuit, Job. 26. 5. *Chol.* 45. 2. Gen. 33. 4. *Jon.*

CH. מזוא Incendere, *Infin.* τῦ אזא, *quod vide.*

SYR. ܡܙܝܼܙܐ Cirri *v.* מזה.

ÆTH. መዘመዘ: Joh. 13. 5. Terſit, ab- ex- de- *humidum,* Luc. 7. 44. Joh. 11. 2. c. 12. 3. *Fut.* Luc. 7. 38. 2, *c. c.* በ: Oblevit. Illevit. V. ተመዘመዘ: 4 Reg 21. 13. *c. c.* በ: Oblitus, Illitus fuit *unguento.* ምዝምዝ: Abſterſus *vel* Illitus.

AR. مَزَّ 2 مَزٌّ 3 مُزٌّ 4 مِزَّ 5 لَهُ مِزٌّ عَلَيْكَ 6 مُزُوزٌ 7 مَزِيزٌ 8 مَزَّاءُ 9 الْمَزَّاءُ 10 مَزَّةٌ 11 مُزٌّ 12 مِزٌّ 13 أَمَزُّ 14 Q. تَمَزَّزَ *Act.* ב; *prim. Fut. O. i. q.* מץ, *aut pro eo,* Suxit. *cca.* 2, Verſavit, projecitque *talos: ut in luſu fit.* 3, *mediâ Keſr. i. q.* פצל. III. *i. q.* באער, *cc* בין. *perſona G.* Utrumque intervallum poſuit *inter illos,* & invicem longè removit. *Gig.* V. *i q.* תמצץ *vel* תמזר, Paulatim, *et* quaſi ſuctim bibit *vinum. cca.* Pitiſſavit. VI. *i. q.* תבאעדוא. *G.* Valdè remotus fuit *in illo. cc* ב. *ſec.* Cùm tenuiter *et* leniter quid bibitur. *tert. c Artic.* Oppidum Damaſci; 2, *ſine eo,* Poteſtas *Gig. i. q.* פצל Præſtantia. *quart.* Miſtum dulcedine & aciditate ſaporem habens *malum punicum, vinum, &c. Av.* I. 134. 20. & 254. 15, 18. & 349. 51. *v.* II. 138. 44. *quint.* Præcellit & antiſtat tibi. *G.* *ſext.* Manſuetudo. Flexanimitas. Tolerantia. Benignitas. 2, Copia: multitudo. *ſept.* Modicum, rarum. Difficile, aſperum. 2, עזיז מזיז Potens. *Gig.* 3, *i. q.* פאצל, Præſtans, excellens. *oct.* Linguam ſapore ſuo pungens vinum: at citra aciditatem. *non.* Species vini. *dec. i. q. oct. pec.* Vinum ſuave, gratumque: *quòd ſapore pungit linguam.* Amara *vitis. Av.* II. 162. 17. 2, *Nom. vicis,* Suctio una. 3, *i. q.* מרה Una vicis. *undec. minùs rectè pro* 1, *τῦ dec.* *duodec.* Vinum aceſcens, in quo acor citra gratiam *G.* *dec. tert. i. q.* 1, *ſept. Gig.* *dec. quart.* Huc illuc movit, & agitavit. *cca.* II. *Paſſ.* I. 2, Extulit ſe *ad ſurgendum. cc* ל. *G.* Surrexit. 3, Hinc inde abierunt, diviſi ſunt, *filii ejus. Gig.*

ÆTH. መዘበረ: Deſolatus, vaſtatus, deſtructus fuit, Eſ. 1. 7. c. 6. 11. c. 17. 1. c. 24. 10. IV. አመዘበረ: Deſtruxit, deſolavit, deſertum reddidit, Eſ. 24. 1. V. ተመዘበረ: *Paſſ.* IV. ምዝቡር: Deſtructus. Eſ. 24. 12. f. ምዝብርት: Deſtructa, diruta. Rudera, ruinæ. *Hom. TP. Sunt in Ægypto* ወሽት: ምዝበረት: ምልዕልት: ደብር: ምዝብር: *Id.* Act. 15. 16. 2, Deſtructio, Lev. 16. 31. Vaſtatio, Eſ. 5. 9. c. 17. 9. መዘብሪ: Deſtructor, deſolator, vaſtator. ምዝባሬ: Vaſtatio, deſolatio.

AR. مِيزَابٌ *Perſ.* ὑδροχόη, Canalis. *Av.* I. 105. 44.

מזג מֶזֶג m. Mixtio, temperamentum, potus infuſus, *et* mixtus, Cant. 7. 2. Perfuſio ſuaviſſimorum odorum, aromatumque; *ventriculus enim ita perfundi ſolebat olim. Æth.* መዝን: 2 Cor. 9. 2. *in hunc ſenſum puto interpretandum optimè.*

CH. מְזַג Miſcuit, temperavit vinum affuſâ aquâ, infudit, libavit, *de liquoribus dicitur Gr.* μίσγω, Pſal. 102. 10. Prov 9. 2. *Pab. id.* Iſa. 65. 11. *Niph.* נִמְזַג Mixtus, temperatus: מְמוּזג *id. et* מְזוּג *id. Peſach.* 108. 2. מֶזֶג מִזְגָא *i. q. H.* בית מוגא Oenopolium, Prov. 23. 30. Poculum infuſum, *Baſra.* 73. 2. *It. Rab.* Temperamentum corporis, *mixtum ex 4 qualitatibus, calido, frigido, &c.* מזגא חמרא *Nom* avis, *Chol.* 62. 2. *fi. et* 63. 1. מִזְגָא מִזְגָה Mixtio, infuſio, Pſal. 75. 9. מְזִגִי Mixtus. f. מְזִגִית *More c.* 34. הַמְזִגָה Mixtio. מְזוּג, מְזוּגָה Pincerna, Eſth. 1. 8. *T.* 2. *Pl.* Gen. 40. 9. *Jon.* התמזגות *Pl* התמזגויות *Id.* מְמַזֵּג Mixtus, *vel* מְמַזֵּג מְמוּזָג Mixtura, Exod. 30. 35. *Jon. et T. H.*

SYR. ܡܙܰܓ *i. q. Ch. ibid.* 1 Cor. 12. 24.

Pab. id. Cauponatus eſt, 2 Cor. 2. 17. Heb. 4. 2. *It.* Æqualis, juſtus, rectus fuit, *BB. Ethp.* אִתְמְזִג Miſtus eſt.

ܡܙܓܐ 2 ܡܙܝܓܐ 3 ܡܘܙܓܐ 4 ܡܘܙܓܢܘܬܐ 5 ܡܡܙܓܐ; *prim.* Miſtura, permiſtio; poculum; *i. q. H. ibid.* *ſec.* Miſtus, Apoc. 14. 10. *tert. i. q. prim.* *quart.* Miſcens. *quint. i. q. ſec.*

ÆTH. መዘነ: Extraxit, eripuit. *In tit. Pſalt. Col.* መዘነ: ነፍርሀት: (ነ: *rectius abeſt in Rom. & MS. Poc.*) Eripuit, *ſeu* liberavit eum timor *Domini.* 2 Cor. 9. 2. መዘነ: Liberavit: *for.* reſperſit, perfudit; *qſ. i. q. Syr.* ܢܙܰܚ *v* ማሠዘ:

¶ ምዝጋና: & *c* ም: *fi.* Præmium, gratia, bravium. *conv. c Ar.* מנאואה ብት: ምዝጋና: *Debetur ne gratia illi ſervo,* Luc. 17. 9. 1 Cor. 9. 15, 16, 25. 2 Tim. 2. 5. IV. አመዝገነ: Gratiam *alicui* habuit, retulit. V. ተመዝገነ: Gratia, beneficio, *ſeu* præmio affectus fuit, 1 Cor. 13. 3. 2 Cor. 8. 12. (ምዝጉን: Gratia, beneficio affectus. *JL.*)

AR. مَزَجَ 2 مَزْجٌ 3 مِزْجٌ 4 مَازِجٌ 5 مِزَاجٌ 6 مِزَاجٌ 7 ـجِيَّةٌ 8 مَزِيجٌ 9 مُوَيْزِجٌ *Pl.* مَوَازِجُ , ة 10 مَزْجُوجٌ 11 امْتِزَاجٌ 12 أَمْزِجَةٌ 13 مَمْزُوجٌ 14 مُمَازَجَةٌ 15 مُمْتَزِجٌ f. ة 16 مُتَمَازِجَةٌ 17 تَمْزِيجٌ 18 تَمَازُجٌ 19 مَيْوِيزَجٌ & مُوَيْزَجٌ; *prim. Fut.* A. Miſcuit re aliâ, temperavit, *vinum. cca. Av.* I. 33. 35. *H.* מסך Pſal. 201. 10. *Ro.* 1 Cor. 12. 24. Adulteravit *verbum Dei.* 2 Cor. 2. 17. *Bd.* II. Temperari ſpicâ *i. e.* eâ flaveſcere cœpit *ſeges. G.* Colorem induit *uva:* Uvas protulit *vitis. Gig.* III. *i. q.* חאלט *Cam. i. q.* פאחר *ccap.* Cum illo de nobilitate, & præſtantia diſceptavit. VI. Commiſcuit invicem. VIII. Complexione, habitudine præditus fuit. *ſec.* Cùm diſſidia ſeruntur. 2, Mixtio. Num. 15. 4, 7. *Act.* I. 3, *Quod alii reprobant, i. q.* 2, *tert.* *tert.* Amygdalum amarum. 2, Mel. *quart.* Tamariſcus. *Av.* II. 165. 25. & 168. 17. 2, Miſcens. *pec.* Pincerna. *Bd.* *quint.* Camela quædam. 2, Locus quidam. *Gig.* *ſext.* Miſtura *vini:* id, cum quo miſcetur. Num. 6. 15, 17. c. 15. 10. c. 29. 6, 25. 2, Miſtum, res miſta. 3, Temperamentum *corporis. Av.* I. 2. 4, 35. *t. ſeqq.* Complexio. 33. 33, 44. *ſept.* Complexionalitas. *Int. Av.* I. 2. 33. Ad conſtitutionem corporis pertinens. *Gig.* *oct. i. q.* 1, *tert.* *non. à Perſ.* מוזה, Ocrea. *G.* Cothurnus. Solea. 2, אלמואזג Locus quidam. *dec. ex Ect.* שכוילה דר חלפש *undec.* Combinatio, conjugatio. *Gig.* Miſceri: commixtio. *Av.* I. 33. 36. & 288. 42. *duodec. Pl. τῦ ſext* Miſturæ, complexiones. *Av.* I. 4. 9, 12. *et* 288. 1. *t.* *dec. tert. i. q.* 2, *ſext.* Temperatum, dilutum *vinum. Av.* I. 146. 41. *dec. quart. Act.* III. *dec. quint.* Conſtitutione validâ præditus. *Gig.* Complexionatus. *Int. Av.* I. 2. 40, 45. f. Admiſta. Ebr. 4. 2. *Bd.* *dec. ſext.* Contemperata, permixta invicem. *Gig.* *dec. ſept. Act.* II. Temperare. *Av.* I. 33. 35. *et* 34. 36. *dec. oct.* Commiſtio. *Av.* I. 244. 26. *dec. non. al. miubezegi,* Staphis agria, *paſſula montana. Av.* I. 209. 23. *t. et* 341. 28.

מזד AR. مَزْدٌ 2 مَزْدٌ مَا رَأَيْنَا فِي هَذَا الْعَامِ مَزْدًا pro بَرْدًا; *prim.* Coïtûs venerei genus. *ſec. i e.* Frigus. *G.* Hoc anno frigus non ſenſimus. *Gig.*

מזה מָזֶה m. Conſumptus, exhauſtus, combuſtus, *v. Ch.* אזא (*Onk. Jon. T. Hier. Perſ.* Inflatus *qſ. à* ܢܘܙ *v.* זוה) *Pl. Cn.* Deut. 32. 24. *H. Ch. et Ar. Sam. Ob hoc* (*propterea*) *ingruet fames; qſ. leg.* מְזֵה *v. An. Sam.*

CH. מַזְיָא מַזִי Crinis, capillus, pilus, coma, Deut. 21. 12. *Jon. Sanh.* 110. 1. *Nedar.* 50. 1. עז 75. 1. *Qui aufert (tondit) capillos ſuos, et non lavat manus, pavet per 3 dies, et neſcis quare paveat. Peſaſcl.* 112. 1.

SYR. ܡܙܝܐ Cirri: Byſſus *BB*.

AR. مزه 2 مزه 3 امزهل ; *prim. pro* מָזַח. *G.* Luſit *cum illo, ſ.* ad jocum, *ſ.* obſcænè. *ccap. Gig.* III. מאוה *pro* מאוח. *G.* *ſec. i. q.* אלמוח, Luſus. *tert.* Evanuit, à cœlo abacta fuit *nubes.* Liquefacta fuit *nix. Gig.*

מזח מֵזַח m. Zona, cingulum, *Hinc Gr.* μίσος, Pſal. 109. 19. *Meton*: Robur, fortitudo, vires, Iſa. 23. 10.

מֵזִיחַ m. *Id.* Job 12. 21.

AR. مزح 2 مزح 3 مزاح 4 مـ 5 مـ ، ة 6 مزح 7 امزاح 8 ممازحة 9 مما ممازحان 10 تمزح ; *prim. Fut.* A. Jocatus fuit. Lætificatus fuit. *Av.* I. 316. 13. Luſit, *pec.* impudicè. Illuſit. Plauſit. *Gig.* Applauſit. *Bd. Part.* Pro. 26. 19. Gen. 19. 14. *Ar. Sa.* II. Colorem induit *uva.* Fructum protulit *vitis.* III. Colluſit, jocatus fuit *cum altero. ccap.* Eccli. 4. 31. IV. In pergulam duxit *vitem. cca.* VI. Jocati ſunt inter ſeſe. *ſec. Act.* I. *G.* Ludibrium. Luſus. Blandus jocus. Eccli. 27. 13. Jer. 8. 11. *Ox.* באלמוח *pro H.* על נקלה. 2, Spica. *tert. Act.* III. *Gig.* Irriſio. *Bd.* *quart. Act.* III. *quint. Act.* I. 2, *ipſe* Jocus. *G.* *ſext.* Ludens. Jocoſus. *ſept.* Cùm vitis fulcro munitur, *vel* extollitur. *Gig. Act.* IV. *oct. Act.* III. *non.* Uterque colludens. *dec. Act.* II. *Gig.*

מזי AR. مزي 2 مازٍ 3 مزي 4 مزاه 5 مـ 6 مزية *Pl.* مزايا 7 مزية 8 ممازٍ 9 التمازي 10 تمزية ; *prim.* Superbivit. II. Laudibus extulit. *G.* V. Præſtantem *prædicavit illum. ccap.* Præſtantiorem ſe illo arbitratus fuit. *Gig.* *ſec.* Diſſitus, *&* diverſus. *tert. i. q.* טריף, Elegans. *G.* 2, Dexter, agilis, exercitatus. *quart.* Arrogantia cum faſtu. *quint. i. q.* גַּבְאבְרָה *ſext. i. q.* פְּצִילָה, Excellentia: præſtantia. Prærogativa. *G.* *ſept.* Perfectio, complementum *rei. Gig.* *oct. i. q. ſec. G.* *non.* Laudatio. *&* Cùm alicujus laudi adverſaris: Faſtus. *dec.* Laus: laudatio. *Gig.*

מזל SYR. מוולחא 2 Reg. 23. 5. Sap. 7. 17. *v.* אול.

¶ AR. المازم 2 مزمار الراعي ; *prim. Almeſen, eſt res dura plana, ſicut cos lapis, ſuper quam fricantur ſief, & alia medicina oculorum. Bell. Ind. Arab. vocab. in Av.* I. 581. 31. *ſec. Mizmâr alraai*, Aliſma, *ſ.* fiſtula paſtoris, *herba. Av.* I. 207. 11. *t. v.* זמר.

מזן ÆTH. መዘነ፡ Ponderavit, *Amh. eſt. IL.* Computavit, numeravit. V. ተመዘነ፡ *Paſſ. prac. Sicut arena maris* ዘይትመዘን፡ *T. P. Hom.*

AR. مزن 2 ن 3 مزن 4 ة 5 يوم مزن 6 مازن 7 مزن 8 ة 9 مزون 10 الـ 11 مزينة 12 مزني 13 تمزن 14 تمزين ; *prim.* Perrexit, quò voluit, abiit*que.* 2, Nituit, reluxit*ve facies.* 3, *Tranſ.* Implevit *utrem. cca.* 4, Laudavit. Extulit. Prætulit. *ccap. & i. q.* פרט, *férretha. cca.* II. *i. q.* 3, I. *cca. G.* 2, *i. q.* 4, I. Præſtantem affirmavit. V. Liberalem ſe præbuit, liberalitatem ſimulavit. *Gig. i q.* תפצל, תמרן, תסחי, תטרף. *&* Plus præ ſe tulit, *aut* monſtravit, quàm revera eſſet. *ſec.* Conſuetudo. 2, Status. Ratio, modus. *v.* מרן. *tert. Act* I. *G.* *quart. Nom.* mulieris. 2, Regio in Samarcand. Provincia alia. *Gig.* *quint.* Dies, quo ab hoſte fugitur. *ſext.* Ova formicarum. 2, *Diptoton, Nom.* patris Arabicæ tribus geminæ, ex Beni Temîn, *et* Beni Sáſaa *G.* 3, Aqua cujuſdam. *ſept. i. q. quart. Gig.* 2, *c* אלמאי Ciſterna. Piſcina. 3, *Pl.* τȣ̃ *oct.* 4, חב מזן *habbo*, Grando. *oct.* Nubes, *pec.* alba. *Cor. Sur.* 56. 68. Pluvia. *Gig.* 2, *i. q.* מטרה *mátbraton.* 3, אבן מזנה Luna nova primùm apparens. *G.* Pernicies, exitium. *non. Act.* I. Peragratio terræ. *dec.* Splendor, nitor. *Gig.* 2, Terra Oman, pars Arabiæ. 3, Arabum tribus quædam ex Modarritis. 4, Nautæ, naucleri. *undec. Nom.* tribus Arabicæ, primi*que* patris ejus, ex Modarritis. *duodec. Gent.* τȣ̃ *undec. G.* Ex illâ familiâ oriundus. *dec. tert.* Mollificatio. *dec. quart. Act.* II. *Gig.*

מזע מֵזַע *Rab.* Temperavit, Temperatum induxit, *i. q.* פכח. *DP.*

AR. مزع 2 مزع 3 ة 4 مزاع 5 مزعة 6 مـ *Pl.* مزع 7 مزعي *i. q.* نمام 8 مزاعة *i. q.* سيء سقاطة ممزع 10 تمزيع ; *prim. Fut A*, Celeriter lata fuit, properavit, *in tr[illegible]itu dorcas, cc* פ׳. *aut* primo, *vel* poſtremo, *aut* levi impetu cucurrit. 2, Digitis divulſit, carpſit*ve goſſipium. cca. G.* 3, Iter abſolvit *equus.* II. Abſcidit, præcidit *carnem. Gig.* 2, *i. q.* 2, I. *cca.* 3, Diſgregavit, diſperſit. *cca.* V. *i. q.* תקטע, Divulſus fuit *&* crepuit *præ irâ, ſ. indignatione. cc* מן. 2, Partiti ſunt *rem inter ſeſe. ccar &* בין *perſ.* *ſec. Act.* I. *Gig.* 2, Celeritas, primus curſus, *&* finis inceſſus, equi. Saltus, *vel* curſus levis. *Gig.* *tert. Act.* I. *quart.* Herinaceus. *quint.* Pars carnis, *ut & qua* accipitri datur, cùm exercetur ad venatum. 2, Parum quid, *ſ.* hauſtus *aquæ. cc* מן. *G.* ענד פלאן מזעה Illi reliquiæ ſuperſunt, *ſ.* reſidua aliqua. *ſext.* Inſtrumentum ad amputandum. 2, Fruſtum carnis digitis abſtractum *&* divulſum. *Gig. i. q.* 1, *quin.*, 3, Pars goſſipii, *&* plumarum quid. *v.* מזקה. *G.* 4, Sorbitio, hauſtus, *aquæ.* *ſept.* Obtrectator: maledicus *Gig.* *oct.* Rei decidua. *non.* Amputatum, præciſum *membrum.* *dec. Act.* II. Diſcretio, diviſio. *Gig.*

מזק AR. مزق 2 مزق 3 مـ 4 مر 5 مزق 6 مزاق 7 مـ مزقعيا 8 مزقة 9 مـ 10 ممزق 11 ممزق 12 ممزق 13 ممزوق 14 ممازق 15 ممازقات 16 تمزق 17 تمزيق ; *pr. Fu.* I. Laceravit *pannum, veſtem. cca.* Separavit. *Av.* II. 76. 11. 2, Stercus excrevit, ejecit*ve avis.* 3, Obtrectando petivit, læſit*ve exiſtimationem alterius. cc a. G.* II. *i. q*, 1, I. *cca.* Jud. 11. 35. Lev. 10. 6. c. 21. 10. 4, *c* ערץ אפיה Illum confodit. Diſrupit. Diſcerpſit *nebulam.* Pſal. 147. 5. *Ro.* Diſperſit. *Cor. Sur.* 34. 6, 18. *Paſſ.* Jer. 4. 20. III. Prævertere ſtuduit in curſu. *cca.* V. *Paſſ.* II. *G.* Lacerata, ſciſſa fuit *veſtis.* Jer. 10. 20. *ſec. Act.* I. Amputatio. *Gig.* *tert. Coll.* Segmentum lacerati panni, alius*ve* rei. *quart. i. q. tert. G.* Pars rei ſciſſæ: fragmentum. *Gig.* *quint.* Valde celox *camela. G.* *ſext. Act.* 1, I. *ſept.* Cognomen cujuſdam. *Gig.* *oct. Nom. unit.* τȣ̃ *tert.* *non Nom.* aviculæ. *dec.* Laceratum. Diſperſum. *Cor. Sur.* 34. 6, 18. 2, Cognomen cujuſdam. *undec.* Scindendi actus: dilaceratio. *duodec. i. q.* 2, *dec.* *dec. tert.* Dilaceratus, ſciſſus. *Gig.* *dec. quart.* Diſſecationes, Pſal. 41. 8. *dec. quint.* Detractiones, Zeph 2. 8. *dec. ſext.* Extenſio. *Av.* I. 26. 25. Volutatio. 508. 25. Eruptio. II. 69. 36. *dec. ſept. i. q. undec. Gig. Act.* II.

מזר מַמְזֵר m. Spurius, nothus, Deut. 23. 2. Zach. 9. 6. *qſ. à* זור *Extraneus, alienus fuit viz. à legitima familia.* מְזָרִים Septentriones, *v.* זרה. מַזָּרוֹת *id.* Job 38. 32. *v. Merc. ib. pec.* Plauſtrum *ſydus. v. Syr. & Arab.*

CHAL. מְזַר Nevit, fila duxit, *Zelotypo non licet uxorem ejicere* עד שישאו ויתנו בה מוזרות בלבנה *donec de ea loquantur nentes ad ſplendorem lunæ, h. e. donces publicè ſit cognita ejus impudicitia. Sota.* 6. 2. *&* 31. 1. מְזַר *v.* זור.

מוזרא מזר מוזרא Pera, ſaccus, *in quo commeatus per viam portatur. Aruch ex Kela. c.* 20. *habet pro* מוזרה *à* זְוַר *zevad; quod vide.*

מִיזְרָן Tapetum, tapete, *quo lecti ſternuntur, Kelim c.* 19. מיזריון Fructus thymelææ, Melereon. *v. Ar. Talm. Peſach.* 107.

מַמְזֵירָא מַמְזֵיר Spurius, nothus, Deut. 23. 2. *ita Judæi aliquando blaſphemè vocant Chriſtum. f.* מַמְזֶרֶה Spuria.

מַזָּרוֹת Planetæ, ſigna cœleſtia, *Breſh. rab. ſ.* 10. *v.* נזר.

SYR. *Ethp.* ܐܬܡܙܪ Annuit. (Extenſus fuit, *Ar.* חמטי *BB.*) ܡܙܝܪܐ 2 ܡܙܪܘܢ 3 ܡܙܪܘܬܐ ܡܙܝܪܐ 5 ܡܙܪܘܬܐ 4 ܡܙܪܘܢ ܡܙܪܘܬܐ 6 ܡܙܪܘܙܐ 7 ܡܙܪܘܪܐ 8 ܡܙܪܘܩܬܐ ; *prim.* Numellæ, columbar, colliſtrigium. *ſec.* Crines, capilli, concinni, *BB.* *tert.* Securis: *quart.* Clava. *Nov.* 156. *quint.* Extenſio: Extenſum *funibus ſuis tentorium. BB.* *ſext.* Pandiculatio. *ſept.* Funes lanei; vincula lanea. *oct.* Inebrians, potens. *Nov.* 196.

SAM. ࠌࠌࠆࠓ *i. q. H. ib.* ࠌࠆࠓ Commeſſator, Deut. 21. 20. *qſ. Saccus ciborum, v. Ch.*

